

portionibus. & ideo, ut in compendio pulsuum, Theophilus eum practicū nominat irrationalem, qui nullam habet proportionem. hæc autem proportionem consonantiæ musicali, ut infra attinent: nam musica est scientia benè modulandi, siue benè mouendi, ut Augustinus. i. musicæ. benè autem moueri id dicitur, quod numerositatis seruat temporum, atque interuallorum dimensionibus mouetur. hæc autem non nisi proportionum notitia habentur. unde Auic. secunda primi. Genus pulsuum, quod sumitur ex pondere, est per comparationem proportionis quantitatum proportionabilium quatuor temporum adinuicem, puta duorum motuum, & duarum quietum. quòd autem contingat pulsuum temperatum sic sensu percipi posse, declaratur: quoniam difficilius est motum arteriæ à digitis recedentis cōprehēdere, quàm ipsius ad digitos accedentis. sed primum est possibile: quoniam per longum exercitium in tangendo pulsus peruenitur ad notitiam systolis, ut Gal. contingit, qui tūc dixit portas pulsus sibi apertas esse, ut Auic. secunda primi. ergo & per longum exercitium poterit quis in notitiam pulsus temperati facilius deuenire: præterea quòd cum sensatis similitudinem habet, etiam per sensum comprehendere poterit; cum sensus phantasmate moueatur. sed motus pulsus temperati cum consonantia musicali similitudinem habet, ut dicitur. ergo. & pro declaratione minoris, ut clarius, atq; breuius expediam; accipiendum, quòd apud musicos reperiuntur hi termini: causatus imperfectus minor, & causatus imperfectus maior: & primus appellatur quaternarius: secundus uero senarius. quorum tonos, & eorum spacium, siue tempus oportet medicum cognoscere, & de his notitiam habere, quam in spacio octauæ horæ à perito musico adipiscitur, qui & significationem temporis cū digitis docebit: in quorum motu, & motus debitus pulsus comprehenditur. tempus autem, quòd in quaternario reperitur, saluo semper meliori iudicio, est supra temperatum ex parte uelocitatis, & aliarum differentiarum. tempus uero senarii est infra tempus temperati; quia longius est, aut tardius, ut audienti patere potest. unde tempus inter hos medium est tempus, siue mensura temperata, quam pulsus temperatus in suis motibus habere debet proportionabiliter, ut in motibus fit. modo cognitis sic extremis per sensum, cum & medium per sensum etiam sit cognoscibile; poterit quis in ipsius medii cognitionem facilius deuenire. uerum, ut dictum est, sensus notitiam confusam, & nō certam habet de sensibilibus maximè communibus: sed satis ueritati propinquam, quam ratio integrat. ideoq; habita tali notitia sensata de uocibus discretis medicus cum aliquo adminiculo rationis in integram ueniet temperati pulsus cognitionem, & hoc exercitio coadiuuante. sume igitur mensuram talem sic: cum omnes alie pulsus differentie operari habent, temperatum tibi constituas. & certè diebus meis fere omnes pulsus sanos quos tetigi quaternarios, aut quaternario proximos inueni. & tu hæc considera. hunc autem pulsuum nonnulli æqualem dixerunt: sed eorum deceptio ex sequentibus patebit. hæc autem mensura dicta talis est, ut cum aliquis pulsus ab ea recedit, lapsus, siue distemperatus nominatus sit, de quo infra.

Multipliciter autem fit ab ista mensura recessus, & primò habito respectu ad pulsuum in quantum pulsus est: & secundò ab eis, quæ pulsui annectuntur. si primum; sic genera uel differentie septem consurgunt: quorum primum sumitur à quantitate dilatationis arteriæ. secundum à quantitate sumitur temporis motus: tertium à quantitate uirtutis: quartum à tempore quietis: quintum à permutatione pulsus, & sua assimilatione suæ temperie: sextum ab ordinatione motus eius, & quietis, & inordinatione: septimum à proportionem duorum motuum, & duarum quietum.

Si uero ab annexis; sic tria inde perueniunt. & primum sumitur à contento in arteria: secundum à qualitate arteriæ & carnis circumdantis: tertium ab essentia ipsius arteriæ. ex quibus sic decem consurgunt pulsuum genera, quamuis secundum ueritatem tantum nouem ponenda sunt; eo quòd pulsus ordinatus, uel inordinatus ad æqualem reducitur, & diuersum, ut infra patebit. sicq; apparet sufficiens pulsus, quæ explicatur longis cum uerbis à Conciliatore nostro, & dif-

fusè magis differentia. 3. 2. quam si cupis, lege ibi. & differentie, quæ ex parte motus, & quietis sumuntur, dicendæ sunt essentielles, cum pulsus in essentia sua motum dicat, & quietem. reliquæ uero ex qualitate, ordinatione, diuersitate, aut pondere sumptæ: & sic de aliis accidentales nominandæ sunt ex quibus colligitur, quare. 4. colliget pauciora pulsuum genera explicantur; cum ibi magis essentialia tanguntur. quibus sic generalibus positis ad specialia ueniam, ut ea, quæ dicta sunt; facilius intelligantur. & sequendo ordinem positum à quantitate dilatationis arteriæ genus sumptum diuiditur secundum tres diametros; quia secundum longum, latum, & profundum. secundum uero longitudinem resultat longus, breuis, sine curtus, à nonnullis mutilatus dictus, & medius inter hos. secundum uero latitudinem latus, & strictus, qui aliquando subtilis dicitur, & medius inter hos. secundum uero profunditatem altus, siue elatus, & eminent, & profundus, siue occultus submersus, & depressus, & medius sic, & secundum genus hoc nouem habentur species pulsuum simplices. & ut quæ scribenda sunt, semper facilius capiantur; digressiones magnas non faciã: sed studebo ea, quæ sic particularia ponã, etiam particulariter declarare. quapropter antequam ad alias species me sic conuertam; has iam dictas prius notificabo, sicut de temperato actum est.

Pulsus itaq; longus dicitur, cuius partem in longitudine arteriæ plus sentiuntur, quàm in naturali absolute. & appello naturalem, qui est proprius in illa complexione: nam in omni complexione distemperata est dare, quod est illi proprium. & ideo benè inquebat Almanf. Cum pulsus in brachii longitudine tactui manifestior occurrit, quàm in tempore sanitatis, à philosophis longus dicitur: quæ si ultra spacium quatuor digitorum, quibus medicus arteriam tangit, aut tangere debet, ut infra etiam secundum longitudinem sic manifestatur; tunc maximè longus nominatur: & secundum quæ magis secundum illam diametrum manifestatur, sic longior nuncupatur. & huius pulsus causa est uirtus iam debilis facta arteriam in latitudinem, & profunditatem secundum longitudinis proportionem extendere non potens, quæ res ab ineptitudine instrumenti secundum plurimum uenit: quoniam eius prohibetur amplitudo, & eleuatio ad superiora. & hoc est ratione sui, ut cum est nimium durum, & huiusmodi: aut ratione extrinsecorum, ut rigiditas, & cutis tensio, densitas carnis, durities corporis maciem consequens: durities enim instrumenti operatur, ut uirtus non deficiat in attractione aeris ipsum sufficienter extendere, ut oporteret & eleuare. quare natura necessitati succurrit cum partibus pluribus ipsius instrumenti, siue arteriæ: ut cum non possit secundum latum extendere, ut oporteret, & in latum eleuare cum pluribus partibus eius secundum longitudinem succurrit; cū nullam aliam uiam habeat in succurrendo necessitati. & est simile, cū quis dominus habeat obsessum castro non potens succurrere per uiam latam, & consuetam, neq; in una uice; aliam angustam, & occultam inuenit, per quam, & in pluribus uicibus succurrit obsessis. & per eandem causam id operatur densitas carnis, rigiditas, & cutis tensio. & Marsilius Patauus in his tale ponit exemplum. Pone, quæ in sacco plures essent mures, qui non possent moueri secundum latum sacci propter eius ineptitudinem: tunc nō est dubium, quòd discurrendo per longum sacci tantum moueretur. consimiliter operatur aer, & uapor in ingressu arteriæ; quoniam cum non possit moueri per latum propter ineptitudinem arteriæ; mouetur per longum plures partes arteriæ secundum illam diametrum occupando cum aere, aut uapore, quæ in latum mittere consueuerat. hanc autem longitudinem tactor quatuor cum digitis sentire debet, & ipsos uersus flexuram brachii paulatinè mouere, ut de ipso notitiã habeat ampliorem, quantum. scilicet ad eius quantitatem maiorem, uel minorem. & hæc intelligatur uera esse, & reperiri in brachio habente arteriam debite locatam: nam, ut quandoq; uidi homines habentes in parte syluestri brachii arteriam, quæ leuiter sentiebatur, & in parua mensura, & in domestico non reperiatur.

Curtus autem per oppositum cum suis causis notificatur tu per te considera. & per hæc, quæ sic posita sunt, aliarum duarum notitiam facile adeptus eris: nam

**P**ulsus latus est pulsus, qui excedit in latitudine latitudinem pulsus naturalis per pulsus naturalem intelligendo ut supra de longo, aut ut alii, quia pulsus sani superat, ut multum, de quo infra. & hic pulsus percipitur, cum tactor extendi sentit arteriam ad maiorem latitudinem digitorum consueto. dico consueto; quia tactor debet esse exercitatus in tangendo, aut consueto; quoniam sibi datur limitatio, ut cum sibi pulsus constituerit temperatum: sed male hoc absque exercitio aliquali faciet, propter quod assuescant iuvenes cum antiquis in practica perambulare, pulsusque tangere &c. unde Alman. 10. ut qui in pulsus scientia instructus esse desiderat, & eius uult significationes agnoscere: saepe dum aliquis sanus est, arteriam tangat, & firmet, & cum summo studio incipiat huius autem pulsus tres assignatur causas: prima mollities instrumenti, secundum quam disponitur ut eius partes superiores deprimantur, & cadant super inferiores. unde uirtus in mouendo partes superiores difficultatur, quare tantummodo eas lateraliter emouet, & sic dilatatur: nam, cum instrumentum factum sit inobediens propter mollitiam, ut uirtus eum in altum eleuare non possit; compensat cum latitudine, sicut de muribus supra; ubi factus esset ita mollis, ut in sursum male moueri posset: & tunc mures in latum extenderentur. sicque faciet aer, aut uapor arteriam taliter dispositam ingrediens. cuius dispositionem medicus comprehendet ex cognitis humiditatem in arteria promouentibus, cum quibus & prognosticatus erit. secunda est instrumenti uacuitas: nam arteria sic uacua existente accidit faciliter partem superiorem cadere super inferiorem; cum non sit ibi sufficiens quantitas aeris, aut uaporis tali casui resistens: nam id operatur pars superior sua gravitate: & tunc dilatabitur arteria, & sub digitis latior consueto, ut supra sentietur. unde Alman. cum secundum latitudinem maiorem digitorum tangentis quantitatem comprehendit; latus ab eis nominatur. & tunc, si ex hac causa fuerit; mala erit eius significatio. & ideo tactor semper sit attentus. tertia est carnositas super partem superiorem stans sic aggrauans, & partem superiorem ad descensum cogens, ut in pinguis corporibus quandoque sentitur. & hic dilatatio non est sic malum significans, ut quae ex uacuitate fit, ut in macris, & resolutis accidit corporibus.

**S**trictus autem, qui & subtilis dicitur, ut supra, est lato oppositus, cuius notificatio etiam suis cum causis ex dictis nota est. unde ex duritie instrumenti, quae est contraria mollitiei, pulsus strictus peruenit. quem Auicenna de signis hecticae subtilem nominat; namque ex siccitate arteriae contrahitur, & sic subtiliatur. quare secundum latum in contractione minuitur. item plenitudo id operatur: maxime quando repletio ad superiora conuertitur. unde accidit pulsus altus, & strictus. & sic per te causas alias discurre.

**P**ulsus altus est, qui eleuatur ad digitos tangentes plus, quam pulsus naturalis. unde sic arteriam, & carnem eleuando ipsum ad digitos impellit. unde Alman. Cum autem digiti tangentes carnem impulerint, & secundum magnam quantitatem in ipsum penetrauerint; dicitur ab ipsis altus. huius autem pulsus causa est necessitas aucta, & uirtutis debilitas non multa: nam, cum uirtus non est multum debilis; mouet arteriam ad partem, ad quam debet mouere; quia sursum, quia hoc est ei facilius; quia calor ad superiora naturaliter conuertitur, & propter augmentum necessitatis cum hac differentia quaerit necessitati satisfacere, quae sibi facilius est. nunquid autem contingat uirtutem necessitati auctae ex una tali differentia satisfacere absque concursu alterius, ut quia sic sit tantum altus, & non latus, altus, & non magnus; non est nostri propositi, & Iacobitae in hoc se intricent: nam fortassis, sicut non contingit humorem unum solum in corpore nostro peccare; quia. scilicet cum eo alius non peccet, ut uisus est uelle in secundo regiminis acutorum com. 2. ita de differentiis pulsus proportionabiliter dicendum, ueruntamen imaginabile est. & tu considera.

**P**rofundus uero est alto oppositus. quem tactor non sentit nisi cum profundatione digitorum facta. dicitur coiter submersus, quem & in multis naturaliter se habentibus inueni. & hic pulsus coiter reperitur in habentibus brachia carne multa cooperta. unde arteria a superficie brachii tunc

**A** est multum remota. huius tamen causa, dum est dispositio praeternaturalis, ut in principio februm, est contractio caloris ad intra, suffocatio caloris ab humore moto. quare uirtus territa ad interiora conuertitur, & sic profundatur pulsus. item & quandoque causa est debilitas uirtutis, paucitas spiritus. unde non potest arteriam in altum eleuare: & tunc apparet pulsus paruus. & ideo Alman. Cum enim hanc minor apparet, quam consueuit; uocatur depressus. & inter has differentias datur medius, quem uocare debemus in suis dimensionibus mediocrem. & contingit ex his simplicibus plures posse facere compositiones, ut dicendo, quod aliquis est pulsus longus latus, breuis latus, longus, profundus, & strictus, breuis, altus, & strictus, & huiusmodi. de quibus differentiis pulsuum Gal. mentionem facit sic: & septem assignando species, quas sic enumerando superuacuum duxi: nam his omnibus nomina ab authoribus usque modo inuenta non sunt, & multis aliis, quos sic tactu cognoscere quasi impossibile uisum est. ideoque relictis his tanquam inutilibus ad duas nos conuertamus differentias notas. & maxime coes ex his simplicibus egredientes, quae sunt magnitudo pulsus, & ipsius paruitas.

**B** Pulsus quidem magnus dicitur, qui enim omnes dictas dimensiones supernaturalem iam augmentatus est. unde Alman. 10. Cumque in longitudine, latitudine, atque altitudine augmentatur magis, quam consueuit, uocatur magnus. & causa huius est sanitas uirtutis, siue fortitudo cum obedientia instrumenti, & necessitas aucta, siue multa, quibus positus ponitur magnitudo: & ipsis remotis remouetur necessario. magnitudini uero pulsus necessitas plus conferre uidetur: quam uirtute existente forti, & arteria obediens necessitate ente temperata non adeo magnificatur, sicut cum necessitas aucta est. & ideo primi secunda. ueruntamen, & necessitas his tribus iuuantior est ad haec. item, cum tactor sentit arteriam enim longum multum, & latum, & profundum multum, quia in comparatione sui naturaliter dispositi; respectu illius magnus ab eo nominandus est. nominatur & pulsus magnus absolute, qui sic secundum omnes tres mensuras augmentatus est, & hoc respectu mediocris. & dicitur magnus secundum quid, si magnificatus sit secundum unam tantum, aut secundum duas tantum. ex his sequitur, quod distemperatus potest habere in pulsu suo mensuram gradualiter temperatam: ut si quis fuerit habens pulsus absolute magnus ad mortem ueniens per successiuam deperditionem suarum dierum peruenit ad mensuram talem; cum non sit processus in talibus de extremo ad extremum absque medio. considera.

**P**arus uero per contrarium notificatur, & qui secundum omnes tres dimensiones diminutus fuerit. unde in Alman. 10. Sed, cum his omnibus fuerit minoratus, dicitur paruus. & causa huius contrariae sunt iam dictis de magno. unde Auicenna. primi secunda. Si uirtus fuerit debilis; pulsus paruitas proculdubio eam sequetur. & si cum hoc instrumentum fuerit durum, quia inobediens, & necessitas pauca erit minor: est etiam, cum durities efficit paruitatem. attendendum tamen est, ne in medico cadat error: nam nihil est, quod tantam efficit paruitatem, quantam uirtutis debilitas. haec tamen paruitas separatur a paruitate, quam facit durities, per hoc, quod est durus, & non debilis; quia diastoles tactui resistit, & breuitas eius, & profunditas non est multa, sicut cum est debilis uirtus. Auicenna. hic non est ita breuis, nec ita profundus: nam durities cum fortitudine uirtutis non tantum prohibet prolongationem, minus etiam facit ad depressionem, quam debilitas uirtutis: & hoc semper paruitate supposita. & existimo, quod in hectica paruitas pulsus magis est a debilitate uirtutis, quam a duritie arteriae. considera. pauca quoque necessitas paruitatem efficit uirtute existente forti, & instrumento obediens. ideoque melancholici naturaliter tales; quia non ex adustione, qui cordis frigidi sunt, pulsus naturaliter paruos habent, nisi ex contraoperantia secus perueniat. haec autem, & similia semper aduertenda sunt unico, non in amico & ceteris.

**P**raeter has differentias nonnullae reperiuntur, & communes, quae sunt uelocitas, tarditas, frequentia, & raritas, quae sumuntur a quantitate temporis motus, de quibus suo ordine prosequemur, ut sic enim genus expediam.

**P**ULSUS autem uelox dicitur, qui paruo tempore secundum diastolem, & systolem cito perficitur. unde in Alman. Cumq; spacium temporis, quod inter duas attenditur motiones, minus solito inuenitur; uelox appellat. & huius pulsus uelocitatis causa est multitudo necessitatis euentandi. quod cum uirtus fortis fuerit, & instrumentum obediens; quia tunc cum sola magnitudine tanti necessitati facere non poterit; uelocitate compescauit. q. si non multa fuerit necessitas, & instrumentum propter eius duritiem inobediens fuerit; ex tali contingit inobedientia: cum non sufficit illa parua magnitudo, ad quam causandam concurrunt durities, quod etiam uelocitari oportebit. quod si cum hoc multa fuerit necessitas; tunc proculdubio uelocitas magna erit. quod si uirtus debilis fuerit, & necessitas multa, & instrumentum obediens; adhuc crescet uelocitas: cum propter debilitatem uirtus pulsui, quantum necesse est, magnificare non poterit. item haec duo: debilitas. s. uirtutis, & inobedientia instrumenti, ubi affuerit necessitas multa; ad uelocitatem quam maxime operatur: nam uelocitas magnitudini suffragatur, & est sicut contingit in portitoribus ponderum, qui cum una in uice totum pondus portare non possunt, ipsum diuisim pluribus in uicibus festinanter ferunt. nunquid contingit necessario omnem pulsuum magnum uelocem esse; Iacobitis relinquo opinionem in hac materia communem prosequens: ut quod prima differentia, quae acquiritur per augmentum necessitatis constante uirtute, & instrumento obediens, est magnitudo. quod si ultra augmentabitur non potens cum magnitudine satisfacere: secunda, quae acquireretur, erit uelocitas. q. si adhuc plus creuerit; acquireret tertia, quae est spissitudo, de qua statim. de hac uelocitate famose reperiuntur opiniones argumentis philosophicis fulcitate inuestigantes, penes quid attendi habet uelocitas in pulsu. & prima est iam dicta, quae differentiam facit inter pulsuum uelocius moueri & pulsuum esse uelociorem, ut quod penes aliud habeat attendi uelocitas motus, & penes aliud uelocitas pulsus. & haec considera. & haec magis medicinalis est: alia autem philosophica magis ponens uelocitatem pulsus absolute attendendam esse penes spacium ab arteria descriptum in tanto uel in tanto tpe iuxta illud Arist. sexto physicorum. Velox est, quod in aequali tempore maius pertransit spacium: & haec negaret, quod prima concedit: sed de his satis.

**T**ARDUS autem ueloci est contrarius, ut dicatur tardus qui secundum diastolem, & systolem magno perficitur tempore semper opinionem primam de uelocitate sequendo. huius autem causae iam dictis sunt contrariae; quia scilicet aut diminuta necessitas, uel non aucta: aut uirtutis debilitas, aut ambae simul. etiam non inconuenit, quod ad eam causandam, instrumenti inobedientia concurrat. & licet secundum ordinem de tertio genere prosequi debemus: tamen, quia multum quartum secundo attinere uidetur, de ipso prius. quartum uero a tempore quietis sumptum est, in quo duae reperiuntur differentiae. s. raritas, & frequentia, siue spissitudo. reperitur & tertia, quae inter has est mediocris: quam relinquo in omnibus his generibus notam esse eam non nominando.

**P**ULSUS spissus, siue frequens ab Aui. consequens nominatus est, in quo tempus sensatum, quod est inter duas percussiones, est breue: & hoc apud non comprehendentes systolem. unde tales percipiunt quantitatem temporis mensurantem quietem cadentem inter antecedentem diastolem, & consequentem. quod si systoles comprehenderetur, ut fecit Galenus, qui in pluribus suis libris se iactauit; tunc frequentia attendi habet penes paruitatem temporis mensurantem quietem inter dilatationem, & constrictionem; ut pulsus ille denominetur alio frequentior, inter cuius diastolem, & systolem minor mediat quiete: contra uero rarior. huius autem spissitudinis causae eadem uidentur esse cum causis uelocitatis. unde Princeps. Spissitudinis causa est debilitas uirtutis, aut multa necessitas, aut multa caliditas: hac enim spissitudine natura utitur; cum super uelocitatem deficit. vñ Aui. Si uirtus fuerit debilis; pulsus non poterit magnificari: & si uelocitas in eo non operata fuerit; non poterit esse, quin non fiat spissus, quatenus spissitudo restauraret id, quod defuit ex magnitudine, & uelocitate. sicut, cum homini necesse est rem ferre ponderosam, quam si poterit, totam una in uice

**E**feret. si uero non diuidet eam in duas partes, & festinabit: & si non eam in multas partes diuidet, feret quaque partem, quomodo poterit cum spaciositate, & uelocitate. deinde non cessabit, donec oneraturas ferat: sed redibit cum tarditate: unde & 10. pulsuum. Cum augmentatur calor naturalis in corpore; immutat pulsuum ad magnitudinem: & cum augmentatur magis; addit magnitudini uelocitatem. & cum illo plus augetur; addit uelocitati spissitudinem. quibus apparet ex necessitate super temperamentum aucta stante instrumenti obedientia, quod uirtus tentat cum magnitudine primo ipsi satisfacere: & haec differentia uirtuti difficilior. & ideo, cum per augmentum ulterius debilitetur uirtus; magnitudine sic satisfacere non potest: sed uelocitate recompensat, & breuiter difficilior est uirtuti magnificare, quam uelocitate quam frequentare. quare, si multum debilitabitur stante obedientia &c. prima differentia acquisita; tunc erit spissitudo ut apparet in propinquis crisi, & in statibus febrium putridarum: quando scilicet sunt ex debilitate uirtutis. consequenterq; si pulsus fuerit magnus, uelox, & frequens diminuta necessitate aliis paribus; primo frequentia deperdetur: secundum uelocitas: tertio magnitudo, sicut primo uenit, ultimo recedit. stante autem sic pulsu magno scilicet ueloci, & spisso diminuatur uirtus: tunc primo deperditur magnitudo, ut actum est; cum sit differentia, quae maiori cum difficultate fiat. pariq; modo de inobedientia instrumenti dicendum; quoniam ex inobedientia instrumenti difficultatur uirtus. & ut semper res clarior fiat; hic addo, quod quidam dicunt Aui. aperientes scilicet quod pulsus dicitur esse frequens: quando inter diastolem, & systolem modicum interuenit tempus, quod si systoles nullo modo cognita erit; tunc tempus, quod mediat inter duas diastoles, est tempus, respectu cuius pulsus dicitur frequens, uel rarus. q. si cognita fuerit ut supra in tempora duorum extremorum, erit pulsus frequens rarus, aut mediocris. i. secundum tempus extremi, siue quietis, quae est inter systolem, & diastolem sequentem, & tempus extremi, siue quietis, quae est inter systolem, & diastolem sequentem appellatur. appellatur frequens, uel rarus non a quiete sed motu principaliter; quia est, quando modico quiescit, et multo mouetur tempore ita, quod tempus, quod est inter motum, & motum est breue, ut in exemplo Patauo declaratur nam dicimus aliquem frequenter bibere, quando parum est tempus, quo non bibit. & dicitur talis pulsus consequens a cita consecutione motus post motum. & differt uelox a spisso, ut Aui. quoniam spissus est cum continuitate: uelox uero cum motu discreto.

**P**ULSUS rarus, siue tardus, quem Aui. resolutum, & lapsum uocat, est pulsus, in quo tempus sensatum, quod est inter duas percussiones est magnum. nota tamen, ut de spisso siue frequenti actum est, consequenter dicere oportet, quod uario modo secundum uarietatem cognitionis motus, & quietis in eo. unde qui systolem comprehendunt, dicere habent quod raritas attendi habet penes magnitudinem temporis mensurantem quietem inter dilatationem, & constrictionem, sicut frequentia penes paruitatem, ut supra. unde pulsus sic alio rarior dicitur, inter cuius diastolem, & systolem maior cadit quiete. penes uero eos, qui systolem non comprehendunt, raritas attendi habet penes magnitudinem temporis mensurantem quietem cadentem inter diastolem precedentem, & sequentem. & dicitur rarus lapsus; quoniam sicut corpora lapsa multum pausant, & multum temporis ponunt inter motum, & motum: ita & pulsus rarus dicitur resolutus; quia ceteris paribus plus aliis resolutione uirtutis euenit. raritati autem pulsus plures assignantur causae. prima est fortitudo uirtutis, & necessitas pauca cum obedientia instrumenti: nam uirtus fortis magnificando pulsuum necessitatem superat; quia. s. plus magnificatur, quam necessitas indigeat; quia. s. uice in una plus de aere attrahit, quam sit pro refrigerio debito necessarium, & in hoc casu tam diastoles, quam systoles magnificatur. unde, quia necessitatem non habet; magnam interponit quietem: & sic rarificatur pulsus. & talis raritas, ut patet, est a fortitudine uirtutis, quae manifeste etiam aliis ex signis comprehenditur, quod dicitur. & sic secunda additur causa recollectione digna: quia, quando frigiditas multa diminutam facit necessitatem, nimiaq; interior uirtutis debilitas, & proximus

mus perditionis aduentus, hæc non raro raritatem causant: nam tunc fit de ueloci, & spisso rarus: quoniam uirtuti difficilius est frequentare, quam rarificare, sicut corpori debilius est frequenter se mouere, quam raro: idèq; cum mors appropinquat; ex frequenti fit rarus. & hic aduertatur; quoniam imperiti, & ad pauca intuentes sentientes post spissitudinem raritatem; existimant hoc ex diminutione necessitatis contingere. asseruntq; in publicum ægrum melius cõualere, & sic febrem remissam esse: quæ tamen pro tunc in eo. ergo respectu proprii calidi est intensior; & tamen æger usq; ad certas horas morietur: ut Padua in strenuo milite domino Henrico de Serouineis cõtingebat, & his diebus hic Ferraria. errant autem sic, ut infamantur: quoniam non aduertunt, quod calor præter naturam ad mensuram naturalis mensurari habet. & est hoc proportionabile ei, quod flammæ lucernæ accidit, dum propinqua est extinctioni: quoniam in utilis lucernæ magis uidetur. est itaq; raritas pulsus in similibus corporib. nisi perseverans fuerit, à medico semper suspecta habenda: & idè considera. & sicut de aliis differentiis dictum est, de compositione. s. duarum differentiarum: ita & in his contingit uarias fieri compositiones: ut quod aliquando pulsus fit uelox, & frequens, tardus & frequens: & medius inter hos: nam contingit quempiam moueri motu tardo, & modicum imponere spatium, siue tempus inter motum, & motum, ut patet de formica, quæ tardè mouetur, & modico tempore quiescit.

Quibus sic expeditis ad tertium redeamus genus à quantitate uirtutis mouentis sumptum, siue ut Auic. à qualitate percussiois uenæ in digitos, quod in tres diuiditur species; in fortem. s. debilem, & medium. sed de medio semper ut supra, nobis, quæ dicta sunt, sufficiant.

**Pulsus** fortis est, qui fortitudinem uirtutis insequitur. unde aliis paribus, in quo corpore est fortitudo maior, in eo est pulsus fortius. sed diceret, quomodo hanc fortitudinem uirtutis comprehendam? dicendum, quod ex fortitudine dispositionum naturalium corporis; ut sunt ætas, cõplexio forma, & quantò similes dispositiones temperato plus appropinquabunt; tantò magis de fortitudine uirtutis iudicabunt.

Sed iterum quæres, ut, cur dicam pulsus esse fortem cū his, & uelis ex hoc signum habere aliquod? dicendum, quod bene sic fortem iudicabo, si cū iam dictis conditionibus sentiam arteriam in digitos fortiter percutere. unde octauo pulsuum. Fortis est, qui tactum fortiter percutit, à quibusdam ualidus uocatus. & dicitur tactum fortiter percutere; quando extrema digitorum à se expellere uidetur: & cum constringitur arteria, eius motus quasi non discernitur. unde Auicem. Fortis est, qui apud diastolem tactui resistit. ex quibus colligere possumus de forti hanc notificationem, quod fortis pulsus est ille, qui cum uirtutis fortitudine, & arteriæ dispositione debita in tactum fortiter, & constanter percutit. & dicitur debita &c. ut excludatur arteriæ durities, cum qua fortis fieret percussio, ut sophisticas excludam phantasias, & intelligatur fortiter percutere ut supra nonnulli autem sunt dicentes pulsus illum fortem esse, cuius arteria uehementer, & uirtuosa impulsione digitos percutit, & ipsis compressis fortiter resistit: ut dicam pulsus in Sorte irato fortiorem esse, quam in seipso nõ irato: sicq; in ipso febriente magis, quam in seipso sano. & capit positio hæc fundamentum ex hoc, quod uirtus debilis cum maiori conamine fortiores facit operationes, ut in phreneticis est uidere, sic ponit, & natura est incitata magis in corpore lapsu pulsus fortiores facere, quam in temperato. sed tu considera: nam in temperato, & sanguineo pulsus naturaliter sunt fortiores, quam in cholericis: & tamè arteria cholericis fortius imprimet in digitos propter sui duritiem, & tensionem, ut in chorda arcus est uidere. quidam concilians dixerunt, quod prima fortitudo pulsus est naturalis: secunda uerò accidentalis. & pro his audiatur textus Auic. Secunda terti de signis dispositionis cordis; inquit. Corporis autem fortitudo significat ipsius fortitudinem, & eius debilitas, si non fuerit ei nocumentum ex cerebro, & nervis, debilitatem ipsius: & debilitas eius significat malitiam complexionis in ipso, & fortitudo eius significat comple-

**A**xionis eius naturalis qualitatem, & est, quia assentia caloris innati, & sanguinis, & spiritus uitalis plurima est ipso non inflammata famosa, imò splendida, imò pura. sed accidentalem ex caliditate significat uehementia inflammationis, & rixa animæ &c. considera speculator; quoniam ex his eligi potest, penes quid attendi habet pulsus fortitudo, & eius debilitas naturalis, ac etiam accidentalis. nota tamen, quod inter hanc fortitudinem sic accidentalem nominatam, & debilem sibi oppositam bene datur medium. inter autem pulsus fortem naturaliter talem, & debilem non cadit medium: propterea quod hæc fortitudo contemperantiam sequitur iuxta illud Haly. secundo techni. Fortitudo uirtutis contemperantiam sequitur complexionis, & debilitas sequitur lapsum.

**D**ebilitas autem per oppositum determinatur: ut quia cum uirtutis debilitate, & arteriæ dispositione debita in tactum debiliter percutit. cuius debilitatis causæ plurimæ assignantur. & prima est debilitas uirtutis naturalis loquendo de pulsu naturali tali. sed debilitatis accidentalis plures sunt causæ, ut forte animi accidens uirtutem resoluens, uigilia superflua, exercitium forte, euacuatio superflua, malitia humoris, eius uenenositas spiritum, et calorem corrumpens, & breuiter omnia, quæ uehementer uirtutem resoluunt, & exterminant, sunt debilitatis pulsus causa factiua. & ut de aliis differentiis dictum est, ita & de his dicendum, quod in his cadunt compositiones, ut quod aliquis est fortis, & uelox: debilis, & uelox: & sic de aliis, quas per se indagator inuestigare poterit. sed de his authores nostri nõ multum curauerunt: imò quandoq; utuntur eis, ut synonymis, ut in eis scriptum reperimus, ut frequens pro ueloci, & tardus pro raro accipiatur.

Quintum autem modo genus aggrediamur à similitudine, & dissimilitudine, diuersitate, & equalitate, uel inæqualitate sumptum, quod in æqualem, & diuersum diuiditur.

**A**equalis autem dicatur, qui in unaquaque suarum processionum in magnitudine. s. paruitate, & fortitudine, aut uelocitate, in his, quæ sunt post ista, similis reperitur. unde in Almanf. Cum unaquæq; percussio sine comparatione magnitudine, fortitudine, uelocitate, & in aliis, quæ sunt post ista, similis inuenitur; dicitur pulsus æqualis. & cum nõ ita fuerit; dicitur diuersus. & princeps breuiter explicans inquit. Aequalis est, qui in omnibus supradictis differentiis est æqualis.

Causæ autem huius æqualitatis sunt fortitudo uirtutis, obedientia instrumenti, necessitas non uariata: nam necessitas uariata causa est inæqualitatis, ut in his comprehenditur, quorum pectora humiditatibus repleta sunt, quæ humiditates diuersis horis diuersimodè calefiunt, & diuersimodè ad cor fumant, in eo uariam inducentes necessitatem, in phthificis, hecticis, peripneumonicis, pleureticis, & huiusmodi comprehenditur. & hic diuiditur in æqualem absolute & in æqualem secundum quid, ut eum talem absolute uocemus, qui in omnibus suis differentiis est æqualis: & talem secundum quid qui in aliqua tantum, aut duabus tantum æqualis est, secundum quid nominemus: & inter hæc duo non datur medium, ut patet.

**I**næqualem uerò absolute appellamus, qui in nulla suarum differentiarum est æqualis. & inter hunc, & æqualem absolute datur medium, ut æquale secundum quid, & inæquale secundum quid. & intelligatur semper, quod respectu harum æqualitatum, & inæqualitatum fiat comparatio inter partes sibi inuicem compares, ut comparando systolem systoli, & diastolem diastoli, quietem quieti, & huiusmodi. unde secundum medicum stat pulsus esse æquale: & tamen diastolem esse maiorem systole, ut patet intelligenti: nam hæc æqualitas, & inæqualitas penes plures attendi habet, nam primò attenditur penes æqualitatem pulsationum, & quietum; quia. s. diastoles omnes quo ad differentias dictas; quia in magnitudine, paruitate, & huiusmodi, sunt æquales: & ita de systole, & quietibus, ut dictum est. 2. penes æqualitatem pulsionis, siue impressionis arteriæ, & partium eius digitos ipsos quatuor; ut quoniam. s. arteria cum suis partibus æqualiter in digitis pulsat. & pariformiter de inæqualitate dicatur: ut quia diastoles inæqualis est diastole.

li, ut quia in digitis una pars arteriæ fortius pulsatur, &c. aut pulsus sub uno digito maior uidetur, & sub alio digito minor, ut in pulsu comprehenditur undoso, aut serrino. item cuius arteria in principio secundum eandem partem maiorem pulsam facit, quam in processu. & summam cum Constantino dicamus, quod pulsus æqualis est, cuius pulsus est eiusdem æqualitatis in digitorum extremitatibus secundum omnes pulsuum differentias. & non est æqualis, cuius percussio diuersificatur secundum omnes differentias, uel secundum aliquas: ut quia aliquando spissus, aliquando rarus. & ita pariformiter de æquali dicendum; quia est æqualiter rarus, aut spissus, & huiusmodi. & quia hæc æqualitas, aut inæqualitas multipliciter uariari potest tum ex parte differentiarum, tum ex parte arteriæ, & partium eius: hinc multæ confluunt compositiones, quas medici non sequuntur. & ideo relinquendæ.

Et, quoniam opposita iuxta se posita magis elucescunt; tunc de diuerso agatur.

**Pulsus** itaque diuersus dicitur; quia in his similitudinem non obseruat: ut quia in una percussione, quia. s. inter principium unius, & finem alterius diuersitas, siue dissimilitudo quandoque reperitur: ut quia frequentius pulsatur, aut tardius, aut quia maior in una, quam in alia, aut quia in tribus percussionibus media cæteris non est æqualis ex parte. s. magnitudinis, uelocitatis, duritiæ, mollitiæ, & huiusmodi, de quibus infra magis. & pulsus hic diuersus duo sortitur nomina; quia gradatus, & æqualiter, uel inæqualiter currens à medicis nominatur. dicitur gradatus; quia gradatim secundum modum scalarum procedit. & ut res hæc facilius capiatur; eam exemplis aperiam: nam pono, quod pulsus inchoat magnus, & continuè paruificando procedit, & sic descendendo paruus in fine remaneat: tunc hic pulsus erit diuersus, ut patet ex habitis: eritq; gradatus, ut patet. & hic etiam, quia in cursu suo æqualitatem seruauit, dicitur æqualiter currens. deinde pone contrà, quod ex paruo sic fiat magnus, aut de magno paruus; ita tamen, quod hanc distantiæ æqualitatem nõ seruet: sed in suo reditu, siue processu inæqualitatem faciat, ut quod in medio cadat, ut ubi debeat esse motus, sit quies: tunc talis diuersus erit, & inæqualiter currens: similiter si inæqualiter augmentaretur, aut diminueretur. & harum diuersitatum generales causæ à diuersitate trium causarum contentiuarum principaliter sumuntur, ut à uirtute primò ex parte multiplicis uarietatis eius in debilitate, & fortitudine, secundò ab instrumento ex parte multiplicis uarietatis eius ex parte obedientiæ, & inobedienciæ, cum est nimis durum, aut molle. tertio à uarietate in augmento, & diminutione ipsius necessitatis, quæ omnia quasi infinitis modis uariari contingit. propter quod Auicenna pulsuum compositorum species quasi infinitæ sunt, & has non consulo medicum uenari: sed quoniam philosophicæ magis sunt, & à sensu quasi remotæ, cum medicus sit artifex sensualis; sunt relinquendæ. sunt & nonnullæ ipsius diuersitatis pulsus speciales causæ; ut ea, quæ à cibo, & humore prouenire potest etiam uirtute constante, & instrumento pro tunc obediente, aut nimia eius quantitas, quæ fit fortis compressio diaphragmati communicata. unde pulsus fatilis in suo impeditur motu propter sibi nocuum, & cordi communicari: & sic uirtus non potest uniformiter arteriam mouere. item idem contingit morbo existente materiali, & uirtute pro tunc debili existente, & cum præ nimia multitudine humoris uirtus, & calor suffocatur. & sic grauata non potest motum uniformiter continuare, ut in principio febrium putridarum contingit. consimiliter quãdo in uenis est sanguis uiscosus, & multa accidit diuersitas in pulsu sua multitudine primò uirtutem suffocando, & grauando: item uaporando continuè maximè materia existente in pectore, & partibus cordi propinquis; lædit lacertos mouentes, & ipsos impedit, & uirtutem debilitat uitalem. unde diuersitas accidit, sic ex parte instrumenti, & uirtutis impedimento contingente, ne uniformis fiat motus. quod autem multitudo sanguinis talem causet diuersitatem; declarat phlebotomia, qua sic euacuato sanguine diuersitas remouetur. idem operantur etiam animæ fortia accidentia; ut cogitatio uehemens, tristitia, & hmoi: ad quæ suffo-

**E**catio consequitur caloris, aut inordinatus spirituum motus: nam inordinatus motus, aut calidi naturalis suffocatio causa est diuersitatis.

Et in diuersitatibus pulsuum ab authoribus medicinae positis prosequens innominatas relinquens dico, quod species pulsuum diuersorum nominata ab Auicenna. tredecim enunciantur; & si in Almanf. duodecim tantum assignentur, quarum in primis cadentem sua cum causa describemus.

**Pulsus** itaque cadens in medio est pulsus, qui quietem facit, quando motus esse debet: aut motum facit, quando quies debuit apparere, quæ res digitis plane comprehenditur: & cum per ipsos dialtoles expectatur; tunc quies percipitur, & aliquando tantum percipiunt frequentiam. quod, ubi debeat esse quies; erit motus, quem pulsus nonnulli sub gradato posuere, & cæteri sub raro reducentes. & eum qui mouetur tempore, quo quiescere debeat, sub frequentia collocarunt. inter talem, & interceptum moderni nullam penitus differentiam ponunt. unde aliqui subtilitates magis enunciant pulsus illum interceptum; cum eius

**E**xtrema duo diuersificantur, in uelocitate, & tarditate, & similitudine. s. quando duo extrema unius partis intercepta quiete diuersificantur in tarditate, & uelocitate. & breuiter non sunt similia, ut si una pars cadens sub uno digitorum; cuius duo extrema moueantur inaginata quiete partis mediæ: ita tamen quod hæc extrema difformiter moueantur quo ad uelocitatem, & tarditatem. & prosequentes in litera Auic. dicamus, quod interceptus est ille, qui se paratur cum motu paruo. s. à motu alterius partis ita, ut contingant duo extrema unius partis intercepta quiete diuersificari, & in suis differentiis non esse similia. huius autem diuersitatis causa est lassitudo uirtutis, & eius defectus: ut quia ex uehementi labore, & exercitio, ut huius uirtus lassata sit, aut debilitata, aut defectio eius ex parte causæ intrinsecæ, ut ex parte malæ qualitatis humorum, aut animi accidentis: nam ex his, & similibus accidit uirtutis resolutio. unde accidit quandoque, ut propter forte animi accidens ita diuertatur uirtus animalis, & uirtus pulsatilis sibi subordinata, ut motum suum interfecet quiete media. idem

**G**operatur fortis dolor, qui maximè uirtutem prostermit. primò secunda de causis, quæ ex dolore proueniunt, inquit. Dolor uirtutem dissoluit, & membra à suis proprijs operationibus prohibet adeo, ut membra ab aeris prohibeat attractione, aut eius disturbat operationem, aut facit eum interceptum aut frequentem, & omnino non secundum cursum naturalem. & nota, quod fortis frigiditas calidum obtundens sic, quod ad eius euentationem una sufficit percussio magna, ut inde quiescat quiete magna, est causa cadentis in medio, ut primi tertia de signis lethargiæ.

**R**eperitur secundò pulsus diuersus caprizans nuncupatus, siue gazelans. & est pulsus, qui in una parte tardus existit: deinde cadit in medio: deinde uelocitatur. Caprizans est, qui uariat in una percussione in tarditate, & uelocitate. & accidit huic, ut festinet, & stet, & cito redit, & suum complet motum. & sic patet pulsus hunc diuersum, & non continuum esse. & appellatur gazelans, siue caprizans; quoniam in suo motu assimilatur motui horum duorum animalium. s. caprioli, & gazelli, quæ in solis cornibus differentiam inter se habent. capriolus autem, siue capretus motum suum tardè inchoat in saltando, deinde in alto aeris quiescere uidetur. deinde præceptum uelocitatem, & multos facit saltus: ita in motu huius pulsus accidit, ut primò tardè dialtolet: deinde quiete intercipitur aliquanto temporis quiescens, quando deberet motum continuare. deinde diastolans motum uelocitatem. hæc et signa sunt, ubi adsit instrumenti obedientia, debilitas uirtutis, & oppressio eius. quare, ut supra tot accidunt in paruo tempore diuersitates. & sic de causis eius cum habitis sufficiant.

**S**ub diuerso etiam continetur undosus, siue fluctuans, uel fluctuosus. & est pulsus, qui in Almanf. secundum latitudinem magnam partem digiti occupat cum lenitate; quia scilicet arteria est mollis ex repletionem, cum quo non est magna eleuatio, neque subita: sed una eleuatio post aliam fit, ut in undis aquarum est uidere: nam in eis pulsationibus id accidit, quod est in undis aquarum: ut quoniam

niam una earum sursum eleuatur, & alia deorsum deprimi-  
tur, & una magis alia, & una uelocius alia, & una tardius alia,  
& una altera erit maior, altera minor, & una aliarum ci-  
to sequatur, & alia tardius, ut in motibus accedit undarum,  
quas diuersitates cōprehēdit tactor in eo, qui propinquus  
est sudationi. idēōq; pulsus sudare incipientium bene consi-  
derentur. huius autem causa secundum plurimum est uirtu-  
tis debilitas. unde diastole non potest fieri nisi paulatim, &  
paulatim ita, quod uirtus successiue maiorat, & minorat  
pulsus ad modum undarum non potens uniformiter suble-  
uare arteriam. & dictum est secundum plurimum; quoniam  
in causa quandoq; est lenitas, siue mollities arteriæ dato, quod  
uirtus non sit multum debilis; eo quod instrumentum molle,  
& humidum nō recipit concussionem, & motum in unā-  
quaq; partem penetrantem, sicut est uidere in corrigia, &  
alia re molli: nam dura hanc concussionem, & motum bene  
recipit uniformē in suis partibus; eo quod siccitas est apta  
concuSSIONI, & tremori propter siccum fore proprio termi-  
no terminabile, aut terminatum. unde extremitas siccæ duri  
mouetur motu sui principij, ut experientia demonstrat: sed  
mollis humidæ partem possibile est moueri, non mota alia  
parte hoc motu; eo quod humidū cito recipit separationē  
& flexionem, & diuersitatem figurationis, ut notum est.

**CLAVDIT** in se cū his pulsus diuersus pulsus uermicul-  
losus, qui est pulsus paruus, multæ spissitudinis, similitudi-  
nē cū undoso hñs. undosus aut, ut supra, nō est paruus, neq;  
frequens; sed eleuationes, & depressiones nunc frequētes,  
nūc tardas hñs. unde hæc in pulsu apparent uermiculoso, li-  
cet sint remissæ. dicitur uermiculoso; quia in suo motu mo-  
tū uermis assimilatur: nam primò, ut apparet, motus uer-  
mis est paruus: secundò frequens: tertio habens eleuatio-  
nes, & depressiones nunc frequentes, nunc tardas, ut sensu  
uisus comprehenditur. & quidam dixerunt hunc pulsus esse  
uelocem: sed ex habitis non est dicendus uelox; eo quod  
in ueloci est quies notabilis, & ut supra de differentia inter  
frequentem, & uelocem. & huius causa est debilitas uirtu-  
tis notabilis, siue fortis ita, ut coniungantur tarditas, spissi-  
tudo, & diuersitas partium pulsus; eo quod uirtus nō potest  
in uno tempore dilatare arteriam scilicet debitè: imo pau-  
latim, & paulatim facit spissitudinem, tarditatem, & parui-  
tatem. & per debilitatem notabilem &c. non intelligatur  
ultima: quā ultima raritatem facit, ut supra de raritate.

**HVI** c associatur formicularis, qui est pulsus ualde minu-  
tus similis motui formicarum, qui & uisu cognoscitur: nam  
quamuis in eo sit diuersitas aliqua; tamē propter eius parui-  
tatem non comprehenditur, neq; inuenitur pulsus eo debi-  
lior, minorq; & spissior: est enim uermiculoso frequēti-  
or. unde Aui. Et uermiculosi formicantis diuersitas in eleuatio-  
ne ad superiora, & præcessione, & consecutione in sensu est  
manifestior ipsorum diuersitate in latitudine: imo, quasi nō  
apparet illud propter debilitatem uirtutis, modicum fit la-  
ta arteria. formicans tamen est ualde minor uermiculoso. p-  
pter debilitatem uirtutis maiorem esse in formicante. cūq;  
post talem sequitur in pulsu raritas: tunc æger morti est pro-  
pinquus. & nō iudices, ut supra ex tali raritate febrem, siue  
necessitatem deficere, sed ægrum. & dixit Auer. 4. colliget,  
quod causæ uermiculosi, & formicantis similes sunt causis  
undosis; licet sint eis debiliores.

**EST** sexta species pulsus diuersi, quam ferrinum  
nominant, & est pulsus ferrinus, ut Auicē. qui in diuersita-  
te partium suarum undoso assimilatur, & in eleuatione ad  
superiora, & in latitudine, & præcessione, & consecutione  
sed est durior, & partes eius in duritie diuersæ existunt. un-  
de dicendum, quod pulsus ferrinus est pulsus uelox, & spis-  
sus, & durus: cuius partes in magnitudine diastolis di-  
uersæ existunt in mollitie, & duritie. & dicitur ferrinus ad  
similitudinem dentium ferræ, qui in suo processu inæquali-  
tatem seruant: nam unus tendit ad dextram, alius ad sinistra  
& sic etiam reperitur, ut Auicē. hæc diuersitas in tali pul-  
su latitudinis suarum partium: quoniam non uniformiter  
arteria secundum se totam in digitos imprimit: sed modò  
cum una parte ad dextrum digitorum, modò cum alia ad si-  
nistrum. item sicut inter hos dentes cadit concauitas de-  
pressa, ita in pulsu hoc accedit, ut sub uno digito percipiatur

**A** motus arteriæ, & sub secundo quies, & sub tertio motus. &  
hoc dico in eodem tempore. unde Ras. in Almanfor. Serrinus  
est durus, cuius percussioe inuenitur diuersitas, ex qua  
cum sub uno digito inuenitur percussio, in alio percipitur  
quies. & cum sub alio quies fuerit, in alio sentitur percus-  
sio. & idēō ut supra, & infra, oportet medicum arteriā qua-  
tuor cum digitis tangere. & consimiliter ex parte aliarum  
differentiarum fit in eo pulsu perceptio diuersa, & sub uno  
digito percipitur uelocitas, sub aliis tarditas, sub aliis forti-  
tudo, sub aliis debilitas, & ita de aliis. hic autem pulsus ne-  
cessariò durus est: propter quod à uermiculoso, & formicā-  
te differt, qui non necessariò duri sunt. item hic pulsus non  
est paruus illorum comparatione. item hic est uelox, & illi  
nō, sed frequētes. causæ autem eius sunt primò illud, quod  
in concauitate uenæ est contentum quantum ad putrefa-  
ctionem, maturationem, aut cruditatē: nam hæc pulsus sic  
diuersum faciunt: quoniam ponunt diuersitatem in neces-  
sitate quò ad eius augmentum, uel decrementum. consimi-  
ter diuersificant partes arteriæ quò ad ipsas esse molles, &  
**B** duras: nam secundum quod res putrefit, & diuersimodè; di-  
uersitas in pulsu accedit: nam ex multitudine uaporum arte-  
riæ extenditur, & induratur, ex paucitate mollificatur, ma-  
ximè quando materia est humida. cōsimiliter apostema cor-  
pus arteriæ extendendo indurat, ut in pleuresi accedit. con-  
tingit & pulsus fore ferrinum propter diuersitatem corpo-  
ris arteriæ in duritie: quia durus, aut mollitie, quia mollis;  
quia. s. cōcatur quandoq; arteriæ duræ aliqua mollities pro-  
pter uicinitatem arteriæ ad membrum molle, aut per mate-  
riam humidam multam, ut contingit in pleuresi in materia  
phlegmatica, in qua reperitur durities ipsa cū aliqua mol-  
litie: nam in omni pleuresi est pulsus durus, & est ex signis  
essēcialib. & similiter omnis pulsus ferrinus est talis. Auer.  
autem. 4. colliget dicit, quod eius cā est uirtutis debilitas.

**SEPTIMAM** speciem aggrediamur, quam caudam for-  
ricinam uocant, & est pulsus forricinus, aut cauda forricina  
dictus, qui ordinatur in diuersitate suarum partium ex dimi-  
nutione ad augmentum, aut ex augmento ad diminutionē.  
unde fm diuersitate ordinatam magnitudinis, & paruitatis  
**C** cauda forricina propriè causatur. dicitur. n. cauda forricina  
ad similitudinē caudæ muris, qui procedit ordinatè de gros-  
so ad subtile, ut patet incipiendo à parte terminata prope  
anum: & contra de subtili ad grossum. multipliciter e-  
nim hanc diuersitatem imaginari possumus: primò, ut quod  
imaginemur primam diastolem aliquanto magnam: secun-  
dam minorem: tertiam minorem: & sic ultra ordinatè pro-  
cedendo de paruo ad minorem. unde quando fit processus  
de magno ad paruum secundum dimensionem, tunc dicitur  
cauda forricina finitiua; quia itur uersus finem: & tunc  
arteria primò apparet debilis: & sic semper procedit debi-  
lius imprimendo, ut in fine uix percipiatur. cum autem  
est processus contra; appellatur cauda forricina retornati-  
ua; quia ad principium reuertitur: & tunc pulsus continuè  
augmentando procedit de paruo ad magnum, & de minori  
ad maiorem, & de debili ad fortem, & fortiozem. nota tamē  
quod hic processus potest esse ordinatus, & inordinatus, &  
non uariabitur nomen.

**OCTAUA** species est fusalis, siue acualis mesalinus ap-  
pellatus, quem certè speciem forricini facere possumus,  
qui ex diminutione procedit ad aliquem terminum in aug-  
mento, postea declinat in inferius cum ordine ad dimi-  
nutionem, donec ad primum terminum diminutionis redeat  
& est sicut dux caudæ forricinæ, quæ continuantur apud ma-  
iores extremitates. dicitur fusalis ad similitudinem, quam  
cum fuso habet, aut acualis ab acu, cum qua suntur sotu-  
lares; quoniam est in medio grossus, & in extremitatibus  
subtilis, qui nostro in uulgari nominatur subia, mesalinus  
autem græcè, acualis latinè. & huius pulsus causa est uir-  
tus debilis procedens de labore, idest, pulsu magno ordi-  
natè ad quietem, idest, ad diminutionē, siue paruitatem, &  
procedens ex quiete scilicet ex diminutione, seu paruitate  
ad laborem, seu magnitudinem, hoc est, ad augmentum. dici-  
mus aut plus uirtutē laborare in magnificādo, quā in par-  
uificādo pulsus; quoniam magnitudo, ut supra, est differē-  
tia uirtuti grauior. & hæc uirtus debilis non intelligatur  
ultimatè

ultimatè debilis: sed in una est magis debilis, quàm in alia: nerbi gratia, debilior est uirtus in cauda finitiua, & ista est deterior species in retornatiua, siue reditiua uirtus est fortior, ut patet intelligenti, & est minus mala species.

Sed quid dicemus, cum dicat Auic. ille, qui in una permanet dispositione, plus est uirtutis significans debilitatem, dicendum, quòd hæc tertia species appellatur mansiua, & plus est uirtutis debilitatem significans, quàm supple non permanens in una dispositione, ut est finitiua. & idè dicebat Auic. Sed eis deterior cauda finitiua: deinde mansiua: postea cauda reditiua: ut mansiuam in medio poneret, & non in extremo malitiæ: per quam mansiuam intelligit pulsuum, qui in paruitate perseverat; non quidem; quia in eadè permanet paruitate: imò còtinuè in illa uariatur: non tamè descendit ad ultimam paruitatis, ut finitiua.

**NONA** species est pulsus bis pulsans, in quo discordatè sunt sapientes, siue medici: quidam enim dixerunt ipsum esse unum pulsuum: diuersum tamen in præcessione, & consecutione: & alii ipsum esse duos pulsus, quorum unus alium consequitur. & rei ueritas est, quòd est unus; & non duo, de quo Raf. in Alman. pulsus bis pulsans est cum arteria percutiendo occurrit digito, & non sentitur quies, quæ systoles dici debeat. sed sensu percipitur alia percussio, quæ prima debilior existit, ut accidit ex percussione martelli super incudem. propter quòd martellinas alio nomine appellatur: nam ex percussione martelli super incudem duplex causatur percussio: & prima maior est secunda, ut patet ad sensum. unde Auerrois. 4. colligè. Et potest esse, ut sic dicatur eo; quòd pulsationes duæ sunt: una, quia quies, quæ est inter eas, non habet tempus, quòd mereatur dici tempus quietis. & propter hoc nonnulli martellinum appellarunt; quia motui martelli assimilatur, qui cum incudem percussit, & ibi nam causat pulsationem, & melius dilatationem: & dicitur pulsus hic bis pulsans; quia ad eum causandum ad minus bina requiruntur pulsatio: cum quo tamen stat, quòd etià ter pulset. & dicitur unus: quia continet unam partem, quia diastolem, & non alias. & causa bis pulsantis est fortitudo uirtutis, necessitas aucta, & instrumenti durities faciens ipsum inobediens; quia non obediat uirtuti in diastolando in una uice, ut debet. & fit, sicut si aliquis uult incidere aliquid in una incisione. & non est ei obedientia ex parte instrumenti, ut illud incidat in una uice: tunc est iuuamentum per aliam, siue sequentem uicem: maximè. si cum necessitas augeatur. requiritur enim fortitudo uirtutis; quoniam aliter arteria facta prima dilatatione constringeretur ante inceptionem secundæ, cuius oppositum apparet in pulsu bis pulsante. item requiritur necessitas multa; quia aliter uirtus non conaretur facere secundam diastolem: item & instrumenti durities, quæ talem pulsationem impediatur: aliter uirtus diastolem ualde magnificaret.

**EXPEDIENDO DECIMAM** dico, quòd ipsa nominatur pulsus intersectus, de quo supra de cadente in medio: & tu ibi. quidam tamen addunt dictis supra, quòd intersectus est, in quo arteria quiescit; quando debet moueri: sed in medio cadens est diuersus; quia à suo ordine cadit motum faciens tempore, quo quiescere debebat. sed in his medicis se non occupet: quoniam hæc occupationes sæpe deuiant medicum de arte sua, quarta primi primo capitulo. & tu ad ea, quæ de ipso supra allegato loco. & differt à gazelante, quoniam secunda percussio gazelantis antecedit. si complementum primæ: sed in cadente est pulsus, & percussio tempore quietis prima completa percussione. & huius causæ expeditæ sunt allegato loco.

**VNDECIMA** est pulsus spasmosus; quia similitudinem habet cum pulsu spasmi. unde secunda terti de signis spasmi. est pulsus diuersus: nunc altus. nunc depressus. ad modum sagittæ de arcu emissæ, nunc altæ, nunc depressæ incedentis, in quo est tensio arteriæ. ad quam durities non uera sequitur, aut uera durities, ut in spasmo de inanitione, siue sicco. item quoniam aliquando stat arteria contracta, ut membrum spasmatum. cuius causa est aut motus non naturalis uirtutis; quia præternaturalis, quo natura percepto nocumento membrum contrahit, ut in spasmo non proportionato ad materiam, aut malitia in essentia arteriæ, per talem

**E** malitiam intelligendò duritiem ex siccitate pulsus spasmaticus, aut spasmosus.

**REPERTUR** & tremulus, qui sic dictus est: quoniam arteria tremit in sua pulsatione non completè dilatata, nec completè constricta: imò commixtim diminutis mota motibus: cuius causa, ut. 10. pulsuum, est uirtutis fortitudo durities instrumenti. necessitas aucta, sine autem his tremor prouenire non potest: nam tremor motus est compositus ex motu sursum, & motu deorsum: in quo nec uirtus est totaliter potens supra resistantiam, siue membri grauitatem, nec totaliter impotens supra resistantiam; quia membrum cum sua grauitate stat cum uirtute, sicut in æquilibra, siue in quadam æquipollentia: si enim uirtus non constaret; grauitas ipsam opprimeret: & si durities non constaret; uirtus suam compleret diastolem. & si necessitas non esset aucta; uirtus suum conatum contra duritiem non faceret. his itaque stantibus sic adinuicem cum tali æquipollentia accidit pulsus tremulus, de quo Auic. prima terti de karabito. & sic patet, quomodo sine his non contingit pulsuum tremulum causari. & accidit in hoc, sicut si corpus quoddam durum concuteretur.

**ET EST** pulsus retortus filo, quòd torquetur, assimilatus: nam, cum primò torquetur filum ipsum; ex pluribus filis componitur adinuicem non benè commixtis: & sic inæqualitatem habet primò apparentem. sic & pulsus quasdam partes altiores habet, quasdam depressiores, & quasdam ad dextrum, & quasdam ad sinistrum. cū autem filum est completè retortum; tunc prædicta inæqualitas non apparet. proportionabiliter autem in pulsu hic diuersitas apparet; quia in suis partibus inæqualitatem habet ex parte situs: ut quòd una est alta, alia depressa, una ad dextram, alia ad sinistram: & sic de aliis, quæ ex siccitate arteriam corrugate eueniunt propter quòd accidit ipsum esse cum hoc durum. & idè nonnulli chordosum tremulum, & retortum sub ferrino collocauerunt propter eorum inæqualitatem cum duritie instrumenti.

**CYMBRIS** est chordosus, de quo Auic. est ex summa retorti, & assimilatur tremulo. uerum in tremulo diastoles è magis occulta, & tensio in chordoso manifesta: & hi omnes ut supra duri sunt. & ita teneatur, quòd in chordoso est tremor: sed est quasi occultus respectu tremulationis in tremulo, in qua est magis manifesta. & retortus è superior ad chordosum; quia omnis chordosus est retortus, & non contra: quoniam chordosus ultra talem diuersitatem tensionem explicat, & in chordoso arteria magis eleuatur, quàm in tremulo. & hi pulsus in ægitudinibus siccis maximè reperiuntur; quoniam talis diuersitas à corrugatione arteriæ fit, quæ à siccitate maximè prouenit.

Sic de quinto expediti sextum aggrediamur ab ordinatione, & inordinatione sumptum, quòd re uera sub pulsu æquali, & inæquali est ponendum. propter quòd Auic. non erat necessarium medico ponere genera pulsuum, nisi nouem: nam cum certificatum fuerit; hoc genus, quòd è apud Auic. 10. est sicut, si esset spēs noui generis. & diuiditur in ordinatum, & non ordinatum.

**ORDINATVS** est pulsus, qui in sua diuersitate ordinem seruat in suo transitu: uerbi gratia, Auic. pulsus primò erit magnus: sicq; procedit ad tertiam pulsationem, in qua efficitur paruus. deinde cum magnitudine procedit usq; ad sextam pulsationem, in qua iterum paruificabitur. deinde magnus fiet usq; ad nonam, in qua iterum paruus erit, & sic ultra cum hoc ordine: tunc patet, quòd hic pulsus est diuersus, & in sua diuersitate ordinem seruat, & in suo transitu, & assimilari potest circulo: quoniam, sicut in circulo ab uno punto fit transitus circularis in eundem; ita in hoc pulsu fit circulatio ab una diuersitate in eandem, uel sibi similem. & hic pulsus sic diuersus in una differentia tantum appellatur diuersus ordinatus absolute. quòd, si diuersitas erit respectu plurium differentiarum; dicitur ordinatus non absolute, sed secundum quid, uel modo Auic. prope ordinatum: ut uerbi gratia, ponatur, quòd à pulsus ut supra non solum fiat paruus in tertia pulsatione: sed fiat paruus, & tardus; & consimiliter in sexta in nona. & sicut ordinatus absolute assimilatur circulo, qui in suo processu secundum ordinem

in uno distinctus colore; ita & hic circulo assimilatur, qui in suis partibus sic ordinatus pluribus est distinctus coloribus: ut quod prima pars sit alba, & rubea: tertia similiter, sexta similiter, & nona &c.

**P**ULSUS uerò inordinatus est ordinato oppositus: nã inordinatus absolute est, qui in suis differentijs nullum seruat ordinem, ut si in prima esset magnus: in tertia paruus: in sexta paruus: in secunda magnus. & sic absq; ordine aliquo. inordinatus uerò absolute est, qui in suo transitu aliq; ordinem seruat: licet non in omnibus, ut si in prima esset magnus: in secunda paruus: in tertia magnus: in quarta paruus: deinde procederet cum magnitudine usq; ad octauã: deinde in nona efficeretur paruus: deinde usq; ad duodecimam esset magnus. & ex his patet, quomodo pulsus sic ordinatus dictus ab authoribus non potest esse temperatus; quoniam præsupponit in eius definitione inordinationem, qualem non habet pulsus temperatus. patet secundo, qualiter hic pulsus est inæqualis, & sub inæquali reponendus: de hoc pulsu dixit Auer. 4. colliget. Ordinatus est ille, qui in multis reuolutionibus suam seruat diuersitatem: non ordinatus uerò, qui suam diuersitatem non conseruat. & diuersitas ordinata est in eundem terminans: inordinata è conuerso. & si istas diuersitates, & inæqualitates cõsiderare uolumus referendo ad alia: quandoque genera assignando. s. plures modos diuersitatis componendo &c. protelare foret sermonẽ inutile: nã huius diuersitates sensu, ut existimo, à nullo percipiuntur: & sic eas percipi non est possibile.

Postremo est genus septimum à proportionem duorũ motuum, & duarum quietum sumptum, siue ut in 4. colliget, à proportionem quatuor temporum pulsus mensurantium duas quietes, & duos motus eorum à uia naturalis exitus. & est, ut motus dilatationis sit maioris comparationis ad motum constrictionis, quàm debeat: aut è conuerso motus constrictionis sit maioris comparationis debito ad motum dilatationis: aut ut quietes sint minores comparatione ad motus debito: aut sic permutando quietem inter se. & est comparatio earum adinuicem, sicut est comparatio motuum, & se quando Aly. post quem Auicem. allegabo, diuidit ab eo hic pulsus in eum, qui est æquiponderis, & non æquiponderis.

**E**T PULSUS æquiponderis est æqualis, & habet compositionem duorum motuum adinuicem compositione naturali, & per uiam naturæ. & similiter habet compositionem unius quietis ad alteram: & etiam illam, quæ est motuum ad quietes. & istæ compositiones diuersificantur secundum diuersitatem ætatum, complexionum, temporum, & huiusmodi. & dicit, quod comprehendere has compositiones difficile; quanuis multi homines in musica eas cõprehendant: propterea quod notæ musicæ habeat superfluum extensionem ita, quod minor illarum potest exemplo comprehendere: & est illa, quæ multiplicatur ex 36. partibus unius ad unam partem. & huius uerba sunt alterius sanæ: & huic per accidens necessaria est parum. sed in pulsu sunt tempora breuia ad inueniendam hanc compositionem in eo, & adhuc magis; quia quies existens post systolem, difficile est inueniri: eo quod arteria est supra carnem. & uerba huius uiri clarius intelligentur ex his, quæ nunc dicentur. dixit Almanf. inter unum duorum temporũ pulsus, & aliud inuenitur proportio propria in utraque ætate. compositio autem istorum duorum temporum in ætate puerili nõ assimilatur compositioni in ætate adolescentiæ, aut iuuentutis, neque senectutis, aut senii. et hæc comparatio pondus uocatur. i. mensura, quæ sic procedere mensuratur, ut infra. quapropter, cum pulsus in aliqua ætate propriam compositionem ipsius ætatis serauerit; dicitur pulsus habens pondus, & boni, & iusti ponderis; quia mensura. & cum non serauerit hoc: sed ad pondus alterius ætatis peruersus fuerit, ut cum pondus ætatis puerilis ad pondus iuuentutis permutatum fuerit; dicitur pulsus diuersi ponderis, & uocabitur pulsus non ponderatus, aut nominibus horum similibus. & hoc pondus attenditur etiã ex parte complexionum, temporum, motuum, regionum. & in summa pulsus esse mali ponderis nõ est aliud, nisi pulsus malè proportionari rei naturali, sicut cõplexioni, ætati, sexui, aut rei non naturali præcipuè tempori anni, aut regioni. & idè dicit supra Auerr. à uia naturalis exitus. Et

**A** esse boni ponderis est debite his proportionari, de quibus rebus infra agetur, & pulsus mutari habent. nonnulli hinc interserunt cõsonantias musicales, de quibus aliquid statim sed certè eorum subtilis perscrutatio medico practicante non est necessaria. sed, cum iam dicta pertrãseat quo ad metrum pulsus, & pondus bonum in eo inueniendum est sufficiens. Auic. autem sub his uerbis explicauit, genus ex pondere sumptum est comparando proportionem quantitatum proportionum quatuor temporum correspondentiũ duobus motibus, & duabus quietibus. propter quod accipiendum, quod ita ad inuicem se habere debent motus pulsus, & quietes, & eorum tempora cum conuenienti. s. proportionem, quæ non est nisi suarum quantitatum adinuicem certa habitudo, & non scita, ut. 5. Euclidis in commento tertiæ definitionis. quemadmodum se habent consonantiæ musicales sic suis proportionibus constitutæ: & propter hanc similitudinem dicitur in pulsu musicales consonantias reperiri; quia similitudinariè: nam, sicut per auditum musicalis cõprehenditur consonantia, cuius debita proportio in suis temporibus per uirtutem interiorem, & non per auditũ ipsius iudicatur: ita etiam per tactum motus & quietes, ac tempora pulsuum comprehenduntur, de quorum habitudine adinuicem interior uirtus iudicium apud se deponit. & hæc sic comprehensa habitudo, seu proportio fit in relatione ad re naturalem, aut non naturalem, ut supra. & in summa considerare proportionem quantitatum &c. ut Aui. non est aliud, quàm discurrere, si quãtitas proportionis diastolis ad quietem, & contra proportionatur corpori, uel non: ætati, uel non, & huiusmodi. & hic uolo de his hæc pauca sufficere. & cum absq; notitia de ipsis ita exquisita possit medicus in perfectam corporis cognitionem peruenire permaximè practicus; superfluum duxi in his amplius prosequi. causam autem pulsus huius assignat princeps dicens, quod, cū pulsus mali ponderis, quia. s. factio motu in tempore, in quo debet uenire quies, est augmentum necessitatis supple, per q; irritatur uirtus ad faciendum motum tempore quietis. & causa mali ponderis facti in tempore motus; quia. s. facti in quiete; quando debuit esse motus, est diminuta necessitas quæ res supple uerificatur; si uirtus non fuerit multum debilis, quia etiam ad debilitatem fortem uirtutis aliquando illud malum pondus contingere solet. & subdit Aui. quod pulsus tempore motus propter uelocitatem diastolis alius est ab hoc, quæ litera uerius sic exponatur. quod pulsus factus, siue motus factus tempore, quo debet fieri motus uelocitando diastolem, alius est à pulsu mali ponderis, in quo expectatur quies, & uenit motus. & hoc est notum: nã stat diastolem esse uelocem, & pulsus non esse cum hoc mali ponderis, cum sit motus factus tempore motus, & quies tempore quietis.

**H**is itaq; sic à primo ordine sumptis ad tria ultima in secundo ordine conditua accedo, quæ sunt ab annexis sumpta: quorum primũ à contentis sumitur arteriæ. propter q; dicitur pulsus plenus, uacuus, & medius.

**P**ULSUS autem plenus est pulsus, qui sentitur, ac si in foramine arteriæ foret humor implens, de quo sollicitandum est, ut purè, seu debite euacuetur. cui pulsui pulsus uacuus est contrarius. propter quæ accipiendum, quod causa plenitudinis pulsus est, aut spũum multitudo, siue quãtitas, aut multa sanguinis arterialis, siue humorum copia, aut fumorum capinosorum repletio, quo quidem repletio per arteriæ extensionem comprehenditur, ipsa sic in tactu resistente, cum digitis exprimitur; ubi percipitur tensio, & cum dilatatione repletio, ut in corporibus athleticis sanguineis, & similibus; qualis non apprehenditur in arteria resistente propter duritiem, in qua comprehenditur extensio cum strictura; qualis apparet in hecticis & corporibus consumptis. & cum talis apparet pulsus; tunc debet medicus sollicitare ad euacuationem in toto, uel debito modo fiendam; cum eius tardationi immineat periculum de fractura uenarum, aut arteriarum, aut de suffocatione, & extinctione calidi, ut in. 1. apho. com. 3. Vacuitas autem pulsus ex quadam lassitudine comprehenditur non propter molliciem contingentem; sed propter defectum contenti potius, aut continendi in arteria, ut euident est, à qua mollicie raro plenus absoluitur.



tur. & uacuis apparet inflatus: sed cum tangetur; uacuis digitis percipitur.

**S E C U N D U M** uerò à qualitate arteriæ accipitur, & carnis circumstantis, qui diuiditur in calidum, & humidum, frigidum, & siccum: & inter hos medium, de quo medici rarissime mentionem faciunt. est tamen calidus dictus, cuius corpus arteriæ, siue substantia ab extremitate digitorum calidè percipitur. sicq; suo modo de frigido, & reliquis dicatur semper in relatione temperati.

**T E R T I U M** ab essentia arteriæ tollitur, & diuiditur in mollem, & durum, & medium. mollis est, qui recipit reditū ad interiora à compressione facile: & durus est ei cōtrarius inquit Gal. in co. pulsū. Pulsus mollis, & durus potest dupliciter intelligi: uno modo propriè propter duritiem, & mollitiem instrumenti: alio modo impropiè intelligendo per mollitiem quandam lassitatem ad paucitatem contenti in arteria consequente, & ipsius uacuitatē: & per duritiē tensionem consequentē ad arteriæ tensionem procedentem ex arteriæ repletionē materiæ, uel humorum eam tendentium de causis autem duritiæ, & mollitiæ, uacuitatis, & plenitudinis satis actum est circa principium capituli. causæ autem calefacientes, aut infrigidantes &c. notæ sunt de quibus in particulari magis, cum de his, quæ pulsum mutant, agemus, & specialius in de prognosticis à pulsu sumptis.

*De obseruandis à medico ut pulsuum debitam agnitionem consequatur. Cap. 4.*

**C V M** DE esse pulsus, & causis eius ad plenum supra actum sit; consequens duxi pro eius debita notitia, quæ oportet medicum studere diligenter aperiri esse. propter quod primò sciat, quod licet ut supra, significatio pulsus cæteris significationibus sit certior; ad eius tamè perfectā notitiā non facile peruenitur: nā, ut Cōstantinus, ex tribus eius notitiis difficultatur: primò quidē ob multas, subitasq; mutationes, quæ ei adueniunt. secundò propter multitudinem generum specierū, & differentiarum eius. tertio, quoniam medicus caret eo, ad quod ipsum cōparare habet; ut quoniam tēperati, aut sani pulsus languentis notitia caret: nā spēs pulsus comprehendere nō possunt in aliquo indiuiduo nisi comparato ad pulsum sani, qui in corpore tēperatæ cōplexionis inuenitur, aut ad quatuor scilicet, quæ à radicibus naturæ. 4. colliget. & subdit. non cognoscitur nisi; per comparationē sani pulsus; quia ipsius ægrotantis, dum sanus erat. ex quibus collige, quantum oportet medicū se in pulsu sanorū exercitare specialiter circa pulsus hominum suæ ciuitatis: nā ipsis non cognitis dubia tunc de pulsu infirmi fertur opinio: & sic contingit medicū errare. itaq; opus est, ut per longum effercitium sibi pulsum æquale statuat: de quo in præcedenti cap. à quo cum aliquis pulsus recedit, de eo rectè iudicet: quod est difficillimū facio. unde Gal. de mirabilibus prognosticationibus. nō possunt cognosci dispositiones pulsus ad id, quod præternaturam, nisi prius cognoscatur dispositio pulsus naturalis. & ad ipsum cognoscendum maximè operatur notitia cōplexionis, & compositionis corporis egrum cum ex corde frigidus pulsus, qui perueniunt, sint parui, & tardi, & ex calido magni ueloces, & sic de aliis. idē hæc, & dicenda tactor bene consideret, quæ ad mutationem pulsus faciunt. & propositum nostrum magis attingens dico, quod licet pluribus in mēbris in arteria pulsus percipiatur, ex cuius tactu de ipso iudiciū fieri possit; tñ facilitas præbēdi arteriam, & honestas, & directus aspectus arteriæ brachii ad cor, ppinquitasq; est sapientib. suaferē, ut eius tactus in arteria brachii fieret: & sic p illā magis, quàm per aliā iudicaretur. quibus quatuor causis sic cōibus duas addit Cōstantinus una quarū est, quā arteriæ tangēdæ locus detectus esse debet, & nō carne coopertus. in quo loco sic arteria melius se representat: sicq; melius percipit; cū manifestè appareat arteriā pfundatā non ita bene percipi quemadmodū in supremo situatā. altera est, quā arteria in mēbro recta, & nō circūuoluta esse debet, ut super ipsum quatuor digiti simul poni possint: ut in bono iudicio pulsus sic tangere est necessariū: ut hic statim. quia ex re arteriæ tēporum nō tanguntur; quia tortuosæ sunt. & tu specularē, ut quid tortuositas sic iudiciū

**E** impedit, aut occultat. secundum obseruandum est, ut tactor prius bene consideret tangendi dispositionem, quo ad extrinsecam, siue quo ad res nō naturales; si uerum iudicium deponere uoluerit: ut uerbi gratia, quod non sit iratus, forti gaudio commotus, non exercitatus, non multum repletus, non famelicus, & huiusmodi, quæ in pulsu mutationem facere consueuerunt, de quibus infra ad plenum. tertium, quod tangendo incipiat ab arteria dextri lateris: quoniam perfectior est pulsus dexter, ut 13. de Animalibus, Pars cordis latior, quæ dilatatur, & constringitur, respicit latus dextrum, & idē habilis ad motum, & ad actiones, quàm sinistrum: & hoc ut quasi semper, & raro inuenitur contrarium. pulsus tamen sinister est magis temperatus propter partem sinistram nō esse ita calidam. Archimedes autem (cuius practicam uidi) iubet, ut prius arteria sinistra tangatur: quoniam licet cor in partem dextram exufflet: tamen quilibet motus cordis ex propinquitate in sinistro facillimè agnoscitur brachio: & quia hæc non impediunt iudicium practici; idē de ista re nihil uoluit: tamen Aui. hic utrunq; tangi debere propter inæqualitatem ipsorum: quoniam raro accidit unum alteri esse æquale, de quo in sequenti c. particularius agebitur & hic est mos practicanum: imo nonnulli sunt alchimizantes cum pulsu, & primò tangunt dextrum stantes, ac meditantur, & magno cum spatio: deinde ad sinistrum se conuertunt idē operantes. & sic ostendunt subtiliter se uelle indagare differentias pulsuum, per quos optimè comprehendere possint essentiam, & ægritudinis locum. & Deus nouit, quomodo rem intelligunt. sed pro tunc sufficit eis, quod sic operando uulgares astantes de ipsis maiorem capiant confidentiam. quartum, quod manus tactoris non debet esse altera quo ad qualitates primas; quia si non nimis calida, neq; nimis frigida: sed moderati caloris, ne ex nimia frigiditate sequatur pulsus retractio, aut ex caliditate expansio, siue dilatatio. addo præterea cum organum tactus melius dispositum erit aliis paribus melius; inde de tangibili feretur iudiciū. ex quibus inferit, quod decens est, & quasi necessarium medico cheirothecas tpe hyemis gestare, ut in manu caliditate seruet moderatā. quintum, quod cū peruenit ad tangendam arteriā; ipsam quatuor digitis scilicet longitudinē arteriæ comprehendere debet, ut sic primò discernat curtū à lōgo: itē & uirtutis tenorē: quā aliquā ob eius debilitatē sub oibus his digitis pulsationem facere non potest, quæ res sic tangendo comprehenditur. itē & pulsus inæqualitas, ut supra aliter malè comprehenditur potest. sextum, quod cū pulsus digitorū fiat; cū in eis sit maior tēperies, ut prima primi de cōplexionibus. & attentius considerat tactus cū indice, cum præ cæteris sit magis aptus ad discernendū; cū in eo sit maior tēperies. septimum, quod cū digitis dextræ fiat tactus brachio infirmi, aut sani cū sinistra sustentato: nā dextri melioris sensibilitatis sunt. octauum, quod tactor non sit alteratus: sed quietus. nec subito, cum ad infirmū accedit; sibi debet pulsum tangere: sed debet parū morari, & sedere: nā quæ ex reuerentia, aut timore medici fit in pulsu uariatio, ut in Costa græco falconerio Illustris domini mei cōtingebat; nā & cōmotio, aut aliter quolibet agitatio (ut infra) cā esse potest, ut sic in iudicio error contingat, ne tñ cū pspicacitate cōmotus, ut quietatus iudicabit cū inquietari, & residere animus sapiēs, & prudens fiat, phisycor. 7. debet ei ergo aliqua prius dicere. infirmūq; de alio interrogare, donec ad moderatam perueniat sui corporis dispositionem. quæ omnia facillimè à medicis obseruantur, cum aculeo aureo punguntur. quod si secus fiat; dicta abbreviant. nonum, quod si tactor comprehendet arteriam carne multa esse coopertam, aut naturaliter profundam; tunc debet cum digitis fortiter comprimere, ut sic arteria se melius offerat, si cū carne digitis cadente: non tñ ita fortiter, ut uirtus à debito motu arteriæ impediatur: quod si carnosus nō fuerit; leuiter tangere debet decimum, quod, quia pulsus in processu aliquando uariatur ab eo, quod à principio fuit ex parte suarum differentiarum; idē medicus tangens digitos remouere non debet, quousque plures non senserit percussiones. sed quæres usque ad quot: dico, quod 18. continentis uoluit Rasis, quod digiti super arteriam tenantur usque ad 12. quidam usque ad 20. nonnulli usque ad 25. quam sententiam secutus est pater meus Cermisonus. cæteri autem

tem usque ad centum, & hoc uoluit Archimetrus in sua præctica inquit. Et usque ad centesimam percussione ad minus pulsum considerato, ut diuersa genera pulsum inuestiges, & astantes ex longa expectatione uerba tua gratiora suscipiant, uoluerunt hi uiri omnes, ut tanto spacio teneantur, in quo pulsus differentie rationabiliter apparere debet, res comprehendantur, quo. s. ad esse æqualem, uel inæqualem: ordinatum, uel inordinatum, cadentem, aut non cadentem: quia. s. in tanto tempore uirtus se manifestabit, ex parte sui tenoris &c. undecimum, quod, si infirmus iacet super latus sinistrum, tangatur arteria dextri, & è conuerso. ne propter compressionem super brachium factam accidat error in iudicio ex tali situ sic distemperato pulsu: quoniam propter compressionem impeditur transitus debitus spirituum, unde aliquando in eo latere non reperitur pulsus, ut experientia docet, consimiliter attende, ne digitos multum extensos habeat, neq; in pugnum reductos, ne ex tali situ iudicium uarietur, ut dictum est.

*De rebus naturalibus pulsum mutantibus, continens*

*Rubricas quinque. Cap. 5.*

*De pulsu complexionum. Rub. 1.*

**V**ARIA sunt pulsum naturalem uariantia ab eo, quæ esse debet temperati relatione: Res. s. naturales, res non naturales, & res præter naturam: de quibus omnibus suo agetur ordine, & initium faciens à rebus naturalibus, tanquam à dignioribus, & primis.

Dico, quod inter res naturales complexio, habitudo, forma, ætas, sexus, & imprægnatio sunt pulsum naturalem quam maxime uariantes, & hoc in loco uirtutem omitto, tanquam causam primam in omni pulsu dispositione currentem, & sic inter res naturales prima habeatur, de qua in loco, ex parte autem complexionis pulsu uariatur: quoniam in calida, cum in ea maior sit necessitas cæteris paribus, inde pulsu prouenient magni, ueloces, & frequentes, ut supra: & quanto calidior, tanto uelociores &c. cæteris paribus semper obseruatis ex parte uirtutis, & aliorum, quod non sit contraoperantia ex parte aliorum &c. nam uirtutem calorem innatus quantuscunque fuerit, non minuit: imo ex eo peruenit spiritus fortitudo, audacia, mania &c. ut Auicenna, & ex hoc pulsu magnitudo &c. & contrarium est in calore præter naturam; quia quanto magis augmentatur, tanto uirtus debilior efficitur, & ex hoc pulsu paruitas sequetur, nisi impedimentum interueniat ex parte instrumenti, aut necessitatis, ex quibus habet pulsu cholericorum alijs paribus uelociores, & frequentiores esse pulsibus sanguineorum, & habentes cor calidum paribus seruatis magno, ueloces, & frequentes pulsus habent, & hic notetur, quod aliquando contingit phlegmaticos pulsum magnum habere: quæ res caliditate sui cordis accidit: & si cætera membra ad lapsum frigidum sunt declinantia, aut ex caliditate magna sui hepatis, & plurima talia diuersa in hominibus reperiuntur, quæ sic à primis principis deuiare uidentur, in frigida autem pulsu ad paruitatem declinat, tarditatem, & raritatem, & ideo pulsu melancholicorum sunt parui, tardi, & rari, nisi ex parte contraoperantia contingat oppositum, in humida uero est pulsu uelut undosus, & dilatatus; quia inæqualiter est eleuatus, & latus: nam arteria propter eius mollietatem æqualiter secundum omnes suas partes pulsat in digitis: sed fit inundatio, ut supra de pulsu undoso, & est humiditas in arteria expansa, cum termino careat, propter quod dilatatur, hunc pulsum etiam faciunt habitudo humida, & tenera ætas, in sicca uero pulsu est angustus, & durus: quas res instrumenti dispositio operatur, quæ si uirtus fortis fuerit, & necessitas multum augmentata; tunc causatur pulsu bis pulsans spasmosus, & tremulus, & quæ sic posita sunt, intelligantur de complexionem simplici distemperata naturaliter tali, à quibus accipi possunt pulsu complexionem compositarum naturaliter distemperatarum, quales esse debent ut primo dicamus, quæ ut actum supra, semper medicus sibi pulsum statuere debet, quem respectu aliorum sibi metrum faciat: nam cum talis apud nos non inueniatur, oportet imagina-

**A**rium hunc componere, & in hoc apparet, quare semper medici in pulsu uno, & eodem uarium deponunt iudicium: quoniam & imaginationibus diuersificatur sibi uarium metrum statuendo, supposito itaq; sic pulsu metro, siue temperamento, de quo supra, dicendum, quod pulsu sanguinei magnus, uelox est & frequens semper tali contraoperatione &c. nam propter necessitatem maiorem esse in eo, quam in temperato, accidit pulsu magnitudo, & quoniam in eo maior est humiditas; est latior, ut supra, & quoniam arteria est mollis respectu temperata; hic non ita æqualiter in digitis ulla, quare respectu temperata undosus dici potest, pulsu quidem cholericum, quem alijs paribus sanguineo calidiorum esse omitto, minor erit, uelocior, & ipso sanguinei frequentior: nam, ut præmittitur in cholericum, necessitas maior est, eritque uelocior propter siccitatem instrumenti, ex qua redditur inobediens, unde cum uelocitate supplebit, nunquid ipsa siccitas ipsa humiditate ipsum instrumentum magis indisponat speculantibus relinquo: hoc tamen non tacebo, quod humiditas uirtuti cæteris paribus minus obuia est, & certè sic esse in experientia meo facili iudicio tangendo comprehenditur, maxime in dispositionibus præternaturalibus calidis, & siccis respectu talium calidarum, & humidarum: nam siccitas in augmentum necessitatis ipsa humiditate magis conferre uideatur; cum sit operatiua magis, & caloris lima dicatur, humiditas quidem acuitatem caloris obtundit, & de isto aliquid infra, cum de pulsu puerorum agetur, & sicut actum est, humiditas ad extensionem facit, prima primi de elementis: sic siccitas ad contractionem operatur, quare pulsu accidit contractio, & angustia, eademque causa durior fit, cum humiditas mollietatem, & siccitas duritiem parturiat, phlegmatici uero pulsu paruus est tardus, & rarus, paruus quidem propter diminutionem caliditatis: similiter tardus, & rarus est, quam mollis, & latus undoso similis, ut de sanguineo est dictum, nisi ex contraoperantia contrarium accidat, melancholici pulsu ipso phlegmatico minor est rarior, & tardior, sed durus strictus etiam ex ipsa compositione, quæ etiam semper intelligantur, nisi contraoperantia impediatur, ex quibus omnibus accipiendum pulsum lateris dextri maiorem, uelociorem, frequentiorum pulsu sinistri fore; cum latus dextrum sit calidus: nam, ut supra, & si cor in sinistro situentur, tamen propter exafflationem caloris in dextrum, in quo est etiam caliditas hepatis, & cystis fellis dextrum latus calidius redditur, & in ipso sic maior necessitas existit, quæ intelligantur esse uera in dextrariis: nam in his, qui manu, & brachio sinistris utuntur sinistrarij dicti, contingit pulsum sinistri lateris esse quandoque maiorem, natura pro operationibus mittente maiorem quantitatem spirituum, & caloris ad sinistrum latus, & ex his colligitur hoc documentum in practica, quod pulsu duorum laterum semper tangendus est capit, præcedenti, quod si percipiet pulsum lateris minus calidi maiorem atque uelociorem pulsu lateris magis calidi fore, tunc, si febrerit, iudicare debet materiam peccantem in latere illo esse, sicque de loco materiam per pulsum iudicabit, qui sollicitè à medico inuestigari debet, 4. primi capitu. 1. inferitur quoque deinde, quod diastole, & systole pulsu non est secundum modum accessionis, & recessionis cordis, i. diastolis, & systolis cordis, secundum modum diastolis, & systolis corporis arteriam, inferitur & ex his ultimò, quod contingens est arteriam unius lateris diastolare, alia systolante: nam pulsu lateris calidi complebitur eius suam diastolem pulsu lateris frigidi, ergo aliquando diastolabit pulsu lateris frigidi, quoniam systolabit pulsu lateris calidi, considera, & hanc laterum diuersitatem in pulsu manifestè enunciat apostema calidum in altero ipsorum existens, quo in casu pulsu eius lateris uelocior, & frequentior existit, consimiliter & motus arteriam, quæ in uirga, & sub testiculo est comprehensa, qui motus tempore appropinquationis coitus uelocitatur, frequenterque magis, quam sit motus arteriam brachii, aut alcerius loci ab illo distantis.

**B**

**G**

*De pulsu habitudinis. Rub. 2.*

**A**CCEDO ad secundam; quia ad habitudinem, macredine. s. & pinguedine: nam macri pulsu euidentior siue perceptibilior, & maior est pulsu pingui, & uelocior.

Cano. Sauro.

P

cior.

28  
eior, nā grafforū pulsus præ multitudine carnis occultatur, & minorantur; quia paucioris sunt caloris; nam in pinguedine fortior est frigiditas, secunda primi de signis cōplexio nū. sunt tñ frequentiores sic cum frequentia necessitati sue currentes. & his cæterorum paritas semper supponatur.

De pulsu ætatum. Rub. 3.

**N**ON MINVS ætas pulsū uariat ob diuersitatem à complexione dictam, ut. 4. colliget. ob quam rem de eis locuturus à pulsu primæ ætatis initium capiā. Puerorum enim pulsus ex parte caloris uelox est, & ex parte debilitatis uirtutis spissus cōparatione ad iuuenes facta estq; mollis uelut undosus iuuenum cōparatione: de cuius magnitudine inquit Aui. Puerorū tamē pulsus cōparatione quātītatis corporis eorum est magnus: qm̄ eorum instrumentū est ualde molle, & ipsorum necessitas est fortis propter eorum caliditatem in quali, & quāto, & eorum uirtus cōparatione paruitatis corporis non est paræ quantitatis. uerū tamen eorum pulsus respectu complexionis non magnus: sed uelocior, & spissior. in pueris nanq; fumosi uapores multiplicantur propter multam eorum digestionem, & frequentiam eius in eis, propter quod necesse est, ut sui caloris innati fiat euentatio magna ob quam rem, cum uirtus debilis sit iuuenum respectu, cum magnitudine succurrere nō potest. quare uelocitate, & inspissare oportet. sunt itaq; pulsus iuuenum minores: sed uelociore, & frequentiores suntq; in systolando uelociore, &c. propterea quod in eis est maior necessitas expellendi propter multitudinem fumorum capinosorum, quā sit necessitas aeris attrahendi, suntq; iuuenū pulsu meliores, ut actū est. & ex his patet, q; qm̄ puer magis appropinquat iuuentuti; tantō magis in eo augmentatur magnitudo, & diminuitur uelocitas, & spissitudo, donec sic ad iuuentutem perueniat, unde per ætatem puerilem intelligatur ætas illa nostra prima ad iuuentutem exclusiue terminata. & hic aduertendum, quod talis ætas in differentiis pulsuum etiam uarietatem in se recipit: nam aliter in principio, aliter in medio se habet: pulsus enim lactatium, ut Rasis, in ultimo spissitudinis, & uelocitatis, & paruitatis inueniuntur: in adolescentibus uerō maiorantur, & in uelocitate, & spissitudine minuuntur.

Iuuenum pulsus multæ est magnitudinis: sed non multæ uelocitatis: imo in uelocitate diminuitur de spisso tendens ad rarum: nam stante sic obedientia instrumēti uirtus fortis magnitudine sola suæ satisfacit necessitati, propter quod nō oportet multum uelocitate, & minus frequentare; quia proportionabiliter frequentia ipsa uelocitate minuit. & in primo iuuentutis pulsus est maior; cum uirtus cōstet, & necessitas sit aucta; quia plures eleuatur fumi, quā in medio, cū in principio sint humidiores, & maior sit instrumēti obedientia; quia adhuc modicum exiccata est arteria.

Constitutorum autem in medio iuuentutis pulsus sunt fortiores: nam, cum caliditas acutior sit; uirtutem magis irritat ad fortius pullandum, & in digitis imprimendum. & tu hic memorare de his, quæ de fortitudine pulsus supra scripta sunt. inquit Rasis. Iuuenum uerō pulsus est fortior, & omnium etiā ætatum pulsuum inuenitur maior, & præcipue eorum pulsus, qui in medio existunt iuuentutis. & hic cadit speculatio, an. i. tales pulsus cōsistētium sint fortiores &c. & considera. postremò scito, quod licet caliditas iuuenis, & pueri sint fere æquales, & ex hoc fortassis eorum pulsus in magnitudine æquari, uel quasi æquari debent: tñ ut Aui. necessitas, quæ ut finis concurrat præ cæteris ad magnificandū pulsū, operatur, quæ cum uaria in eis sit, hinc &c.

Senū pulsus minores sunt tardiores, & rariore propter uirtutis debilitatem, & necessitatis diminutionem. & est qnq; mollis pp humiditates extraneas in eis multiplicatas, & non pp naturales: cū naturæ sicæ sint. cumq; senectus incipit; tūc pulsus à differētiis suis in iuuetute remouet, & in differētiis oppositas, pcedit usq; ad principiū decrepitiæ ætatis, in quo sic acquisitæ continuè augendo procedunt.

De pulsu sexus. Rub. 4.

**H**ABET & sexus in pulsibus differentiam facere: nā masculorū pulsus cæteris paribus seruatis maiores sunt, & fortiores propter necessitatē in eis euentā

**E** di maiorem esse; cum sint calidiores, & propter fortitudinē in eis ampliōrē. sed sunt tardiores, & rariore pulsibus mulierum: quoniam suæ necessitati cum fortitudine maiori, & obedientia instrumenti meliori cum notabili magnitudine uirtutis satisfaciūt. erunt itaq; masculorum pulsus maiores, tardiores, & rariore pulsibus mulierum: hisq; fortiores. in foeminis autem uirtus est debilis, necessitas pauca, & instrumentum paruum in comparatione masculorum: & ideo in eis non tantum magnificatur pulsus. quare cum uelocitate, & frequentia sit recompensatio. considera.

De pulsu prægnantium. Rub. 5.

**E**ST ET QUINTA naturalis res superius inter alias nominata, quæ pulsū sic uariare comprehenditur, & est imprægnatio. propter quod aduertendū, quod in principio imprægnationis usq; ad tertium mensem, uel circa pulsus est magnus, uelox, & frequens; quia calor foetus calorem matricis, & matris augmentat. ad quod cōcurrit retenti sanguinis caliditas, quæ caliditates sic iunctæ necessitatē adaugent. pulsus magnus fit uelox, & frequens; cum necessitas, ut supra maximè adiuuet & ad magnitudinem, & ad alias differentias pulsus faciendas. & quoniā calor naturalis tali caliditate fortificatus est, neq; uirtus præ magnitudine foetus grauatur; hinc fortis est &c. in medio aut, quia usq; ad mensem septimū, uel circa, pulsus ab his remouetur dñis, & gradatim ī paruū procedit debilē, & spissum: qm̄ tūc præ magnitudine foetus uirtus grauat, & graua ta pulsū debilem facit, quia iā augmentatur necessitas. & caliditatibus coniunctis augmentatis cum magnitudine, & uelocitate propter eius debilitatem ex grauamine foetus acquisitam non potēs succurrere pulsū amplius inspissat. in fine uerō pulsus debilior, & paruior efficitur, & spissior; quia mole maiori grauatur sic uirtus, & necessitas semper augmentatur magis, & instrumenta redduntur magis inobedientia propter compressionem spiritualium à magnitudine foetus causatam. acciditq; ad hanc conficiendam specialiter debilitatē sang. quantitas maior, & spūm ad nutrimentum foetus decurrentia. & ut, quæ dicta sunt, clariora accipiātur; sciendum foetum in utero existentem euentari, & suæ necessitati euentare per aerē à matre attractum. unde per arteriam umbilicalem ramis arteriarum matricis cōiunctam aerem recipit, quæ ad corpus eius deinde peruenit et per pulmonē transmissus, quo pulmo albificatur. sed ratio nabiliter quæret aliquis: quō ergo euentatur foetus matre mortua: nā uisum est pluries tanto tempore post mortē matris uixisse, ut ex utero mortuæ extracti superuiuant. Dicēdū, q; tales longo tēpore sic stare, seu uiuere nō possunt, & q; pro eo tempore aerem attrahunt, ut qui sic suffocatur aere eis continuè deficiente, & introitus aeris ad eos est per orificia magna, ut per os naturæ, per os superius, per aliasq; porositates, per quas aer ingredi consuetus est. ex quib. accipiatur, q; ilico mortua prægnante, ubi spes est uitæ foetus, illa duo orificia magna aperta retineri debēt, & mortua in loco ualde calido collocari: imo & igni exponi, ut sic porositates minores frigiditate aeris non obturant sic aeris ingressum impediētes. & ex his habet, quō necessitas in prægnantibus est multa. vñ in eis sunt duæ attractiones, & duæ quasi diastoles. & ideo à multis dñs, q; in prægnate pulsus duplicat, siue est duplex, nō in una arteria tñ eueniens: sed in duabus. postremò hic notet, q; ad debilitatē pulsus in eis nō tñ operat grauitas foetus: sed cū his concurrat quantitas su perfluitatū tpe imprægnationis retentari, q; duæ causæ cū à natura naturaliter operatē producant; ideo modicā uirtutē pferunt: nā minor quātitas ualde, q; sit foetus, & sifr superfluitatū à natura nō naturaliter operatē pducta multo plus uirtutē pferunt. pp quod mutatio pulsus ī eis puenit à uirtute media inter fortē, & debilē; quia non est multū fortis, nec multum debilis: debilior tñ quā ante imprægnationē.

De rebus non naturalibus pulsū mutantibus

continens Rubricas. x. Cap. 6.

De pulsu ueris. Rub. 1.

**D**E REBUS non naturalibus agens initium faciam ab aere, qui cum suis excedit qualitatibus manifestis: illum etiam pulsū uariat, de quo pariformi-

ter est dicendum, ut de pulsu calido, frigido, humido, & sic-  
 co: actumq; intelligatur de excessu suarum qualitatum sim-  
 plicium indicatione sola ab eis, & non à uirtute, aut aliqua  
 re alia accepta: nam de qualitatibus suis compositis, & ad  
 illas consequentibus diffusus à nobis est agendum. propter  
 quod accipiendum est primò, quòd pulsus ueris suam natu-  
 ram seruantis respectu pulsus aliorum temporum est tem-  
 peratus. ut Auicē. cap. 228. & Auerr. eodem in loco. nam  
 pulsus aliis paribus tempori proportionatur. est enim tunc  
 uirtus fortis, necessitas æqualis, & instrumentum obediens  
 quare temperatus. & de pulsu ueris secunda primi Auicē.  
 inquit. Pulsus est paruus: non tamen in omni re, & est in for-  
 titudine augmentatus. sed dices, quomodo temperatus cū  
 paruus pronuncietur? dicendum, quòd duplex litera reperi-  
 tur: una quidem, quæ dicit pulsus est æqualis in omni re, &  
 hæc non contrariatur dictis: altera iacet ut allegata, quæ sic  
 exponi habet, non quidē paruus absolute; quia semper est te-  
 peratus in omni parte ueris: sed paruus in omni re respectu  
 medi, & finis ueris: nā in medio ueris pulsus est maior. 10.  
 Almanso. pulsus quoq; in medietate ueris existit maior, &  
 fortior, quàm in omnibus aliis temporibus: est enim maior  
 quàm in principio propter necessitatem esse auctam ex ap-  
 propinquatione maiori ipsius medi ad æstatem, & est ma-  
 ior respectu pulsus finis: quoniam pulsus in medio est tem-  
 peratior, & ex consequenti fortior, qua stante fortitudine  
 uirtutis maiori, & obediēte instrumēto, & necessitate de-  
 bita, poterit tunc pulsum plus magnificare, quàm in princi-  
 pio, aut in fine. unde ad ipsum magnificandum plus facit for-  
 titudo uirtutis cum debita necessitate, quàm faciat angmē-  
 tum necessitatis cum non tanta uirtutis fortitudine. est ta-  
 men concedendum, quòd in fine propter augmentum ne-  
 cessitatis ex maiori appropinquatione finis ad æstatem pul-  
 sus est uelocior. In utroque tamen istorum; quia principii,  
 & finis, pulsus de per se est magnus absolute, & respectu a-  
 liorum temporum anni; eo quod tempora illa sunt tempera-  
 ta: necessitas enim in his est satisfaciens, estque instrumen-  
 ti obediētia, quæ sic in aliis non reperitur temporibus: sed  
 comparatione facta principii ad finem pulsus principii est  
 paruus. nam fortior est uirtus in fine: quoniam caliditas est  
 magis amica uirtuti, quàm frigiditas, & cum necessitas ma-  
 ior in fine, estque instrumenti obediētia. igitur, faciuntque  
 ad pulsus paruitatem; quia in principio ueris materiæ hye-  
 males reseruatæ liquefiunt. unde arterias, & uenas repleuit  
 & sic instrumenta disponunt, & calorem suffocant natura-  
 lem. unde in præseruatione corporum à lapsu, hæc est cau-  
 sa, quòd nonnulli consulunt eo in tempore corpora eua-  
 cuari debere.

## De pulsu æstatis. Rub. 2.

**A**ESTATIS pulsus uelox est, & spissus, & paruus:  
 uelox quidem ob augmentum necessitatis, & quia  
 uirtus exoluitur spirituum resolutione à caliditate  
 aeris tunc facta; hinc debilitatur. quare stante tanto aug-  
 mento necessitatis cum debilitate uirtutis pulsus inspissat-  
 tur. fitque paruus consimili ex causa. unde sic debilitata uir-  
 tus tantæ necessitati cum magnitudine satisfacere non ua-  
 lens, cum uelocitate, & frequentia succurrit, quæ intelligen-  
 da sunt de per se, & estate suam seruante naturam. de per ac-  
 cidens uerò contrarium contingere posset: ut, si corpus fri-  
 gidum foret, & humidum, tunc caliditate aeris pulsus for-  
 tificatur uigorata uirtute, & forte fieret mediocris in ma-  
 gnitudine, & paruitate: & sic in cæteris pulsus differentiis.  
 & hunc pulsum ita credatur in partibus æstatis uariari, ut  
 de partibus ueris actum est. unde Almanso. in medietate  
 uerò æstatis est uelocior, & spissior, quàm in omnibus aliis  
 temporibus. & præter hoc est paruus, & debilis. & intelli-  
 gatur pulsus paruitas, & debilitas respectu pulsus ueris. sed  
 fortassis hæsitabitur: quomodo caliditas febrilis pulsum fa-  
 ciat magnum, & aeris naturalis paruus: cōsideret specula-  
 tor, & memor fiat, quòd constantior est uirtus cum cali-  
 ditate naturali, neque tantum opprimitur, siue stimulat. quare & cæ.

## De pulsu hyemis. Rub. 3.

**H**YEMALES pulsus. s. hyeme suam seruante naturam  
 tardi sunt parui, rari, debiles. ex frigido autem, & hu-  
 mido aeris paruitas fit, eademq; ex causa debilitas;  
 cum frigiditas mortificet, prima primi de complexionibus  
 & quoniam ex frigiditate minuitur necessitas; inde genera-  
 tur tarditas. & quàmuis nunc pulsus paruus fit; est tamē for-  
 tior, quàm in æstate propter caloris reuocationem, ex qua  
 uirtus reuocatur, & fortificatur, ut. 1. aphor. com. 5. hæc ta-  
 men uera esse intelliguntur in corporibus robustis carno-  
 sis multum de calido habentibus: nam in debilibus macris  
 extenuatis, quæ à frigiditate exterminantur, pulsus efficiū-  
 tur debiles, & parui. absolute tamen etiam in robustis uir-  
 tus non est æquè fortis, ut in uere, neq; instrumentum ita  
 obediens. ideòq; pulsus ueris est fortior, & maior, quàm in  
 hyeme, de quo in Almanso. in hyeme quoq; existit pul-  
 sus in ultimo paruitatis, & raritatis, & tarditatis: non est ta-  
 men debilis supple absolute: sed in cōparatione ad pulsum  
 ueris debilis pronunciat. ut in uero.

**B** Instabitur fortasse; quoniam allegato loco corpora sunt  
 calidiora, & ex consequenti necessitas maior, & uirtus tūc  
 satis fortis est, & instrumentum obediens: ergo pro tūc ma-  
 gnificabitur pulsus.

Dicendum uirtutem à frigore prosterni, & debilitari;  
 cum calorem mortificet ut supra. instrumentumq; ob frigi-  
 ditate inobediens redditur, & à frigiditate aeris neces-  
 sitas minuitur: quare pulsus paruitas accidit semper compa-  
 ratione facta ipsius ad pulsum temperatū, in quo uirtus est  
 fortior, instrumentumq; inobediens, et necessitas æqua-  
 lis. unde pro solutione argumenti negetur uirtutē fore for-  
 tem, & necessitatem multam, & hoc respectu pulsus tempe-  
 rati temporis. si uerò pulsus hyemis ad eum, qui æstatis cō-  
 paratur, probabiliter asserendum pulsum hyemis maiorem  
 esse; eo qd pro tūc uirtus est fortior, & necessitas est minu-  
 ta satis, & instrumentum etiam non multum inobediens.  
 quare & c. considera; quia hæc in se scrupulositates claudūt  
 theoreticis relinquendas.

## De pulsu autumnii. Rub. 4.

**A**UTUMNI pulsus diuersus est ad debilitatem decli-  
 nans, quæ quidem diuersitas ex diuersitate aeris au-  
 tumni contingit: nam, cum modò calidus, modò fri-  
 gidus sit; eodem etiam in die, ut. 3. aphor. com. 5. & ad diuer-  
 sam temporum qualitatem pulsus diuersitas sequatur, ut a-  
 ctum est, non mirum si sic in eo diuersitas reperitur. qd, si di-  
 camus autumnum fore temperatum, primi secunda de na-  
 turis temporum, dicendum, qd non est temperatum; quia o-  
 perationibus nostris sit proportionatum: sed secundū quan-  
 dam similitudinem ponitur tale. qd, si caliditas eius cum sua  
 frigiditate commisceretur; inde temperies proueniret. est-  
 que ad debilitatem declinans propter uirtutem in eo tem-  
 re multum debilitari: propterea quia sua caliditate sic mo-  
 uet calorem de centro ad circumferentiam, suaq; frigidita-  
 te illum ad centrum conuertit, & fugat: quia ergo nunc sic  
 inordinate mouetur: & quia nunc ad intra, nunc ad extra  
 ex tali inordinato motu uirtus debilitatur, ad quod concur-  
 rit eius cōstitutio frigida, & sicca principii uitæ cōtraria.

**D** Sed quid dicemus, cum sic scribat Constantinus in suo  
 pantechni. Quoniam autumnus est temperatus inter cali-  
 dum, & humidum, facit pulsum fortem. dicendum, quòd nō  
 intelligit ipsum uerè temperatum: sed enunciauit ipsum  
 temperatum; quia medium inter illum, qui est æstatis, & il-  
 lum, qui est hyemis: quorum alter caliditate, alter debilita-  
 tur frigiditate. cæteri autem authores ad diuersitatem  
 complexionis autumnii aspexerunt, cum in qualibet die fiat  
 mutatio de calido in frigidum, & è conuerso. & pulsus in  
 principio eius est minus debilis, & minus paruus pro-  
 pter remissionem caliditatis æstatis, quæ erat causa debili-  
 tatis, & paruitatis; quia in principio nondum facta est uarie-  
 tas magna, propter quam accidere debet debilitas. in fine  
 uerò pulsus est fortior, & maior, quàm in hyeme: qm nōdū  
 est tāta frigiditas: nā diuersitas in aere autumnii est circa me-  
 diū ei, i quo sunt manifeste matutina frigida, & serotina ca-  
 lida,

lida, de quo pulsu in Almanforio Raf. In autumnno minuitur uelocitas, & spissitudo ab eo, quod erat in æstate, & nõ augmentatur eius fortitudo. & pro his, quæ dicta sunt, accipiatur, quod finis unius temporis sapit principium alterius & è conuerso.

**De pulsu regionum. Rub. 5.**

**R**E G I O hic aud iatur aer cœlesti influxu debito modo subiectus, in quo corpus regitur, & gubernatur. in quo quidem aere pulsu pulsibus temporum proportionantur, & licet non omnino, cum contingat reperiri calidam, & humidam, nullamq; talem temporis constitutionem, cum uer sit temperatum. & præterea, quoniam in diuersis regionibus diuersi reperiuntur influxus, qui in pulsu uarietatem inducunt; quare hæc ratione qualitatum primarum adinuicem proportionantur; ut regio dicatur temperata, quæ ueri temperato proportionatur. ut sicut uer respectu aliorum temporum habet æqualitatem, & temperie ita & aer iste, quem regionem nominamus, per sua tēpora discurrens comparatus temporibus alterius ueris æqualitatem continet: cum quo tamen stat, q̄ in ea regione sit hyems, & æstas. unde temperies regionis attrēdi habet penes temperiem cuiuscunq; partialis temporis; ut illam regionem dicamus temperatam, in qua est temperatus autumnus inter autumnos, temperata hyems, & æstas, & uer, inter temperatas hyemes: & sic proportionabiliter de aliis. sed forte hæsitabit aliquis, an corporibus humanis, reliquisq; uegetabilibus salubrius foret annum totum esse sicut uer; cū tempus sit temperatum, an ipsum sic quatuor constitutionibus uariari; quæstio. n. hæc in sui dissolutione nos à proposito nostro multum elongaret. ideo eam theoreticis relinquo, & ad nostra uenio.

**De pulsu ex cibo, & potu proueniente. Rub. 6.**

**S**I C de pulsu primæ rei non naturalis; quia ab aere expediti, ad ea, quæ de pulsu ex secunda proueniente; quia ex cibo, & potu, dicenda sunt, accedemus. dicendum itaq; q̄ in principio assumpti cibi medicus sic cibati pulsu differentias inquirere uolens, eius cibi qualitatem, & quantitatem diligenter considerare debet; cum ex unaquaq; earum non parua in pulsu diuersitas accidat, siue uariatio contingat: nam, si calidus nimis fuerit, & uirtus constans; tunc necessitas augetur in pulsu, ut supra magnitudinem, & uelocitatem, & frequentiam inducēs. q̄, si frigidus nimis; paruitatem, aut raritatem, & tarditatem. similiq; modo si quantitate excesserit tunc: cum ex eo calor sic suffocatus opprimatur, sitq; cibus calori in principio contrarius, ut. 2. de Anima. & .1. de generatione; & tunc accidit in pulsu paruitas propter talem oppressionem, & caloris retractionem, quam natura facit in conuertendo calorem ad loca digestionis. propter quod in pluribus accidit sic retracto calore post cibum immediate extrema infrigidari. & particularius loquens dico, quod si cibus in principio sit assumptus calidus nimis, & pauca quantitatis, & uirtus constans; tunc facta eius actuacione sic crescēte necessitate pulsu magnificatur: non tamen necessario uelocitabitur saltē sensibilibiter. q̄ si fuerit multæ quantitatis; tunc, quia natura ab eo opprimetur non potens cum magnitudine satisfacere; uelocitate, & forte spissitudine utetur. sed pone, q̄ sit cōuenientis qualitatis, & quantitatis habito semper respectu ad uirtutem; quia. s. sit mediocriter se habens: tunc, ut dictū est, paruificabitur contrarietate cibi, & oppressionem caloris, & eius retractione, quemadmodum in principio principiantē feb, phlegmaticæ continuæ contingere sentimus. respectu tamen præcedentis inanitionis magnificatur: licet non sit uelocior, aut rarior. patet conclusio ad experientiam quia sic ex assumpto cibo uirtus uigorata, & fortior facta, ubi prius languens erat, pulsum magnificat: nā, sicut ex inanitione, fame, uel siti corpus contristatur; ita ex cibo, & potu gaudente stomacho corpus totum confortatur, & roboratur. unde actuum. 8. Assumpsit cibum, & confortatus est. facta uerò actuali attractione cibi, in qua, ut dictum est, uir-

**E**tus confortatur, sitq; caloris expansio, & fumorum cibi per totum uoluntario, per quos & necessitas aliquantulum plus auget, sic in membris caliditate inducta, quæ res erit per horam & mediam usq; ad duas post cibi assumptionem; tunc ex his magnificatur pulsu, & aliquantulum uelocitabitur: licet non necessario, cum uirtus sit uigorata, & necessitas aucta. unde Aui. Et si quidem fuerit æqualis supple. quantitatis cibi fiet pulsu in magnitudine augmentatus, & maioris erit uelocitatis, & spissitudinis propter augmentum uirtutis, & caloris. & permanebit hæc immutatio aliquantulum diu; quia tpe nõ extēso, quia. s. pp resolutionem uaporis, & cibi descensionē. quod supple. erit in spacio horarum. v. cōiter, ut. 1. 3. tertii de signis debilitatis digōnis. unde pulsu post hoc tps redit diuersitatem dimittens sic fortificata uirtute, & necessitate diminuta, aut ablata ex parte qualitatis cibi, & quantitatis & fumorum contingente. si uerò cibus plurimæ fuerit quætitatis; in pulsu accidit diuersitas absq; ordine pp grauitatē cibi supra uirtutem: nam ex quantitate notabili grauat uirtus, & sic pulsum magnificare non poterit: sed fiet uelox, & spissus, & paruus sit uirtute oppressa, & contra naturam reluctante, & erit hæc diuersitas, seu pulsu immutatio perseuerans, donec natura ab illa grauitate deonerabitur: qm̄ perseuerante cā perseuerat & effectus. q̄ si pauca erit quantitatis; in pulsu accidet diuersitas parua ex parte magnitudinis, & uelocitatis, neq; eius diuersitas diu perseuerabit: qm̄ pauca materia cito digeritur, & a pauca uirtus non multum opprimitur. & qm̄ sic cōiter nõ tangitur pulsu statim post cibum assumptum, sed per tempus notabiliter post, in quo uirtus est fortificata, & non ex eo grauata; hinc reperitur eo tempore pulsu magnificatus. unde. 1. 8. continentis etiā auctoritate Gale. Pulsu post cibum est maior, & spissior naturali. uidetur aliquibus solum magnificare ab aere: qm̄ sic confortata uirtus una sola differētia sibi succurrere posse uidetur. considera. in Alman. 10. scribitur. Cibus itidem quod supple. & balneum, ex quo aliquid sumitur, quod nullum aufert nocumentum, supple. ex parte quætitatis, & qualitatis pulsu fortitudinem uehementem adauget, & ipsius spissitudinem, aut magnitudinem: quod tamen post longum contingit tempus: non. n. ilico cū sumptus fuerit; ilico operatur, ut supra, sed magis paruitatem, & debilitatem pp contrarietatem ipsius ad calorem naturalem, & alias adductas causas. ille uerò, quo ad nocumentum peruenitur, & æstuationem pp multitudinem suum pulsum facit diuersum. & hæc notentur diuersitates, ut infra, quas perpauci contemplantur. cum uerò cibus in sanguinem, & substantiam spumofam transmutatus fuerit (quæ res accidit in secunda digestionem, ut post horas sex, uel circa) pulsu tunc magnificatur, uelocitatur, inspissatur respectu principii assumptionis eius, & permanentiæ ipsius in stō: nam sic aucto calore uirtus facta est fortior, & non est ut prius oppressa. & qm̄ contingit corpus multiplicatione sanguinis in spūs amplius calesceri; hinc aucta necessitate magnificatur. unde Aui. Cum cibus digestus est in somno; redit pulsu, & fit fortior: propterea q̄ uirtus augmentum recipit à nutriente, & redit illud, quod ad profundum ierat ad regendum nutriens ad exteriora, & ad suum principium. & ppter hoc magnificatur pulsu multum; propterea q̄ complexionis caliditas per nutriens augetur, sicut diximus. & instrumenti et augetur leuitas per id, quod ad ipsum ex nutriente penetrat. uerū cū sua magnitudine non auget necessitatē, & spissitudinē supple. absolute: qm̄ non est illud, quod in necessitate præbet augmentum. & hoc non est prohibēs restaurari ex eo, quod necessarium est ex magnitudine sola, & uirtus sic per digōnes ex nutriente confortata, procedens usq; ad perfectam nutritionem continuè pulsum magnificat.

**H** Ex quibus inferitur, q̄ licet pulsu corporis temperati sit semper temperatus; tñ contingit ipso remanente temperato, magnificari, atq; uelocitari, quod semper intelligitur ad latitudinem eius: qm̄ aliter se habet pulsu cibati in principio, & aliter post cōpletā digōnē, ut dictū est. ex his itaque comprehendit practicans in pulsu diuersitatem, quæ benè cōtemplari habet, ne in eius iudicio decipiatur: nā cibati pulsu paruus sit in principio, quia. s. post certum tempus ut supra, & sic refocillata uirtute, & fumorum facta expansione dilatatur.

latatur, & magnificatur: quæ tamen differentiæ non multo permanent tempore. variantur etiam proportionabiliter eius differentiæ ex parte uacuitatis, & repletionis, de quibus infra: & hoc in eodem die non solum in sano, sed etiam in ægro. quare benè consideret tactor, antequàm iudicium deponat ægri, dispositionem ex parte cibi quantitatis, & qualitatis, & horæ eius: hæc tamen communiter negliguntur, & malè comprehendit itaq; ex his tactor; quoniam ex diuersitate pulsus sic faciliter eum decipi contingat. quãobrem in his, & similibus quàm curiosus effici diligenter studeat.

Et, quoniam citiorem uinum in pulsu diuersitatem causat, ea propter diuersitas in pulsu ex uino ueniens magnopere contemplananda est. quæ si hæc duæ diuersitatis causæ adinuicem coniungentur; una fiet potens causa à medico prius semper contemplananda. uinum quidem cito penetrat, & à calido naturali cito actuatur, & ipso cibo citius. quare & citiorem in pulsu diuersitatem causat, præcipuèq; dum multæ quantitatis extiterit: & licet citiorem; non tamen tantam, ut cibis diuersitatem causat propter substantiæ suæ raritatem, subtilitatem, & leuitatem: nam à calido sic facilius superatur. quare eius fit cita resolutio: & sic cito ad exteriora eius propelluntur uapores, sicq; diuersitas ab eo proueniens citissimè resoluitur. uinum præterea cum frigidum assumatur, in principio assumptionis eius sic frigidum stomachum ingrediens eos inducit effectus, qui ex alitis frigidis assumptis euenire consueuerunt, qui sunt infrigidare calorem, & spiritum extinguere, propter quæ uirtus debilitat, & necessitas minuitur, & maximè cum intensi frigoris fuerit. quare pulsus tunc sic in principio assumptionis eius sic paruus, tardus, & rarus, & ex eo sic actu frigidus plus debilitatur uirtus, quàm ex alio liquore frigidus: nam, cum cætera frigida non nisi calefacta prius in membra penetrent; solum uinum ante eius calefactionem in ea ingreditur propter maiorem ipsius ad membra amicabilitatē, quibus redditur naturaliter amœnum. quare sic cum frigiditate penetrando ab eo plus uirtus læditur. unde propter causam hæc multum, & magnum inducit impedimentum in corporibus oppilationi aptis: uerùm tale nocumentum per frigidum factum cito remouetur: quoniam ob sui subtilitatem cito recipit calefactionem. & hoc ad propositum adduco, quod diebus meis ab ipso uino contigit: nam cum monarcha Iacobus Forliuensis, quem multis in annis legendo audiui, ad legèdas lectiones mane summo proficisceretur, & suæ senectuti compatiens, per uicos bibulorum Paduæ sic iter abbreviando discurrens, mortuum hominem, quem & bibuli plures intuebantur, sic iacētē prospexit. interrogauitq; quæ morte extinctus foret. responderunt eum magna cum siti tabernam ingressum: qui, ut asserbat, tota nocte magna siti infestatus. & cum primum applicuit; ilico duas transglutiuuit mensuras confestim: sicq; deinde mortuus est. iam huiusmodi erat homoq; gracilium membrorum, debilibq; uirtutis, ac pauci caloris, quem casum & in scholis recitauit. causamq; reddens inquit frigiditas uini, etiam à constitutione aeris uigorata, tantaq; in quantitate assumpsit. sicq; cum frigiditate sua penetrantis, calorem hominis paucum extinxit. & propter hoc accipiendum, quod uinum actu frigidum plus cæteris frigidis nocumentum operatur; eo quod citius ad profundum penetrat, & non solum digestum: sed etiam indigestum, & præcipuè in corpore sitibundo, & supercalefacto uirtute attractiua hepatis, & uenarum ad hoc concurrente. ex quibus inferitur, quod corpus supercalefactum, & sitibundum ualde à potu uini frigidus abstinere debet: & hoc in regimine sanitatis. & idè post longum exercitium equorum non ilico potus aquæ frigidæ dandus est: nam oppilationem incurrunt, & supercalefactionem, & non raro dolores, qui suæ mortis quandoq; causæ sunt. uinum uerò calefactum, siue à frigiditate sua alteratum non tantum, ut frigidum nocere uidetur: nam calidum, ut Auic. non elongatur multum à natura. i. à naturali dispositione corporis: sed ei accidit uelox resolutio. ex quo inferitur uinum dari in casu syncopis laudabilius esse. & cum sumptum est frigidum: pulsus disponit, ut scriptum est. quod cum per paulum temporis post eius assumptionem supercalefiat, cum raris sit texturæ, & subtilis, aptumq; facilius inflammari, sic uigorata uirtu-

**A** te, stante instrumenti obedientia; tunc pulsus magnificatur, lætificatur, & uelocitatur. unde Auic. Non efficit uinum in necessitate augmentum, quando in uelocitate addat, & cum uelocitate accidit spissitudo. unde Almanso. 10. Vinum similiter in fortitudine, & spissitudine, & uelocitate augmentat: hæc tamen augmentatio citius prouenit secundum tempus, quàm ea, quæ fit per cibum: & citius ab eo remouetur. ex quibus collige pulsus ex cibo magnificari similiter, & ex potu uelocitari, & frequentari: non tamen ilico post eorum assumptionem: sed post habitam refocillationem à cibo, & supercalefactionem uini huius, quo tempore uirtus est confortata, & necessitas aucta, quæ tamen non diu perdurat, ut actum est. idèque tactor hæc omnia ex cibo, & potu ueniencia prius benè consideret. sed restat dubium, an cibo solo, aut ex potu solo, uel utroque simul plus magnificetur, aut paruificetur pulsus, uelocitè &c. nam, cum potus sua frigiditate iuuat cibum in sua contrarietate quam habet cum calore, ut supra. 2. de anima; hinc uidetur ea sic simul stomachum ingressa plus paruificare. sed, cum ex ipsis sic simul sumptis magis uirtus confortetur, maximè per paulum temporis post eorum assumptionem; sic uidetur pulsus plus magnificari debere. quam rem etiam experientia manifestat dictis authorum consona, ut scriptum est: quia sic pulsus magnificatur, & uelocitatur, atque frequentatur: etiam hic esset locus garrulandi. & ex his collige, quod uinum in pulsu mutationem facit; propterea quod uirtutis auget fortitudinem: nam Auic. Et debiles efficit fortes: propterea quod uelociter facit augmentum in se: nam facilius uinum in spiritum transmutatur propter symboleitatem complexionis; cum calidum sit multum participans partibus spumosis, quia aereis: nam spiritus per aerem regitur, ut in definitione pulsus dicebatur. sed hic aduertatur: quoniam contingit pulsus aliter, & aliter à uino mutari secundum uini qualitatem, & quantitatem: nam potens, & uigorosum in pulsu maiorem inducit necessitatem: & pro tempore uidetur in uirtute addere fortitudinem communiter bibulorum pulsus magni ualde ueloces, & frequentes sunt, quod si fuerit, ut uinum de plebe pauciferum, uel ut uinata aqua, sic non aucta necessitate, neque multum uirtute uigorata; magnificabitur pulsus multum: imo fortassis parum magnificabitur: sed non uelocitabitur. & ex medio mediocriter se habebit. & hoc tactor speculetur. & quæ de uino dicta sunt, intelligantur esse uera in his corporibus, quæ uino sunt consueta: nam inconsuetos lædit, & uirtutem non fortificat.

**C** Et, cum aqua inter consuetos potus numeretur; de ea sic dicendum est, quod & ipsa in pulsu mutationem efficit: propterea quia penetrare facit nutrimentum: & sic uirtutem uigorat: licet non tantum ut uinum nutrit, & in substantiâ spiritus non conuertitur. itè quia infrigidat, ex ea non augetur necessitas. quare sic pulsus non magnificatur: nam dato, quod ex frigiditate noceat: tamen sic fortificando uirtutem iuuat. unde fortassis pulsus bibentium aquam sic à suo naturali parum post eorum cibationem, & potationem mutatur. quare parum magnificatur respectu eius, quod ex potu uini prouenit. & cum sit uino frigidior, in primo ingressu eius in stomachum plus paruificabit pulsus, quàm sua frigiditate faciat uinum. sed quid dicemus de medone, ceruisia, & huiusmodi potibus ultramontanorum? dicendum, quod eorum qualitates, & quantitates considerandæ sunt: maior, & minor eorum ad membra amicabilitas, & proportionabiliter, ut de uino, & aqua dictum est.

#### De pulsu ex somno, & uigilia proueniente. Rub. 7.

**A**D uigilias, & somnum accedens dico hæc pulsus quàm uehementer in suis differentiis mutare, de quibus suo ordine agendum, & primò de somno.

Mutat autem somnus pulsus, & differenter em eius esse diuersum: nam in principio eius; quia in prima hora somni, uel circa, pulsus paruus est, & tardus, & rarus, uigiliarum respectu: sanguis enim, & calor tunc ad interiora retrahit: ut digonè nutrimenti adiuuet, uirtutè confortet, & supfluitates maturet. quare fit contractio in ei calore, & ob-

lesio. unde remanet arteria depressa, & non subleuata, quæ per eius expansionem dilatatur, magnificatur, & subleuatur sic; ineptato, & ligato instrumeto ineptatur, & ligatur uirtus: de quo infra statim. quare pulsus debilis fit, & paruus. sed dices, quomodo debilis, & paruus, cum per eius unionem sic retracto calore fortificetur uirtus? dicendum, quod licet sic fortificetur calor, & spiritus absolute, tamen quia calor, & sanguis propter ligationem eorum ad exteriora non expanduntur: quorum expansio in magnificando pulsus est necessaria; imo conculcantur, & obfessi remanent. ex quibus conculcatione scilicet, & obfessione, etiam à cibo, & superfluitatibus factis in eorum expansione impediuntur; hinc magnificare pulsus non poterunt. quare paruus &c. est; rarus, & tardus propter diminutam esse necessitatem sic conculcato calore: nam, quia strictus est sic calor non habens euentationem; hinc non inflamat, & calefacit multum se expandendo per membra: quemadmodum contingit de igne constricto non euentato. & ideo, quia non diffunditur non ponit in membris necessitatem. dicebaturque uigiliarum respectu; quoniam in uigilia calor ex motu acceditur, & conplexionem adiuuat calidam, & sic necessitatem ponit: nam magis intenditur calor tempore uigiliarum propter debitam euentationem, quam incedatur tempore constrictiois propter euentationem indebitam, propter quam etiam accenditur: unde Auicenna. Tu quidem hoc scis, quod anhelitus lassus. i. multum exercitati, & fatigati, & ipsius æstus multo maiores sunt anhelitu, & æstuatione eius, cuius calor est constrictus propter causam, quæ similis est in somno: nam, cum benè consideraueris; non inuenies aliquid, quod ita calorem intendat, quam labor, & motus ipsos ad alias res non naturales comparando: nam in uigiliis calor est in continuo motu. estque aduertendum, quod, si facta fuerit cibi moderata assumptio in principio somni: & si accidit paruitas; non tamen diuersitas; quia non inde accidit præternaturam grauitas. est tamen hic neutrale dictum. ultra autem principium; quia post factam digestionem uirtus sic ex nutrimento fortis facta est: deinde calor, qui primò erat constrictus, ad exteriora mouetur, & per membra diffunditur: & sic fortificata uirtute necessitas augetur, & non multum. quare fit pulsus fortior, & magnus: non tamen uelox, & spissus: quoniam calor augmentum recipit notabile in quæto, & non in quali: quoniam, si in quali proportionabiliter; tunc adderetur uelocitas magnitudini: nam cum uirtus sit facta fortis ex nutrimento; etiam ex ipso somno, cum somnus sit ligamentum uirtutis quia naturalium maximè, ligatioque earum, ut. i. de somno Auer. Et hoc etiam non est prohibens restaurari; ex eo quod necessarium est magnitudine sola. & hic aduertant Iacobitæ; quia uidentur uelle, quod sola magnitudine licet sensibiliter soluantur. & tu considera.

In somno uero, ubi fit corporis uacuitas à cibo, & potu, nec aliquid inueniat, ad quod digerendum tendat; tunc corpore sic ad infrigidationem tendente pulsus paruus fiet, & rarus tardus. & sic procedente somno procederent & ulterius hæ differentia dictæ: nam sic reuocatus calor pabulum non inueniens, per uiam resolutionis consumitur: & si corpus infrigidatur. & dato, quod in processu expandatur: tamen, quia continuè maior fit resolutio: maior deinde consequitur infrigidatio, & sic magis paruificatur. quod, si somnus ultra debitum factus fuerit etiam accepto nutrimento (ut contingit in hominibus ociosis diuitibus, qui à nullo in commodo sollicitantur: sed solis cibo, potu, & somno contentantur, ut porci) tunc fit pulsus debilis: nam sic debilitatur uirtus quo ad fortiter mouendum pulsus; eo quod in tali casu calor innatus multum opprimitur, & conculcatur, qui est eius instrumentum ad pulsus fortitudinem faciendam: nam cum in somno multæ multiplicentur superfluitates ex nutrimento accepto, quæ euacuatione indigent sensibili, & insensibili; tunc, si prolongabitur somnus; uirtus sic ex cibo recreata, quæ in tempore debito ipsas expulisset, sic ab eis suffocata remanens non poterit in pulsus fortitudinem efficere: sed debilitata, ut dictum est, pulsus paruus efficiet: quæ res ut supra accidit ex caloris naturalis ligamento. & tu pone exemplum de homine robusto, & forti, ligato, & oppresso. pulsus uero sic à somno excitati magnus efficitur,

**E** & uelox ordinatè: nam facta excitatione naturali sic fumis siue uaporibus ad extra expulsis, qui primò clausi tenebantur, necessitas augetur. unde per somnum uirtus fortificata stante instrumenti obedientia, ut supra magnificat pulsus & ipsum uelocitatè ordinatè. sed si excitatio non naturalis fuerit: sed ex causa extrinseca, ut strepitu, aut clamore inordinato; tunc uirtus territa facit pulsus quiescere à magnitudine scilicet, quia sic territa pulsus non dilatat. sed, cum causa cognita fuerit; sic excitata uirtus pulsus magnificat, uelocitatè inordinatè, & frequentat. unde & non raro pulsus tremulus accidit, & diuersus sic contra accidens mota: tali enim accidente impediente naturam, ut quasi per modum æqualis pugnae tremor causatur in pulsus. ideo iste motus scilicet contractionis in principio euigilationis motui uiolento assimilatur: non tamen inflamat propter modicam eius moram, nisi forte causa terrefaciens perseuerat, quæ res non accidit in naturaliter excitato. unde post magnitudinem, & uelocitatem sic apud excitationem apparatus pulsus per tempus paululum post ad naturales redit differentias, quas comprehendet tactus, si perseuerabit in tangendo arteriam per tempus notabile. & ideo, ne decipiatur debet ab infirmo, uel sano inuestigare de tempore excitationis, si propinquum, si longinquum fuerit à tempore tactus.

**F** In uigiliis autem pulsus fit magnus, & uelox respectu pulsus, qui in somno fit ut supra: nam in uigilia calor uigoratur super superfluitates eum conculcantes in somno, exercitio coadiuuante ad earum sensibilem, siue insensibilem aduersionem, & à calore extrinseco ad eorum resolutionem optulante: nam dato, quod corpus exercitio locali non moueretur, tamen motus spirituum ad exteriora causa est calefactionis spirituum ipsorum, & corporis. primò spirituum: quoniam eorum calidum inualefcit supra eorum humiditatem: secundò corporis calidiorum plures apprehendendo partes, debet enim & uigilia esse moderata: quoniam immoderata causa est infrigidationis corporis, & extinctionis per uiam resolutionis calidi, & spirituum, ut manifestat experientia. quare tunc pulsus accidit paruus, sed uelox. ex quibus colligitur uigilias pulsus dupliciter mutare: primò ut succedit somno naturaliter factis, aut uiolenter: secundò ut sunt debite, uel superflue.

**G** De pulsus ex motu, & quiete, & ex balneo pro-  
ueniente. Rub. 8.

**M**OTVS in pulsus mutationem facit, & plus omnino re. unde Aui. Et, si benè consideraueris; non inuenies aliquid, quod ita calorem intendat, quam labor, & motus, & ex consequenti quod tantam in pulsus inducat necessitatem, & paribus in cæteris rebus non naturalibus seruatis, respectu quarum hic fit comparatio: non enim dubium est, quod ignis eo motu maiorem posset in pulsus inducere necessitate. pulsus quidem moderatè exercitati in principio magnus, uel fortis, uelox, & spissus efficitur. unde primò tertiò. Exercitium est uoluntarius motus, per quem anhelitus magnus, & frequens est necessarius: qui quidem anhelitus currit cursu pulsus, tertiò secunda de anhelitu. magnus quidem fit propter augmentum necessitatis: fortis uero, quia sic fortificat calor innatus; propterea quia ex eo superfluitates resoluunt: & sic membra ab eius obfessa fortiora reddunt. fit uelox, & frequens propter superflua caliditate sic à motu causata. unde dato, quod in medio, & sine has habeat differentias; nihilominus in medio, uel circa necessitas debet esse maior cæteris paribus seruatis. quare pro eo tempore differentia mutata erunt ab eo, quod in principio erant. locus est speculationis; recipit enim exercitium in se differentias, secundum quas in pulsus sua mutantur differentia: nam contingit quæque ipsum esse longum nimis, aut breue: sed fortissimum. item fiet pulsus paruus, & debilis propter debilitatè uirtutis ad caloris innati resolutionem ex tali forti motu consequentè. fietque uelox, & frequens propter augmentum necessitatis. & quoniam uirtus facta debilis, non potens cum magnitudine satisfacere, cum his satisfacit differentiis. quod si continuabitur quasi ultra posse naturam; tunc incessanter uelocitas deperdetur, & frequentia augetur. sed pone, quod perseueret ad ultimum naturam; tunc dico, quod pulsus fiet formicans propter debilitatem, & fortem frequentiam. & quoniam sic ad extremum perducitur tale exercitium; perducit pulsus tunc

tunc ad id, quod superflua resolutio perducere consueverunt; quia ad pulsum uermiculofum, qui assimilatur motui uermis formicæ minoris: nam uermiculofus, de quo supra assimilatur motui uermis magni, de quo dicit Aui. formicantem uermiculoso fore minorem. dicunt nonnulli, quod sic perseverante calore pulsus efficitur durus; propterea quia exiccatur arteria: modo posset hic speculator rimari, quid ex hac instrumenti inobedientia sequitur: & si in medio exercitii pulsus debet esse magis, aut minus magnus. & ita de his considera.

Quies autem moderata pulsum efficit fortem, & in suis differentiis mediocrem; quoniam sic ex moderata quiete fortificatur uirtus, & in causis essentialibus nulla diuersitas inducitur. superflua autem quies pulsum efficit paruum cum declinatione ad tarditatem, & raritatem; propterea quia uirtus à superfluitatibus eam opprimentibus, & sic non resolutis debilitatur, & calor remittitur: & sic necessitas minuitur. quod, si multum superflua fuerit, & permaximè in consuetis exercitari; tunc pulsus erit paruus, minutus, debilis, & frequens: quoniam talis quies corpus ad hecticam perducit, ut primi tertia de exercitio. & hic est pulsus hecticorum. & causæ eorum ex iam dictis apertæ sunt.

Et, quoniam balneum locum tenet exercitii: imo nonnulli asserunt iudicium balnei esse sicut iudicium exercitii; hinc in eadem rubrica de eo loquamur sic. Balneum quoque differenter pulsum uariat: nam aliquando calidum, aliquando frigidum pulsum immutat; balneum namque cum aqua calida factum non thermosum, in quo mora fit tempera, pulsum fortem efficit magnum, uelocem, spissum, & mollem, si cum caliditate superfluitate non fuerit. nam ex caliditate moderata sic naturalis calor confortatus fortificatur, & uirtus, & aucta necessitate crescunt dictæ differentiæ, & mollicies per humiditatem. uerum ex caliditate sic aucta uirtus incitatur ad fortiter pulsandum. propter quod & pulsus dicitur fortis accidentaliter, ut supra de pulsu forti actum est. si uero statio superflua erit; tunc sic resolutio calore debilitatur uirtus, & fiet pulsus paruus, tardus, & rarus. quod si ex ea non multum debilitatur ita, ut non superetur uirtus; tunc fiet pulsus paruus, uelox, & spissus. quod si ad appropinquationem syncopis calefactio accidentaliter corpus perducet; tunc pulsus propter debilitatem uirtutis paruus fiet, tardus, & rarus ipso sic deficiente. & iam sæpe ex habitis causa manifesta est. balneum uero thermosum pulsum duriciè operatur, & de magnitudine minuit: nam siccitate duritiè operatur, ob quam duritiem instrumentum fit inobediens. quare de magnitudine minuitur. uerum credo balnea talia magis sua caliditate coniuncta siccitati illa in pulsu duriciè operari, quam eorum siccitate, cum caliditas in exiccando qualitas sit actiuior. & tu considera. balneum uero aquæ frigida, ubi frigiditas ad fundum penetrauerit, facit pulsum paruum propter debilitatem uirtutis ad frigiditatem consequentem, tardum ex diminutione necessitatis ex caloris extinctione. quod si non penetrauerit: imo per antiparistam calor fit fortificatus; augmentabitur fortitudo, & crescit parumper, & remouebitur debilitas, & spissitudo. unde Constantinus. Si balneantes se in balneo frigido sunt carnosissimi, & mediocriter balneantes; in eis fiet pulsus magnus, fortis, & uelox; quoniam frigiditas sic temperata in eis calore adiuuat, & uirtutem confortat. & si mora non fuerit superflua, aut balneum superflue frigidum, in quo calor fugiat ad interiora: quoniam tunc pulsus fiet tardus, & rarus. quod si macri fuerint, & moderatè in eo steterint; fit pulsus in eis paruus: nam frigiditas balnei cito penetrat propter paucitatem carnis: & sic calor extinguitur, fitque pulsus durus, arteria sic à frigiditate constricta. quod si erit superflue frigidus sic interioribus à frigiditate percussis; paruissimus fiet durus, tardus, & rarus.

De pulsu ex inanitione, & repletione, & coitu. Rub. 9.

**M**UTATIONEM in pulsu, ut cæteræ res non naturales repletio, & inanitio faciunt. unde Gal. 18. continentis. Cum stomachus est repletus; eleuatio pulsus est parua, & tarda, & eius depressio augmentatur:

**A** & hoc propter caliditatem in interioribus occultam. unde propter aerem fumosum plurimum sic constrictum, quæ natura anhelat expellere, erit depressio, siue constrictio pulsus magna. ex quibus accipitur, quod in decrepitis parua è depressio talis propter paruam in eis caliditatem: consimiliter parua in omnibus ætatibus, complexionibus, temporibus, regionibus frigidis. dixit Aron. Stomacho repleto, & percussio pulsus parua est, & debilis. & cuius stomachus è uacuuus inanitus, est uelox, & fortis, & cum inanitio prolongatur; est debilis. decima uero terti de anhelitu, qui currit cursu pulsus, inquit princeps de eo, qui prouenit ex repletionem cibi, & ex imprægnatione. Eorum anhelitus declinat ad paruitatem; quoniam uelamen coartatur à motu dilatatiuo: & propterea quia minoratur corpus anhelans, non est excusatio à uelocitate, & frequentia, si est uirtus sufficiens, aut frequentia sola, si est uirtus debilis, siue debilitata. & quoniam coitus sub inanitione collocatur; dicamus ex eo moderatè factu, pulsum magnum, & fortem prouenire; sic uirtute fortificata. quod, si immoderatus fuerit; pulsum efficit debilem, & paruum. causa patet.

**B** De pulsu ex accidentibus animæ proueniente. Rub. 10.

**M**AGNA est mutatio, quæ in pulsu ex accidentibus animæ fit, de quibus & principalioribus metio fiet, ut ex his reliqua contingere potentia facile intelligantur. & primò de ira mentionem faciam. ira quidè pulsum magnum, uelocem, & frequentem inducit: propterea quod uirtutem stimulat, & ipsam ferocem facit cum augmento necessitatis; eo quod ira est accensio sanguinis, & spirituum circa cor in uindictam faciendam. quare sic stimulata pulsum magnificat, ut & necessitati plurimum auctæ satisfaciatur, quod non sola magnitudine potest. quare uelocitatem, & inspissat: nam statim spiritus ad extra diffunditur. unde arteria potenter dilatatur, & ad superiora eleuatur: non tamen fit diuersa in ea necessariò propter passionem continuari secundum similitudinem, & uniformitatem. quod si contingat ei commiseri timorem, propter quam quandoque uirtus superet, quandoque superetur; tunc erit diuersitas in eo; fiet pulsus tremulus, de quo supra. consimiliter occurrere uerecundia, aut contrarietate ex parte intellectus quæ moderet iræ feruorem, accidet in pulsu diuersitas maior, aut minor, secundum quod talia maiorabuntur; aut minuentur. delicia autem pulsum facit magnum: & tardus remanet, & rarus. magnum quidem: quoniam sic confortatur uirtus, cum ei superueniat necessitas moderata, cum caliditas in delicia non furiosè, sed paulatinè per membra diffundatur; pulsum magnificat, quæ cum magnitudine sola sic moderatè augmento necessitatis satisfaciatur. sicque in læticia accidet: quia tamen pulsus est leuior propter motum sanguinis à tarditate, & raritate non absolutus, tristitiæ pulsus debilis, paruus, rarus, & tardus existit. debilis; quia uirtus prosteritur ob retractionem caloris, & eius suffocationem: ex quibus etiam fit pulsus tardus &c. timor autem, qui subito aduenit, pulsum facit diuersum, uelocem, & inordinatum diuersum quidem, quia sicut tremulum rebellem naturæ: nam uelocem, & uerius frequentem, sic debilitata uirtute, & ita ad intra circa cor aucta necessitate, cui uirtus oppressa cum calore sic conculcato cum magnitudine minime satisfacere poterit. timor uero, qui consuetus, & sic ordinatè procedens, pulsum mutat secundum motum sollicitudinis factæ: nam talis parui est uigoris, & paulatim ad intra calor retrahitur. quod, si sollicitudo fortior erit; & pulsus amplius mutabit.

De pulsibus ex rebus præter naturam prouenientibus continens rubricas. xxxvi. Cap. 7.

De pulsu malæ complexionis, malæ compositionis, & solutæ continuitatis in uniuersali. Rub. 1.

**R**ES PRÆTER naturam pulsum mutantem tres sunt; morbus scilicet, causa morbi, & accidens eius, quæ sic pulsum mutare sentiunt, aut earum mala complexionem simplici, aut materiali, aut mala compositionem, aut



continuitatis solutione, ad quæ omnia uirtutis sequitur debilitas, ob quam & in pulsu, ut supra, sæpe grandis accidit mutatio.

Et de his particularius prosequens, dico primò, quòd pulsus mutatur à causa morbi, quæ est primitiua, aut antecedens aut coniuncta simplex, uel materialis. & iam de pulsus mutatione, quæ est à causis primitiuis; quia à rebus non naturalibus, in præcedenti cap. actum est. quòd si fuerit mala complexio simplex; etiam de tali supra agebatur in capitulo; cù de pulsu calido, & frigido scribebamus. mala autem complexio materialis, quia humoralis substantia sua, aut uirtutem suffocando, aut grauando, aut constringendo, siue fuerit apostemans, siue non, in pulsu, ut infra; mutationem facit: nam suffocando pulsus diuersus facit plus, & minus secundum eius maiorem, aut minorem multitudinem. suaq; mala qualitate occulta, uel manifesta uirtutem dissoluendo in pulsu mutationem facit: nam sic dissoluta uirtus pulsus necessario paruum facit, ut debilem, uacuum, & spissum. & quanto plus in defectu procedit; tanto minorem, & usq; ad uermiculosum. mala autem compositio, aut malus arteriæ situs, in pulsu mutationem causat, ut supra de tactu pulsus. ite opilatio fortis, ob quam caliditas, & spiritus expandi non possunt. consimiliter solutio continuitatis, ut talis facta in corde, cerebro &c. & si ad malam reducatur complexionem, & ut de his certior fias; exempla particularia ponam, ex quibus in omnibus consimilibus quis pulsus differentias in talibus uenire debentes facile apprehendet. &, quoniam ex uniuersalibus ad particularia uia doctrinæ est procedendum, cum per ea particularium notitia facilius capiatur; hic de differentiis pulsuum in morbis communibus contingentibus primum duxi agendum esse: deinde de particularibus loquar. &, cum febris dicitur morbus communis; hinc primò de pulsibus omnium febrium differenter sic suo agatur ordine: nam qui notitiam pulsuum febrium habebit; facillimè notitiam aliarum particularium ægritudinũ consequetur, quæ non sunt febres: quoniam tales in eis mutationes in suis differentiis ab eisdem, uel consimilibus morbis fiât, in quibus proportionabiliter accidit, & uirtutis debilitas, instrumenti inobedienciæ, ac necessitatis augmentum, uel diminutio, ex quibus tribus in pulsu principaliter accidit uariatio. nec quis de prolixitate capituli huius me mordeat: quoniam, non nisi necessaria scribã, quæ in mente cuiusque practicanter uelut thesaurum in pectore recondita esse debent. & his sic omisis institutum prosequar.

De pulsu febrium putridarum in generali. Rub.

**P**ULSUS supra putrefactionem humorum, ex quibus uariæ generantur febres, uarias habet significaciones, de quibus in generali primò. est itaque significatio prima pulsus febrium putridarum propria: sed non inseparabilis inæqualitas, ut Gal. ad Glauconem, propter grauedinẽ, quam materia nature infert. est tamen separabile signũ supple secundum sensum, quin ut Haly potest materia mota pauca, & subtilis esse, & mitis, & paulatinè mota, ut sic naturam non multum grauet ita, ut in pulsu non appareat diuersitas sensibilis. & dicitur sensibilis; quia non fit aliqua putrida absq; aliqua diuersitate omnino, sed bene in qua medicus nullam, uel quasi nullam percipit à naturali mutationem. secunda significatio est pulsus contractio. unde de differentiis secundo. Pulsus est contractus, & inæqualis, & est sicut pulsus in principiis paroxysmorum. s. paruus, aut inæqualis, & est proprium putridarum; quia nulli alteri febrili inest. & hoc de per se: nam de per accidens: ut quando alteri febrili coniungeretur symptoma aliquod; ut dolor, & stomachi mordicatio, & huiusmodi, quæ pulsus contrahere faciunt; etiam alteri febrili possit euenire. est quidem paruus, & inæqualis materia sic uirtutem aggrauante, & est si militer, ut onerato ex magno pondere accidit. & hæc in pulsu diuersitas accidit in augmento propter materiam non uniformiter esse calefactam. contingit & diuersitas hæc in statu magis propter commotionem uirtutis ad pugnam, & ad crism. & dicitur hic pulsus submersus, profundus ut supra. unde Aui. Coartatio pulsus est submersio eius, & paruitas

**E** diuersi, in quo accidunt pulsationes magnæ, & fortes. s. aliquid quæ pauca, quæ permiscetur percussioibus multis debilibus paruis: quoniam uirtus grauatur à materia morbi cibo, uel alia re: uirtus enim aggrauata uniformiter non mouet. & hic pulsus maximè significat principium febris: nam, cum materia mouetur lædens uirtutem; tunc natura calidã ad locum materiæ conuertit, & ipsum accentrat. unde accidit eius à materia suffocatio, quare paruitas, & contractio. sed, quia uirtus æqualis debilis non est, & calor sic suffocatus euentatione indiget, quam natura intendit euentare; hinc aliquas pulsationes fortes facit: deinde redit ad paruitatem. quare sic accidit in magnitudine, & paruitate diuersitas, secundum quòd uirtus modo est fortis, & modò nimis aggrauata: & hoc semper æquali necessitate stante. & ad hanc diuersitatem causandam concurrunt excrecentia caloris, & ipsius ad exteriora reditio: hæc nanque in diuersa parte principii reperiuntur, & augmenti. & idèo tactor diligens sit. & ex his colligitur causa dicti Aui. de phlegmatica. In omni febre, in qua est frigus. s. positium, uel priuatiuũ stringitur pulsus, & submergitur, uel coartatur propter materiam opprimentem: item minoratur propter diminutionem necessitatis, & debilitatem uirtutis. sumitur & eius significatio tertia ex parte diuersitatis eius in fortitudine, & magnitudine, horis expansionis caloris, & in horis post alleuationem uirtutis post euacuationem materiæ. est & quarta significatio à mollitie, & duritiæ eius sumpta. unde Haly in quarta particula. Cum pulsus est fortis, & magnus absq; duritie, manifestum signum est, quòd est febris putrida. & dicit Aui. De proprietatibus febris putridæ non est, ut fiat pulsus durus; quandoq; tamen propter causas facientes pulsuum duritiem, quæ febrili coniunguntur, accidit in eo durities, & pariformiter ex oppositis causis mollities, quæ res cum accidit; tunc de significationibus fortibus febris putridæ est, ut Auic. ut pulsus non sit uelox atq; fortis. s. tunc quamuis minuat hoc in tertiana. s. pura: nam apparet diuersitas in principio, & augmento propter lenitatem materiæ eius. quinta ab eo accipitur significatio ex parte differentiarum, quæ accipiuntur in diastole, & systole. & dicit Gal. 2. de differentiis, quòd primum signum putridarum est, quòd uelocitas systole in pulsu est manifestior, quam diastole; & hoc in augmento febris est multum apparens: non sic in principio: & uniuersaliter in putridis systole maior. unde xv. pulsuum. In principio omnium febrium ex putredine motus constrictionis est ualde uelox: quòd signum est ualde remotum à falso. & 16. continentis. signum, quòd datur in febribus de pulsu, est restrictio uenæ, quia restrictio fit uelocior, quia est signum uehementis instrumenti, quia sic non percipitur restrictio arteriæ. considera anhelitum in sua restrictione, & illa manifestabit eam, quæ est arteriæ: quoniam anhelitus currit cursu pulsus, secunda terti in sermone uniuersali anhelitus. & idèo Auic. secunda primi. Pulsus, & anhelitus, cuius constrictionis est uelox, est signum proprium febris putridæ. quoniam necessitas mundificandi maior est in ea, cuius contrarium in hectica accidit, & ephemera, quibus maior est necessitas euentandi. nota tamen, quòd hic non est signum inseparabile, ut supra: quia materia putrida faciens febrẽ posset esse subtilis, multæ inflammationis, & pauca quantitatibus: ite si esset humor uisus putridus paucos uapores habens. estq; systoles in eis non solum uelocior: sed etiam maior plus irritata uirtute in systolando. neq; inconuenit esse æquales in putrida: quoniam aliter contingit unam esse maiorem, & aliam minorem: sed ubi datur magis, & minus; datur æquale. igitur considera. & est significatio sexta à substantialiter inhærentibus sumpta, ut Gal. allegato cap. Maxima cognitio febris putridæ est caloris eius qualitas: nullum. n. habet suauem, neque moderatum, neque similem cum ephemeris: sed mordax, quo anxiat, corrodit tactum, sicut fumus oculos, & nares. unde Auic. Et caliditas earum est mordicatiua, non suauis sicut febris ephemera. & causa est; quoniam caliditas putrida est in subiecto magis densa fundata: & cum hic est intensior gradus secundum plurimum: & hoc referendo ad ephemeram ueram: quoniam in non uera posset oppositum contingere: sed hic speculator consideret: ubi. s. ephemera fo-

ret causata ex causone, pororū aduisione, solis facta, quo calidior calor febrilis mordacior apparet, quā in certa putrida, propter uapores cholericos motos, & retētos sub cute mordicantes: posset dici, quod hoc non contingit, in quantum uera esset: sed in quantum esset à causa antecedente. Considera hoc tamen signum est magis manifestum circa finem augmenti, & status: nam statim mordicatio caloris in his temporibus manui occurrit: sed in principio augmenti non sic, nisi postquam manus super brachium permanserit. neque in principio calor est suffocatus, & uapores, qui à materia eleuantur, sic etiam super calefacti stant uelut suffocati, & paulatinè ascendunt, sicut paulatinè calefiunt. & ex isto potest ab experto principium, & principium augmenti, ex solo tactu facile cognosci finis eius, & status: nam in principio per longum tempus calorem talem percipit: nam ita mordacem in augmento per minus tempus, & modicum plus mordacem in statu uerò mordacissimum. unde de differentiis secundo loquens Gal. de parte secunda principii ait. in inuasionibus utique paroxysmorum quasi utique adhuc, & intus suffocato calore: suffumigantibus tamen, uel calefacientibus superfluitatibus non confestim immutantibus manum, cognoscitur accessio caloris, sed tardantibus calor ex profundo ascendit. & hic continet ueritatem in febribus incipientibus cum frigore. in incipientibus uerò sine eo in hac secunda parte principii calor ad tactum manifestè sentitur auctus ultra scilicet calorem, qui prius erat. & in hac parte pulsus quātum ad diastolem est paruus; quia calor à materia opprimitur, ut supra: & est uelox, & frequens; quia iam tunc materia est putrida, & corpus factum est febriciens. unde aucta est necessitas euentandi. consimiliter quātum ad systolem est paruus propter causam dictam. uelox & frequens; quia aucta est necessitas mundificandi. & ideo uelocitatur. & hoc est, quod uoluit Gal. in compendio pulsuum, dum dicit. Eorum, qui febre incipiunt, pulsus paruus omnino est subintrans, & persecutionem faciens in utrisque; scilicet in diastole, & systole: nam persecutio in pulsu non est aliud, quā percussio: nam uelocitas, & spissitudo: in augmento uerò pulsus incipit magnificari, & uelox fieri, & calor ad totum corpus expandi, & continuè intendendo procedit, quousque ad summum deueniat gradum, qui illi febre conuenit: & tunc augeatur uelocitas, & spissitudo. & tunc est status, cum incipiunt remitti: hæc habetur declinatio, in qua fortificata uirtute pulsus magnificari incipit. & sic de communibus, siue uniuersalibus succinctè satis dictum est, ut nostrum exigit propositum. expediti ad particularia prosequamur de pulsu ephemerarum initium facientes.

#### De pulsu ephemerarum in uniuersali. Rub. 3.

**P**ROPRIVM eius signum est & inseparabile magnitudo, & uelocitas diastolis supra temperamentum sensibilibiter aucta, & non systolis; quia quasi insensibilibiter augetur systoles supra systolem naturalem: quia in ephemerarum non est magna necessitas mundificandi sicut euentandi. redit & arteria cessante febre ad dispositionē, qui sibi erat in sanitate, quia faciliter resoluitur calor ille. in aliis uerò minime: sed semper in ea remanet febris uestigium, ut in quartana, tertiana &c. quia in eis remanet uestigium putredinis, sicut accidit in combustione domorum, in quarum parietibus post extinctionem ignis adhuc remanet caliditas. & in hoc signo maximè cōsensus est Gal. in ther. ad Glau. tertio cap. pulsus in ephemerarum, ut secundo febrium Isaac, non differt à pulsu sani; quia sui ipsius sani, scilicet non multum, quia parum permutatur ab eo, quod erat in sanitate. est tamen spissus respectu eius, & uelox. & dicit Aui. quod est magnus, & fortis, nō quidem absolute: sed comparatione aliarum febrium. unde scito, quod, & si in ephemerarum uirtus sit fortior, quā in putrida ceteris paribus: tamen non facit pulsum ita fortem, ut in putrida; quia in ephemerarum parua est necessitas respectu putridæ. quare non sic irritatur uirtus ad magnificandum, & fortificandum pulsum. propter quod qui dam dicunt, quod in ephemerarum uirtus est fortis absolute, & uerè: sed in putrida fictè. nota tamen, quod ex causa certa, uel tolerātia famis in ephemerarum pulsus potest fieri debilior

**A** quā in putrida: quod si contingat; hoc non est attribuentum ephemerarum per se: sed per accidens. est etiam in ephemerarum pulsus equalis non multum diuersus: quoniam nō adest materia uirtutem aggrauans. & ideo moto tempore permanet talis, aut modicum uariatur: & si qua inæqualitas apparet; non multū perdurat, & est ordinatus. unde. 5. Epidimiarum. In ephemerarum pulsus est simplex, non ualde inæqualis, non feruidus, nec difficilis: non enim est durus; sed declinās ad leuitatem mediocrem. & intelligantur hæc, ut supra, in quantum febris ephemerarum, non ex alia causa coniuncta ei hæc uariari contingit. & ideo dixit Aui. quod diuersitas in pulsu in ephemerarum est, propter causam antecedentem. i. præexistētem, aut propter causam uicinantem. i. simul, uel prope ephemerarum causante uenientem. & in ephemerarum uapor eius non est corruptus; sed bonus non absolute: quia omnis uapor putridus febrem faciens est malus, & corruptus: sed hic dicitur comparatione uaporis putridæ. & ex his sequitur, quod argumentum hoc non ualet. est pulsus bonus, & urina bona: ergo est ephemerarum. patet propter causas, quæ cum ea coniungi possunt. & fallit hoc argumentum maximè in pestilentiali. & tu considera: quoniam Aui. inquit. Et scias penitus, quod quotienscūq; urina, & pulsus sunt boni; significat, & quod febris est ephemerarum: sed, si additur, & cum ea sunt signa alia significantia ephemerarum cum priuatione signorum significantium aliquam ex aliis febribus: nam hi nō sunt effectus adæquati ipsam concomitantes. quod si hoc in loco adducitur Aristoteles tertio phys. & Mesue de consolatione medicinarum primo, ad cuius esse sequitur oppositum; dicendum, quod intelliguntur de causis, & effectibus adæquatis. accidit autem, ut pulsus quandoque à consueto mutatus non comprehendatur. quare anhelitum considera, qui per uisum sibi manifestabitur: quoniam currit cursu pulsus ut supra.

#### De pulsu sanguinearum. Rub. 4.

**P**ULSUS in synocha est magnus, uelox, frequens, plenus, mollis; siue leuis, & addit Ferrarius latus: magnus quidem propter fortitudinem uirtutis. non ita à sanguine, ut ab aliis humoribus opprimatur propter amicitiam inter se maiorem. unde, cum aucta sit necessitas; magnificatur sic stante uirtute forti, & obedientia instrumenti. & ex eadem causa, quia propter augmentum necessitatis sit uelox, & frequens; cum sola magnitudine necessitati aucta satisfacere non potest: plenus autem propter multitudinem sanguinis in arteria existētis; mollis uerò, siue lenis propter humiditatem remollientem arteriam; & latus propter extensionem, & dispersionem humiditatis, quæ latitudinem causat; ut supra de lato. estq; diuersus propter aggrauationem uirtutis à multitudine materiæ; non tamen est in eo multa diuersitas, & multò minor. & similiter uelocitas, quā in causone, in quo uirtus est debilis, propter resolutionem, & in eo est maior malitia. & ista duo plus faciunt ad diuersitatem, & uelocitatem pulsus causandam, quā multitudo. & consideret speculator. pulsus autem synochi, siue feb. sanguineæ cum putredine, est minor, uelocior, & spissior, quā in synochas; licet absolute sit magnus: quā magna est necessitas in eo, & minor propter malitiam sanguinis uirtutē amplius debilitantis. & 9. ther. qui in his febribus est maximus, & æqualis, & uehemēs, & cōsistentia arteriæ, nec dura, nec mollis ultra illud, quod est in natura: in tñ tñ uelocitas, & spissitudo puenit, quātū magis ipsa feb. deuenit ita, ut hæc differentiæ in ambabus his feb. proportionabiliter equaliter augeatur. dixit tñ, quod in synocho pulsus ab æqualitate, & stabilitate egreditur. sed cōtrā Aui. de feb. sang. inquit. Plurimū impressio nis inflatiuæ est prope cor, ergo in inflatiua debet esse maior inæqualitas. consideret speculator aduertēdo ad causas inæqualitatis, de quibus supra. & dixit Haly. de pulsu synochi Pulsus est nimium diuersus, unde Viaticus. Pulsus est diuersus; quia cōstringi suum maius est, & sæpius idest uelocius, quā eius dilatari propter festinantiam naturæ in expellendo putrefactionem, uerū nisi tactor foret in his expertus; has differentiās non benè discerneret. & ideo oportet, ut ad alia propinqua cōsiderationem faciat: ut ad ea, quæ à

Substantialiter inhaerentibus sumuntur. unde Aui. Caliditas huius febris est plurima propter humiditatem uaporosam lachrymalem. i. non exiccantem, neque asperam, ut in caustionide; & tertiana forti: sed est mitis, & similis aequali, & parum mordicationis. unde Serapio. est similis caliditati feb. ephemerae. & Aui. hoc confirmat maximè de eius principio: non enim in ea sentitur mordicatio, quae & in ceteris febribus putredinalibus. in synocho autem non est ita mitis, sed aliquantulum acuta, minus tamen, quam in synocho. unde de in synocho accidentia sunt fortiora, siue uehementiora; non tamen omnia, ut grauitas capitis, apparitio lampadum, & huiusmodi: quae uehementiora sunt in synocho. & de speciebus prosequens dico, quod in homotena, quae est ceteris periculosior, ut dixit Pasionarius, pulsus sunt fortiores, spissiores, quam in aliis, & magis diuersi inueniuntur propter uirtutem esse magis debilitatam: quoniam febris illa est tota status. & ideo, ut tantae necessitati succurratur; oportet, ut sibi cum spissitudine auxilietur. Aaron autem dixit, quod homotenus est media inter epacmasticam, & paracmasticam: & ita Aui. & hoc ex parte periculositatis, & accidentium. & ideo credo, quod pulsus ex parte differentiarum suarum est medius: nam in epacmastico uelocior, spissior, & minor: in paracmastico; quia epacmastico maior & minus uelox. i. in homotena medius. & tu ex his considera; nam haec sunt differentiae, quae ab experto cognosci possunt, & non à docto tantum.

De pulsu cholericarum in generali. Rub. 5.

**P**ulsus in principio incipiente est paruus, profundus, rarus, & debilis, Auerr. 4. colligetur, quoniam caliditas non adhuc expanditur supra corpus: imo coartatur, & obruitur calor ab humore putrido.

Sed parum tempus post; quia post medium principii in magnum mutatur: quoniam uirtus nondum facta est debilis; & cholera est humor leuis, non grauens eam. ideo remanet fortis, & quoniam magna est necessitas refrigerandi; hunc pulsum sic magnificat, uelocitat, & frequentat: plus tamen proportionabiliter magnificat. uerum accidit in ea diuersitas, & maior in principio, quam in augmento, & maior id augmento, quam in statu, & in statu, quam in declinatione, ut uoluit Gal. 2. de differentiis feb. cui contradicere uidetur Aui. de signis cholericarum: inquit. Pulsus eius non est aequalis constrictionis, & declinationis: quoniam humor debilitat eam. i. uirtutem. i. per uiam aggrauationis, & addit diuersitatem apud statum ita, quod in statu maior uidetur esse diuersitas. & pro Gal. uidetur esse ratio: quoniam in principio materia magis grauat uirtutem, & in eo calor naturalis plus suffocatur sub humore. unde eo tempore quasi intranspiratus stat: unde sic pulsus eo tempore paruificatur, & deficit, & fit rarus, ut dicit Haly. sed quanto magis uersus statum proceditur; minus suffocatur: ergo pro tunc uidetur, quod natura minus grauari debeat, & ex consequenti diuersitas minorabitur. huic argumento plures possunt dari responsiones: sed unam tantum hic scribam, alias speculatoribus relinquens. dicendum ergo, quod diuersitas causata per actionem materiae in naturam grauando eam in statu est minor, quam in principio; & quam in augmento, ut Gal. sed diuersitas causata per uiam resolutionis uirtutis est maior in statu, quam in principio dicit Aui. & communiter, quod, quamuis in declinationis uirtus sit resoluta magis, quam in statu: non tamen in ea est diuersitas maior; quia non est coniuncta tanto calori, siue intenso, ut in statu. transeat haec pro nunc. & hoc ubi declinatio sit ad bonum; secus, si ad malum. in cholericis autem est in pulsu diuersitas, ut in aliis humoribus putridis ratione qua febris putredinalis: tamen, ut Aui. est haec diuersitas minor: quoniam cholera est humor leuis non tantum grauens uirtutem, quantum phlegma, & melancholia. & hoc dico merito sui: nam contingeret, ut secum coniungeretur dolor: & tunc in pulsu fieret diuersitas magna. & dicit Aui. pulsus in tertiana est fortior, quam in aliis febribus putridis, & est uelox, rarus, & frequens, & Gal. ad Glauconem. Tertiana pulsus magnos facit fortes, & ueloces, & spissos absque qualibet inaequa-

litate praeter febrilem. & ex hoc dicto Aui. hic potest colligi, quod fortitudo pulsus habet attendi penes fortem impressionem arteriae in digitum: quoniam pulsus in sanguinea inflatiua uidetur esse fortior &c. considera. & differet hic pulsus à pulsu phlegmaticae per ordinationem, & inaequalitatem, quae non sunt in pulsu phlegmaticae, de quo infra. quaeret quis fortasse, nunquid pulsus tertianae sit maior, quam sanguineae etiam à putredine. existimo dicendum, quod minor est, quam sanguineae propter uirtutem à sanguine minus debilitari, & propter instrumenti obedientiam maiorem in ea: uerum uelocior, & spissior est in tertiana: cum necesse sit per has differentias necessitati auctae satisfacere, quod magnitudine sufficienti non potest. sed nullus has differentias sic solo tactu arteriae comprehendet, nisi qui pluries expertus fuerit. & ideo propter iuuenes oportet, ut ad alia signa transeat. & signum sumptum à substantialiter inhaerentibus est cum his multum declarans. unde Gal. 2. de differentiis distinguens inter calorem tertianae & caustionidis inquit. quando ponis manum tuam super corpus patientis. i. tertianam; obuiat tibi, cum ipsum tangis, caliditas multae acuitatis; quia ipsa eleuatur cum uapore. deinde ipsa non moratur: quia debilitatur, & mutat ipsam manum tuam, & non sicut caliditas adurentis feb. malignae: nam in illa febre cum ponis manum tuam supra corpus, tunc quanto plus moratur super ipsum; est acutior, & magis laedens manum, & malignior. unde Aui. tertianae caliditas saluior est caliditate caustionis, in qua quanto plus corpus tangitur, non additur inflammatio: imo quandoque minuitur: sed in caustionide additur: quoniam caliditas caustionis est in interioribus magis, & est multorum uaporum, quos manus reprimere non potest, & calor tertianae est in exterioribus magis, & in summa caliditas tertianae est acuta, & mordax, & edax, quae res in sanguinea sic non reperitur. & 2. de differentiis feb. febris facta à cholera generata à sanguine per conuersionem ipsius in choleram differt à malignitate morum febris factae à cholera alia; quia febris facta à cholera ex sanguine generata sapit materiam sanguinis: & ideo mitis dato, quod ad tactum calor appareat multus in quantitate; quia multum extra euaporat: tamen caliditas est mitis; quia anxietas caliditatis in manu tangentis non est à multitudine eius, quod euaporat: sed ex acredine eius, qualis est credo cholera.

**R**ub. 6. De pulsu tertianae purae. Rub. 6. Dicit Gal. secundo de crisi. Pulsus tertianae purae licet sint in principio cum dispositione paruitatis, raritatis, tarditatis, & debilitatis: ueruntamen tarditas, & raritas diminutae sunt à tarditate, & raritate & quae sunt in febre quartana, plurimum ualde sunt: sed tarditas in tertiana est secundum propinquitatem dispositionis, secundum quam est unusquisque hominum cum est secundum naturam. & inuenitur in ea pulsus aequalis, & ordinatus secundum perscrutationem. & illud est, quia non inuenis in eo diuersitatem, neque in pulsu uno suum motum ex motibus uenarum, neque in eo, quod est inter motus eius. i. in quiete; quamuis haec aequalitas raro accidat in feb. putrida (imo saepe accidit, ut fiat inordinatus, & diuersus, & inaequalis: nam forsitan inuenitur diuersitas in primo tertianae purae) nisi in paucissimis earum: potest enim tertiana pura fieri de causa leui, & pura cholera, & pauca, quod diuersitas in pulsu in ea non erit ad sensum notabiliter apparens. & subdit. In augmento uelocitas est aequalis non intersecta, & excitatur ad magnitudinem etiam ad uehementiam notabiliter: & si se peruenit ad frequentiam. & tandem dixit, quod pulsus fit in ea similis ei qui est pulsus sani in dispositione exercitij, aut quando ingreditur balneum calor. i. magnus, uehemens & frequens: erat autem statim à principio equalis ita, quod pulsus eius fit fortis propter forte percussione: ut uideat hic innuere. & ideo de fortitudine considera, de qua saepe supra.

De pulsu tertianae non purae. Rub. 7.

**E**t Avicenna de pulsu non purae dixit, quod est diuersus magis propter diuersitatem processus caloris ex parte diuersitatis materiae. unde aliquando est maior,

ior, aliquando minor. & in fortitudine, magnitudine, & uelocitate, & frequentia est infra pulsum tertianæ puræ; quia est minus fortis, & magnus.

De pulsu tertianæ ex ingrossatione cholerae factæ per adustionem. Rub. 8.

**P**ULSUS hic assimilatur pulsui puræ: nam per adustionem cholera uehementem recipit caliditatem, & est parumper diuersus propter paruam materiæ diuersitatem, non ita fortis; quoniam ex ea plus uirtus per resolutionem debilitata est. estq; durus propter siccitatem multâ humoris arteriam exiccantis.

De pulsu prasinæ quæ per adustionem uitellinæ fit. Rub. 9.

**D**ICENDUM, quod pulsus est difficilis, & ualde diuersus, & paruus, & prauæ alterationis. i. multum inordinatus. & hoc propter malitiâ humoris, à quo uirtus multum debilitatur, & teritur: nam in ea febre praua eueniunt accidentia. unde sæpe uenit finis istius ad magnū periculum. & pauci sunt, qui ab hac ægritudine euadant: & si euaserint; erit opus multo studio, & ægritudinis prolongatione: & possibile erit permanere, & praua accidentia longo tempore. consideret itaq; medicus, qui in omni die dicit, hæc febris est à cholera prasina, certè multi sic decipiuntur, ut in opere nostro magno diximus.

De pulsu tertianæ ex admixtione cholerae mixtionem non unica. Rub. 10.

**P**ULSUS est magnus diuersus, minus uelox, frequens. Magnus quidem propter auctam necessitatem: diuersus propter inæqualitatem materiæ, quæ inæqualiter calefit. & sic inæqualem facit necessitatem: minus uelox, & frequens propter minorem necessitatem, quàm in pura.

De pulsu tertianæ notæ, quia à cholera citrina procedente. Rub. 11.

**D**IXIT Ferrarius: pulsus est uelox: sed non ita, ut in pura.

De pulsu tertianæ notæ, quia à cholera proueniente uitellina, & est maioris famæ. Rub. 12.

**P**ULSUS est similis ei, qui est à citrina tantum in suis differentiis ab eo distans, quantum cholera ipsa à cholera citrina. & cum parua sit differentia inter caliditatem unius, & alterius; hic necessitas posita ab una non multum superat necessitatem alterius. quare ratione huius non differt pulsus unius in magnitudine à pulsu alterius: uerum potentius ad calefaciendum esse uidetur calidum uitellinæ, cum in subiecto sit densiori. & ex hoc uidetur pulsum in ea plus debere magnificari. ex parte alia uirtus ex uitellina plus grauatur. quare debiliior erit. itaq; omnibus sic compensatis parua est in eis differentia: est tamen in utraq; pulsus magnus, uelox, & frequens, & de pulsu tertianæ ex admixtione non unita dictum est.

De pulsu continuæ tertianæ. Rub. 13.

**P**ULSUS in tali similis est ei, quæ est periodica pura, uel non pura, etiam secundum dispositionem humoris febrem facientis. unde hic nota dicta Galeni secundo de differentijs, quod magna cognitio humoris facientis febrem habetur ex qualitate, & quâtitate caliditatis febrilis eius ita, quod tactus multum iuuat etiam in cognitione pulsus. & tu in tangendo considera.

De pulsu caufonidis. Rub. 14.

**A**UTHORES tanquam notum reliquerunt, quod pulsus caufonidis est uelocior, & frequentior, quam in tertiana continua. unde Gordonius. Pulsus est uelocissimus. & Gilb. addit, magnus, uelox, & fre-

**A**uens: nam in caufonide magna est necessitas euentandi, & magna expellendi ratione situs materiæ. & consequenter concedendum, quod ratione huius plus uelocitatur dato, quod fit ex phlegmate falso, quàm in tertiana pura. & propter hoc fortasse dixit Gordonius. Pulsus est uelocissimus: nam caliditas regionis cordis incendium ualde augmentat: materia enim existente in hepate, uel stomacho incendium forte fit fortius in pulmone; & fortissimum, si circa cor extiterit.

De pulsu phlegmaticarum febrium in generali. Rub. 15.

**D**IXIT GAL. secundo de differentiis. hæc feb. inæquales, & amplius debiles, & paruos operatur pulsus in inuasionibus, idest, principiis paroxysmorum, & in inceptis ascensionum; quia in principio augmenti. & est inæqualitas; propterea quod materia uirtutem grauatur, & debilitas propter uirtutis imbecillitatem: & paruitas, propter frigiditatem phlegmatis necessitatem remittentem. & dicit in principiis ascensionum; quia in principio. & quoniam in alijs putridis in principio augmenti pulsus magnificatur manifestè, & in hac non; & ideo per hoc ab alijs omnibus differt. & dato, quod hæc differentia reperiatur in principio paroxysmi tertianæ: tamen sunt minores in ea, & cito transeunt, quæ res in phlegmatica magis transeunt ad augmentum inclusiuè. et non reperitur in hac febre uelocitas in augmento, & fortitudo, quæ reperiuntur in tertiana etiã secundum finem declinationis, supple medium in alijs temporibus. & primo ad Glauconem. Fortiores sunt hi, qui in amphimerinis eis, qui in tertianis tantum quantum his illi, qui in quartanis: in tarditate uerò eodem modo se habent in utrisque. sunt tamen minores in quartana: quoniam humor phlegmaticus non tantum dissoluit uirtutem cum frigiditate sua, quàm humor melancholicus propter ipsum esse uirtuti magis rebellem. sed, ut Almanfor, pulsus phlegmaticæ est minus uelox, & minus spissus, quàm tertianæ, et est minor propter phlegma sua frigiditate debilitans uirtutem, & multitudinem materiæ, & qualitate sua ipsam dissoluens, & angustias. unde multum diuersificatur, & eius spissitudo fit, ut magnitudinem recuperet. est ergo summam pulsus hic paruus, diuersus, debilis, & uelox, & spissus, & mollis ratione materiæ humidæ peccantis, & remollientis arteriam suo uapore. Auicena. uerò de hoc pulsu loquens inquit. Pulsus est paruus, submersus, siue depositus, debilis, & rarus in primis, idest, in principio paroxysmi. est quidè submersus propter suffocationem caloris à frigiditate, uiscositate, & multitudine materiæ: rarus propter frigiditatem, ut supra. & fit frequens in fine, idest, in processu propter expansionem frigiditatis: nam fit uehementer frequens in processu; non tamen paruus nisi in principio. & uehementia spissitudinis est propter paruitatem eius: nam eius pulsus est minor pulsu tertianæ, & quartanæ, & per consequens frequentior. quod autem minor quartanæ, dubium uidetur: nam secundo de crisi inquit. Pulsum ponit quartana feb. in principio paroxysmi in dispositione paruitatis, quam non sequitur alia ægritudo præter ipsam ita, quod imaginaberis pulsum esse strictum, ligatum, ad interiora retractum, neque etiam eleuari. & non elongabitur in hoc à dispositione naturali elongatione uehementi ita, quod reddat pulsum patientis iuuenis similem pulsui eius, qui est in fine, & ultimo senectutis. & ibidem dicit, quod non potest discernere inter tertianam, & quartanam: eo quod per pulsum in primo die non est medicinæ artis in aliquo propter ipsum esse sic manifestum. unde etiam dixit allegato loco. Si cognouisti pulsum patientis in sanitate sua; non indiges in significatione quartanæ significatione alia omnino. & quarto colliget de quartana. est paruior pulsus, quam fit in phlegmatica. oppositum scripserunt Serapio, Haly, & Aui. dicendum, quod pulsus in phlegmatica, & quartana ad magnam peruenit paruitatem, & quandoque est tanta, ut hæsitare faciat sapientes, quæ sit maior. uerum in quotidiana uera de phlegmate naturali pulsus est minor, quàm in quartana cæteris semper paribus seruatis; nam phlegma est frigidius melancholia. &

## De pulsibus

& cæteris paribus. consuevit semper, aut quasi semper cum maiori multitudine materię moueri: & cū hoc tñ stat, quòd in aliqua phlegmatica, ut de phlegmate dulci, aut falso non multū putrefacto pulsus sit maior. in summa tenendū, quòd cæteris parib. minus ē in phlegmatica, & quòd authores hi processerunt cū uario iudicio. quidā oppositum crediderūt quòd siccitas humoris ita indisponat arteriam: ut cum frigiditate sua sic melancholia pulsus plus paruificet. quidā contrariū, propter rationes dictas de phlegmatica pulsus intensus est minor. & tu hæc considera. & restat, ut quicquā dicamus de raritate eius, & ne in desceptionibus stetur; dicendū pro nūc, quòd textus Aui. cōiter repertus est corruptus, & debet eē similis textui Haly. qui nō expressit de tertiana: sed solū de quartana. unde litera Aui. sic debet inchoari, quòd frequentia, & paruitas phlegmaticæ uehementior est quā paruitas, & frequentia quartanæ: & paruitas phlegmaticæ uehementior est, quā paruitas tertianæ, & nō tãgit in his frequentia. sunt alii aliter dicētes, quos pro nūc expositioribus relinquo. de hoc pulsu dixit Zoar. Pulsus in prin. debilis est, & occultus propter fortē constrictionē arteriarum in statu uerò debilis est, paruus, & gracilis propter paruitatē caloris: & de ipso pulsu tandē dixit Aui. quòd cognitiōes pulsus supra febrē phlegmaticā sunt ex debiliōribus cognitiōibus: per pulsum. n. difficillimē iudicatur super eā. idēo secūdo de crisi scribitur, quòd ad cognoscendā hāc febrem oportet cognoscere pulsum patientis sani. & de hoc pulsu me expediens dico cū Gerardo super uatico. in hac febre pulsus sit mollis ab humore, & latus propter descensionē a multitudine materię, & tardus propter caloris paruitatē, & diuersus i fortitudine, & debilitate; quia natura aliqñ dominatur materię: & tunc est fortis: aliqñ contrā; quia sub materia grauatur: & tunc est debilis. & alius addit, quòd est absque ordine in sua diuersitate. & est rarior, & minor pulsu tertianæ, & quartanæ in quolibet quatuor temporum eius.

Postremò scito, quòd Gal. in ther. ad Glauconē scripsit, quòd pulsus quartanæ tantò est minor pulsu phlegmaticæ, quātò pulsus phlegmaticæ ē rarior pulsu tertianæ. hoc autē inuenire per tactū est difficile: licet dicat in libro differentiārum pulsus has differentias per tactum comprehendere posse.

De pulsu phlegmaticæ ex phlegmate naturali. Rub. 16.

**P**ulsus est paruus cum uelocitate, & spissitudine, & mollitiē arteriæ, & manifesta diuersitate. & uelocitas eius est parua, & horum omnium effectuum causæ ex prædictis liquidæ habentur.

De pulsu quotidianæ iam dictum est.

De pulsu phlegmaticæ de phlegmate falso. Rub. 17.

**P**ulsus est uelocior, & spissior, quā in quotidiana & in ea, quæ est ex phlegmate dulci propter humore esse calidiorem, & ponere maiorem necessitatem. unde Rogerius. Pulsus est maior, uelocior, & frequentior, quā in aliis, & minus mollis. & loquitur de quotidiana ex phlegmate falso.

De pulsu phlegmaticæ de phlegmate uitreo, & acetoso. Rub. 18.

**Q**uoniam phlegma uitreum est multē frigiditatis & multū uirtutē opprimēs ex parte utriusq; hinc pulsus sunt parui, & minores, quā ex phlegmate dulci, & naturali. itē & uelocitas parua propter frigiditatē non ponentē magnā necessitatē. & ex consequenti non est parua spissitudo, & pariformiter dicat de pulsu phlegmatico ex phlegmate acetoso. unde Aui. in ea, cuius cā est phlegma uitreū, uel acetosum, frigus multiplicat ualde, & rigor, idest, horripilatio. & est frigiditas eius propter frigiditatē horum phlegmatum multum, maior est tamen in uitreo. dixit Gerar. super Viatico. Pulsus in principio debilis, & occultus propter fortem constrictionem arteriarum. in statu uerò debilis est, paruus, & gracilis propter paruitatē caloris: nā quantò phlegma est frigidius; tantò facit pulsum minorem, & debiliorem, & tardiorē in princ. accessionis.

Postremò scito, ut Gal. in congregationibus, spissitudo pulsus uenit ex paruitate multa, paruitas quoq; ex grauedi-

**E**ne uirtutis pp humoris multitudine, ut quod deficit in magnitudine, reddat in spissitudine. & per hoc sic comprehendes pulsum in liparia, & empiala, de quo infra.

De pulsu feb. phlegmaticæ, continuæ, & laticæ. Rub. 19.

**D**ICATUR pro eius pulsu, quòd eius pulsus est similis pulsui periodicæ continuæ similis in specie, uel sibi proportionabilis, sicut & alia signa earum sunt similia. uerum in cōtinua calor semper est additus supra calorem periodicæ sibi proportionabilis in materia. & propter hoc pulsus aliquantulū uariatur a pulsu interpolatæ; ut quia maior est necessitas euentandi, pulsus non erit ita paruus, ut in periodica: & sic de aliis differentiis, similiter dicitur de pulsu laticæ, de cuius signis dicit Aui. sunt sicut reliqua signa phlegmaticæ præter eradicationem.

De pulsu empialæ. Rub. 20.

**F**ulsus, ut Sera. est grossus, idest, plenus, & separatus. i. rarus in cōparatione aliarū phlegmaticarū. in se tñ uelox, & frequens respectu eius, quod erat in sanitate & harū differentiarum causa patet intelligenti causam empialæ, & causas harum differentiarum, de quibus supra.

De pulsu lipariæ. Rub. 21.

**I**n liparia pulsus, ut supra, est paruus, & lenis, & Itac addit, & debilis. & refert ad lipariam phlegmaticam, in cholericā aut dixit Guilielmus adest paruitas, uelocitas, & spissitudo: & in utraq; est diuersitas. & causæ horum omnium ex habitis manifestæ sunt.

De pulsu syncopalis humorosæ. Rub. 22.

**D**IXIT AVICEN. quamuis illud, quod uincit, cum hoc sit paruitas, tarditas, & raritas; est itaq; paruus propter oppressionē uirtutis a materia frigida multa uersus cor mota, in cuius motu uehementer debilitatur uirtus: ut sic ad syncopim perueniat, & ipsa sic suffocante; & est tardus sic non aucta, sed diminuta necessitate. & similiter de raritate dicatur. si dicatur duodecimo thera. secundo cap. sic scribitur loquens de pulsu feb. Syncopalis humorosæ, & minutæ harum arteria secundum alia tempora, scilicet a principio paroxysmi rarior, & tardius pulsat omnium qualitercunque febricitantium: cum tamen scriptum sit supra, quòd pulsus phlegmaticæ sunt spissiores, quā quartanæ: nō tamen uelociores propter uirtutis debilitatem. ergo multò magis erit hoc in syncopali. dicendum, quòd in principio, cum materia huius feb. moueatur, siue effundatur circa cor propter quod syncopim causat; hinc sic in corde primò ponit frigiditatem, a qua calor extinguitur: & sic uirtus debilitatur etiam multitudine coadiuuante cum sua uiscositate, modo stante materia sic tali frigiditate cor non febricit, sed cum putrefieri, & calesceri incipit; tunc incipit febris, & augetur necessitas: & tunc pulsus uelocitatur respectu eius, qui erat in principio materia sic cum sua frigiditate nocente: non tamen aliorum febricitantium respectu. ista tamen materia non est sic uirtuti rebellis, ut phlegma uitreum; sed ratione loci uehementer lædit. quòd, si materia uitrea ad ipsum locum moueretur; cum sit uirtuti extraneor; maiorem in pulsu paruitatem faceret: sed tale circa cor reperiri non cōtingit nisi monstruosè. neq; phlegma crudum, siue uitreū est ita de facili de loco ad locum fluxibile.

De pulsu syncopalis minutæ. Rub. 23.

**I**n hac febre uirtus multò magis debilitatur, & citius cadit. quare pulsus erit minor ualde, quā in humoralis. & quoniam materia est cholericā acuta, sic in prima sui effluxione ad cor, in eo ponit necessitatem. quare uelocitatur & pulsus, & cum per amplius putrescit; magis uelocitatur, & frequentatur. quòd, si fuerit uenenosa inefficiens, & uirtutem ilico dissoluens; tunc pulsus sit minimus, paruus, & rarus, & tardus natura sic amplius arteria moue-

re non potente. q̄, si sic non ultimabitur in debilitate; tunc fiet tardus, paruus, & frequens, ut de uermiculoso supra.

De pulsu quartanæ puræ. Rub. 24.

**Q**UARTANA ut secundo de crisi in principio paroxysmi ponit in dispositione paruitatis pulsus, debilitatis, tarditatis, & raritatis eius, quam non consequitur ægritudo alia præter eam. & imaginatur, q̄ in principio paroxysmi sit uena solida coartata, uel stricta, quasi trahatur ad interiora, & prohibeatur eleuari. & cum incipit; ponit pulsum habentis eam, quāuis sit adolescens: s̄m dispositionem eius pulsus, qui est in ultima senectute, & dicit. si tu cognoueris pulsum eius in sanitate sua, aut tetigisti eū in ægritudine alia; in primo paroxysmo feb. non erit tibi necessarium considerare in signo alio, donec tu cognosces, q̄ ipsa sit quartana: qm̄ conuersio pulsus ad tarditatem, & raritatem est in inceptioe eius superflua ualde. & 18. continētis. nō potest esse tale principium pulsus, nisi in quartana. i. cum talibus differentiis in principi. paroxysmi. & 16. continen. Tpe augmenti uelox proculdubio erit, & spissus: facta tñ æquatione de pulsu in augmento tertianæ erit minor ualde. & ibidem. si post cessationem febris uideris pulsum esse uehemētioris raritatis pulsu naturali; manifestum est, q̄ est quartana. in statu autem, ut Serapio, est magnus, & constans: & apparet in eo diuersitas multa. unde Isaac. in ultima uerō. i. in statu est magnus, & plenus pp̄ fortitudinem motus materiæ naturæ repugnantis. & Aui. subdit, q̄ hic pulsus est durus, p̄pter siccitatem humoris exiccantis arteriā. unde sic non bene potest se eleuare, & in altum extendere. unde accidit, q̄ sit sicut pulsus ferrinus. i. durus. item est æqualis, cum nō mouetur in tempore quietis; sed in tempore motus est diuersus ualde propter grossitiem humoris uirtutem multū aggrauantem. quidam, q̄ est decliuus ad æqualitatem in principio respectu pulsus phlegmaticæ, quia materia quartanæ magis uniformiter calefit, quā phlegmaticæ. & dixit Aui. Pulsus quartanæ melior est pulsu phlegmaticæ in paruitate, & frequentia; quia. s̄. non est ita paruus, nec ita frequens non erat ita paruus; quia uirtus est fortior in quartana, & quācum facit in febre phlegmatica ad tarditatem pulsus debilitas uirtutis, unde recuperat per frequentiam; tantum facit ad tarditatem pulsus quartanæ melior paruitas. i. non tāta, quanta est tarditas in phlegmatica. unde pulsus quartanæ est similis pulsu phlegmaticæ in tarditate. dixitq; . eius diuersitas est maior diuersitate aliarum febrium in principio paroxysmi, quia est ex materia grossior; tūc magis grauant naturam. uerūtamen in sua diuersitate respectu phlegmaticæ pulsus magni, & plures in ista, quā in illa. sed respectu cholericarum sunt pauciores. & dixit. apud inceptioem paroxysmi additur tarditas, & frequentia sua. dicunt quidam, q̄ litera est corrupta contradicens Galeno, & aliis & uult dicere sua raritas: & hoc supra de phlegmatica. & tu ibi. nonnulli autem literā sic saluare uolunt: ut q̄ uoluerit Aui. q̄ quamuis addatur tarditas, & raritas, tamen plus additur tarditas, quā raritas ita, q̄ pulsus sit magis tardus, quā rarus: qm̄ paruitati plus recompensat uirtus debilis per frequentiam, quā per uelocitatem. additur ergo sua frequentia non absolute: imo sic additur raritas: sed in comparatione ad tarditatem. & subdit Aui. deinde, cum iam calor incipit eleuari, & expandi; incipit pulsus magnificari, & fieri uelox, & frequens. & sic habetur, quod in principio est debilis paruus, tardus, & rarus subtilis, siue strictus, & durus. in augmento magnificatur, uelocitatur, & frequentatur. unde Gerar. Pulsus est paruus, tardus, & rarus ualde diuersus, subtilis ualde, & gracilis, sed additur in uelocitate, & frequentia, dum appropinquat status. & addit Gilber. Fit magnus, & plenus; quia in augmento. & iam harum differentiarum causæ innotuerunt: ideo eas sic relinquo. & scito, q̄ licet in omni putrida systoles sit uelocior, & maioris diuersitatis, quā diastoles; tamen in quartana hic plus accidit respectu tertianæ; quia humor est grossus multum incitans plus ad systolem, quā ad diastolem: sed quia in tertiana humor est ardens subtilis, & contra est. &c.

**A** De pulsu quartanæ notæ phlegmaticæ. Rub. 25.

**D**IXIT Auicenna. Durities uenarum est minor in ea, quā in aliis notis quartanis: quia eius materia est minus sicca, Et dicit Gordonius. Pulsus magis diuersificatur, & est paruus, & magis occultus, ut uideatur ex tali materia uirtutem plus grauari, & necessitatem minorem imponi.

De pulsu quartanæ notæ ex aduisione sanguinis. Rub. 26.

**P**ULSUS attestatur dominio sanguinis: est enim pulsus plenior, & rarior, & fortior, quā in aliis, & uenæ maiores, & pleniores, & uergit ad undositatem.

De pulsu quartanæ notæ ex aduisione cholerae. Rub. 27.

**B** DIXIT Auic. Est maioris uelocitatis, & frequentia. dixit Gerardus. Quā in cæteris quartanis: quia eius calor est intensior.

De pulsu quartanæ notæ ex aduisione melancholiae naturalis. Ru. 28.

**A**UTHORES non expresserunt, aut quia dereliquerunt ea nota ex signis quartanæ puræ, quæ huic satis possunt adaptari: aut quia raro accidit melancholiam naturalem aduistam putrescere propter ipsius siccitatem intensam: sed tamen aliquando accidit. & de his, quæ rarissime accidunt non est scientia, secundo de crisi. quidā tamen dicunt, q̄ pulsus in ea est minor, durior, & debilior, quā in cæteris. & tu considera: nam ex causis de ipsis humorib. assignatis hæc, & similia poteris inuestigare. & hæc de quartanis, & quintanis, & huiusmodi sufficere uolo.

De pulsu erraticarum. Rub. 29.

**C** IN eis pulsus occultus, paruus, & spissus sentitur, ut Gale. 1. ad Glauco. & non habent hæc febres certum modū, neq; certam horam affligēdi: sed inordinatæ sunt in suis accessionibus. & ideo male poterit de his definiri.

De pulsu hecticarum. Rub. 30.

**E**T Gal. secundo de crisi; quia raro accidit hectica incipiendo, & de quæ his raro ueniunt, non est scientia: hinc ipse, & cæteri authores superfederunt in ponendo signa hecticam præcedentia. & ideo ad ipsam hecticam manifestantia deo duce prosequar. pulsus est durus pp̄ siccitatem arteriæ, & multæ complexionis in tota. est etiā pp̄ eandem causam minutus etiam pp̄ uacuitatem arteriæ. & in his est gradus s̄m gradum duricie maioris, aut minoris. propterea paruus propter debilitatem uirtutis, similiter plus, aut minus, ut de duriti, euelox propter auctā necessitatem, & est s̄m unam habitudinem fixus. s̄. quia non permutatur, ut in cæteris febrib. in quibus recipit magnam uarietatem, & hoc merito temporū ipsius febris. pulsus autē hecticæ non mutatur nisi propter causam accidentalem ei extrinsecus occurrentem: ut est cibus, & potus, somnus, & uigilia: nā, ut Gal. 1. de differentiis, maxime, & indubitabilis cognitio hecticæ est, cum patiens supergressus fuerit omnes horas suspectas, quæ. s̄. sunt horæ, in quibus esset, uel eē debet suspitio aliqua ex accessione, siue exacerbatione feb. exhibe patienti cibū, & si uidebit post eius assumptionem per unā horam, uel duas oibus tangentibus ipsum, habere additamentum caliditatis; tunc ille iudicandus est hecticus & hoc est signum, quod authores proprium, & inseparabiliter attribuunt hecticæ: non remanet autem fixus tunc: quoniam ad maiorem uelocitatem conuertitur: & hoc ex accidentali causa. de causis autem huius in præsentiarū ad nos pertinere nō uideēt, hinc eas multifarias relinquo. & qm̄ signa primæ speciei sunt multis occultata; pp̄ quod dixit Auicenna. Cano. Sauro. Q cen.

cen. quod est difficilis cognitionis: hinc & pulsus eius male cognoscitur: quoniam à naturali dispositione non multum elongatur, & est pulsus, in qua hæsitant medici. in secunda uerò specie sicut signa alia manifestari incipiunt: ita & signa heclicæ à pulsu sumpta iam manifestantur plus, & minus secundum, quod remotiora, aut propinquiora sunt heclicæ tercie, speciei, in qua pulsus iam dictus cum iam dictis differentiis est ualde manifestus, imo manifestissimus. dixit tñ Gal. allegato loco, quod secunda species facit pulsum debilem, paruum, & durum simul: & cum transmutatur ad tertiam, quando scilicet transit ad talem, facit additionem in debilitate, paruitate, & duritie, & spissitudine; quia hæc omnia sunt multò magis manifesta in tertia quàm in secunda. & de pulsu secunde speciei inquit Aui. Vehemens fit durities pulsus propter ficcitatē uehementem arteriæ, & eius debilitas, & paruitas ipsius propter uehementem debilitatem uirtutis, & ex eadem causa fit multum frequens: quoniam oportet, ut cum frequentia recuperet. quod, si ex apostemate acciderit, ut consuevit: tunc, si apostema non resoluitur; additur frequentia, & uelocitas: & fit de genere eius, qui nominatur cauda muris, qui procedit de paruo ad minorem, & de frequenti ad frequentiore.

## De pulsu heclicæ senectutis. Rub. 31.

**D**IXIT GAL. in libro de tabe autoritate Philippi, quod pulsus in hac dispositione est paruus, & rarus. & hanc antiqui febrem frigidam appellare consueuerunt, & anhelitus est similis, propter paucitatem necessitatis. ex prioribus signis est, quod anhelitus est frigidus & non calidus propter malam complexionem frigidam cordis, aut in eo positam à uaporibus frigidis eleuatis à materia frigida existente in alia parte corporis, aut propter resolutionem, & liquefactionem humiditatum corporis à caliditate facta. quare innata caliditas debilitatur, & succedunt frigus, & ficcitas. & fit pulsus paruus, rarus, & durus: aut superflua euacuatio infrigidans, aut usus rerum superflue infrigidantium, ut fit in febribus arsiuis, & heclicis. & dicit Aui. Pulsus eorum non est sicut pulsus habentium heclicam. imo est paruus, debilis, & rarus propter contrarias causas dictas de pulsu patientium heclicam, nisi fortis fieret debilitas: imo fortissima, quæ scilicet fit tanta, quod faciat pulsum ita paruum, tardum, quod non sufficiat satisfacere necessitati: unde oportet, ut recompensetur cum frequentia & proprie dixit. in illis, in quibus aduenit hæc heclica ex potu aque frigide, scilicet fit pulsus tardus, & rarus: sed frequens hoc quando non esset tantæ frequentiæ, quod extingueret uehementer calorem: sed tamē sua frigiditate induraret arteriam, & eam ineptam redderet, & inobedientem dilationi: in tali. n. casu; quia non satisfacit plenè propter pulsum paruum, tardum; oportet, q̄ succurrat cum frequentia.

## De pulsu feb. pestilentialis. Rub. 32.

**D**IXIT AVICEN. Pulsus in hac febre est secundum plurimum frequens, & paruus: paruus propter debilitatē uirtutis: frequens propter necessitatē, cui non potest uirtus debilis satisfacere cum magnitudine. & fit uehemens secundum plurimum in nocte non quidē secundum magnitudinem: sed in frequentia; quia magis frequentatur, quàm de die. calor est, & spiritus retrahuntur ad intra fugientes frigiditate noctis, & tenebras. quare additur necessitas, & uirtus debilis propter necessitatē auctā magis frequentat. quidam quod propter hoc magnificatur pulsus non absolute: sed in cōparatione ad pulsum diei. dixit Guilielmus. Pulsus est uelox, frequens, & debilis, & augmētatur in nocte, & systole est maior diastole: quoniam maior est necessitas expellēdi uapores putridos uenenosos conclusos, quàm euentandi calorem, & non tñ est maior absolute, sicut in aliis feb. putridis: sed est respectu aliarū febriū putridarū ut in hoc fit maior respectu suæ diastolis: nā in hac febre multū debilitatur uirtus etiā à qualitate occulta plus, quàm in aliis feb. & ideò in ea multū angustatur anhelitus, ut Aui. neq; hæc febres consueuerunt esse multæ caliditatis: & propterea exterius quiete

apparent; & si intus conturbent. & hic aduerte, quod quandoq; hæc febris interficit sua uenositate plusquā putredine sua; ut secunda, aut arteria die, in quo casu pulsus non multum uariatur à seipso sano propter non induci necessitatē à qualitate manifesta, quia à caliditate. vñ princeps. & quandoq; est de his febribus; quia in pestilentialibus, in qua non percipit æger, neq; tangens propinquus multitudinem caloris, & non alteratur pulsus, & urina magna alteratione: & cum hoc ipsa est interficiens uelociter. & dicitur quandoq; quia quando non est merito putrefactionis humiditatum, ad quam sequitur ebullitio notabilis; sed magis putrefactionis uenosoq; aeris; tunc pulsus sic non mutatur; quia scilicet fiet magnus uelox &c. sed benè mutatur quo ad differentias consequentes debilitatem uirtutis: quia scilicet fit paruus, & inordinatus, & debilis. considera.

## De pulsu feb. apostematum. Rub. 33.

**E**T TANTVM pro nunc dicatur cum de ipso infra magis; quia de pulsu apostematū: & cū principe. Et pulsus quidē in feb. apostematum intrinsecorū est pulsus febriū putredinis; quia paruus in principio propter suffocationē caloris à materia, quæ mouetur uelociter: cōstrictionis; quia systolis ut in putridis dicebatur. apud statū; quia. s. tempus expulsionis fumorum capinosorum: deinde magnificatur sic uigorata uirtute ob expulsionem malorum fumorū eam prius opprimentium: fit & uelox, & spissus secundum membrū, & materia: quoniam apate existente in mēbro carnoso, uenoso, & arterioso: & materia fit sanguinea, fit spissus, maior, uelocior, & frequentior. contra uerò si fuerit in mēbro frigido, & materia frigida fuerit, ut infra, eritq; alterius, & alterius speciei secundum quod in alio, & alio mēbro erit: ut, quod si fiat apate in mēbro panniculoso; fiet pulsus ferrinus: si in carnoso, mollis. & sicut de aliis. & tu considera etiā ex dicendis.

## De pulsu feb. compositarum. Rub. 34.

**S**EN, quia infinitis modis quasi contingit naturas febrium adiuuicem cōiungit hic particularis sermo de pulsibus eorum benè haberi non potest. sed hic unū uerbaliter dicā, quod quemadmodum signa alia de ipsis habentur per compositionem ipsorum: ita & pulsus notitia habetur per coniunctionem differentiarum pulsus.

## De pulsu hemitritæ ueri, &amp; non ueri. Rub. 35.

**D**IXIT AVICEN. Pulsus in hemitritæo fit minoris magnitudinis: uelocitatis: frequentia, quàm pulsus tertianæ puræ, & contra fit minoris tarditatis, paruitatis, & raritatis, quàm in phlegmatica; nam cholera caliditas iuuat ad magnitudinē plus, quàm in phlegmatica pura, uel simplici. & frigiditas phlegmatis de necessitate remittit, ut minor fit, quàm in cholera pura. unde in. 2. de differentiis. Cholera dominante pulsus est uelocior: sed phlegmate dominante subdominant signa cholera ex pulsu sumpta: ut. v. g. dominante phlegmate systoles est maior propter multam plenitudinem fumorum eiciendorum, ut proprie in pulsu cum materia phlegmatica in uero hemitritæo ad intra uenas claudatur, & cholera dominante pulsus fit uelocior & absolute fit in eo pulsus uehementioris paruitatis, & tarditatis, quàm in non uero, in quo scilicet putrescit ad intra uenas cholera, & extra phlegma. ex his habetur, qualis est pulsus non ueri. assignare autem omnium compositionum differentias pulsus nedū difficile: sed mihi uisum est superfluum quoddam, & ueluti impossibile: nam de his cōpositionibus non habemus nisi pauca nomina. & ideò uolo, ut de his hæc quæ sic dicta sunt à nobis in præsentiarum sufficiant sperans ex habitis de simplicibus supra in cognitionem compositorum faciliter perueniri posse.

## De pulsu in particularibus morbis contingenti. Rub. 36.

**C**AUSAE PULSUS tres sunt contentiæ. s. uirtus, necessitas, & instrumentum: in quarum altera cum læsio accidit, in pulsu quo ad suas diuersas uariatio contingit: uirtus nāq; fortis aliis paribus pulsum fortem, & magnum

gnum facit. cum uerò læditur, & debilis fit; debilem, & paruum. consimiliter necessitas aucta pulsum facit fortem saltem accidentaliter, ut supra de pulsu forti; similiter & magnum: diminuta uerò contrarias operatur differentias. sicque suo operatur modo instrumentum, cum in eo accidit læsio, ut inde fiat inobediens: nam obedientia est causa magnitudinis, & inobediens uelocitatis, & paruitatis, cum uirtus propter eius inobedientiam, ut propter duritiem eius, & huiusmodi magnitudinem facere non poterit. quare oportet, ut loco magnitudinis eo sic læso paruitate cum uelocitate utatur, sicut apparet in exemplo de portatore supra posito, qui frequentat in portando pondus; cum in una uice magnum ferre non possit. & prosequens de uirtute dicendum uirtutem multipliciter lædi posse, cuius læsionē tactor principaliter considerare habet: aut enim læditur per uiam aggrauationis, suffocationis, & oppressionis, ut in principio febrium phlegmaticarum à multa materia pendentium, aut maturato apostemate tali: aut læditur per uiam malæ complexionis calidæ calorem resoluentis, ut in morbis accidit incensius: aut à mala complexione frigida spiritum extinguente: aut mala complexione, siue uenenosa, siue non, quomodolibet calorem imminuente. in quibus omnibus quantitatem materiæ, locum, & membrum, in quo est, considerare oportet, ut infra; quoniam plus, & minus in suis differentiis pulsus uariatur: nam, si materia multa fuerit, & in loco cordi propinquo, ut in causone; plus lædit uirtutem, quam maior quantitas talis materiæ in loco remoto: consimiliter materia lædens, si in membro fuerit principali, ut in cerebro; plus uirtutem lædit, quam si in brachio fuerit, aut in membro alio non principali. & cum breuis sit & efficax per exemplum doctrinæ; idè antequam ad alia procedam; de his exempla ponam, per quæ & tactor in similibus pulsus differentias comprehendere poterit. & initium faciam de his, quæ uirtutem debilitant per uiam dissolutionis, siue resolutionis: de quorum numero dolor est, qui uirtutem maximè dissoluit, ut secunda primi de causis, quæ proueniunt ex dolore. & prosequens primò de dolore dico quòd dolor in principio sui humores commouet, & spiritus, & calorem inflammat, sic ipsis concurrentibus ad unum, ut dolori resistent, & ipsum refrigent: & sic in principio caliditatem excitat, & necessitatem euentandi adducit. quare, cum uirtus adhuc fortis sit, & nondum resoluta; sic pulsum in principio sui magnificat, uelocitat, & frequentat. cum uerò dolor procedit, in cuius processu debilitatur, & resoluatur uirtus; perditur, ut supra magnitudo, & uelocitas, & acquiruntur paruitas, & spissitudo. quòd si perseverauerit, ut uirtutem multum resoluat; fiet inde pulsus uermiculolus, & formicans. quòd si non cessabit; sequetur raritas maxima, postquam mortem expectabis infirmi. & in his gradus esse aut interuenire credatur. propter quod impossibile quasi foret sic de eo omnia particularia particulariter loqui: sufficiat. n. q. generalia sic dicantur. propter quæ ad particularia deuenire poterit.

Sic suo dicatur modo de omni causa tali, ut si cui superueniret caliditas accidentaliter perseverans, pariformiter dicendo suo modo, quia per contrarium de causa frigida extinguente, quoniam ipsa in primo occurso uirtutem debilitando, humores congelando, siue infrigidando: & sic necessitatem minuendo, pulsum paruum debilem, & tardum efficiet, procedensq; pulsum minorem, & tardiozem, & rariorem operabitur. quòd si ultra processerit; ad tarditatem, & raritatem peruenit pulsus, cui & mors succedet in ultimo, qui pulsus maximè inuenitur in illis, in quibus calor extinguitur à re præter naturam frigida uenenosa; ut in his, qui opium, aut hyoscyamum in quantitate assumpserunt: in quibus præter has accidit diuersitas, ut supra de pulsu pestilentiali. consimiliter in læsis à mala complexione frigida non uenenosa contingit. quare, &c. & tactor semper de his attentus sit. & hic bene timetur.

De causa autem materiali uirtutem opprimente, & suffocante sic dicatur: quoniam omnis talis est aut apostemosa, aut non apostemosa. quò autem non apostemosa uirtutem grauet, ex cuius quantitate proueniunt pulsus duri, iam dictum est in de pulsibus febrium humoralium, quæ si à tactore rectè

A considerabuntur, in differentiarum pulsus notitiam, quæ ob materiam uenire consueuerunt, facile perueniet. reliquum ergo est, ut de apostemosa grauante exempla ponamus. Apostemata autem in duplici reperiuntur differentia: eorum quidem alia calida, alia uerò frigida.

Et calida primò expediemus, quia potèntiora; de quibus cum Auer. 4. colli. sic scribemus. Eorum pulsus tenfi sunt parui, ueloces, & frequetes, uarii cum uarietate, ferrini. tenfo quidè fit pp materiã organũ extendentẽ. paruitas pp inobediẽtiam instrumenti, duritiẽ, & asperitatem eius cõsequentẽ. uelocitas, & spissitudo pp recõpensationem magnitudinis quã amisit. ferrinitas autem; quia organum extensioni inobediens factum est, & inæqualiter partes extendunt, ut una alteri resistat. pp quod motui ferræ assimilatur. q. si fuerit calidum cholericum; pulsus erit frequentior in cholericis, q. in sanguineo pp fortitudinem caloris, & magis ad ferrinitatem declinans cum siccitate cholerae membrum, siue instrumentum magis indurabitur. & hanc diuersitatem in pulsu in suis differentiis ex apostemate calido saniente reperiri creditur, nisi contraoperantia ex parte humiditatis aliunde contingeret pulsum mollè reddentis. & scito, quòd, cum in principio pulsus est ferrinus facta saniatione, quia materia in saniam conuersa; pulsus efficitur undosus propter consequentem humiditatem, & leuitatem à uaporibus non multum mordacibus, sed humectantibus, & tunc minuitur uelocitas, & spissitudo propter calorem accidentalem sic quietari, & minui propter diminutionem materiæ, & eius maturacionem. unde. 2. apher. Circa generationem sanie febres, & dolores magis accidunt, quam facta sanie. quòd si materia saniosa mala foret, & illaudabilis; tunc sic necessitate magis aucta accidentia fierent leuiores, & pulsus fieret uelocior, & spissior. quare considera tactor &c.

Phlegmaticorum uerò pulsus paruus est, & rarus: paruus quidè pp debilitatem uirtutis, & rarus pp augmentum frigiditatis. q. si pulsus tenfus erit, hoc ex humiditate continget, & ferrinitate carebit. pp quod concludit pulsum in pleuresi phlegmatica non oïno sitem esse pulsu pleuresis cholericæ & hic cadit perscrutatio, an in phlegmatica pleuresi sit ferrinitas in pulsu, quæ ponit, ut signum essentialia pleuresis. consideranda. sed est aduertendum, q. licet cõter in apostematibus cõtingit pulsum in suis differentiis mutari. et quia febrem inducunt, & sic pulsus uelocitatem multo plus: non tñ in apatis frigidis hoc necessariò euenit: quoniam contingit materiam apatis esse multum frigidam, aut paucam, aut eẽ in membro exteriori à corde multum remoto: & si in corde sit; mutationem nõ faciunt: tñ mutationem in membro, in quo sunt, operant, pulsum ipsius membri mutando ob forte dolorẽ, quo color, & spiritus membri inflamatur. q. si apostema molle fuerit; pulsum causabit undosum. q. si cum hoc frigidum ualde fuerit; pulsum faciet tardum, & rarum: si uerò durum; ferrinum. sed pro his consideretur textus Aui. 1. tertii de signis lethargiæ in principio: inquit. Necessaria est febris in omni apostemate facto ab humore putrefacto: uerum in lethargia est febris læta: quoniam materia est phlegmatica. & idè pulsus sunt parui, & debiles: tardi, & rari tandem in principio. q. cum putrefit materia magnificant, & uelocitatem, & frequentant. sed, quia in Katabito materia est calida cholericæ, aut sanguinea cholericæ, aut adusta; hinc pulsus sunt uelociiores, & frequentiores & licet magnificent: non tñ multum pp inobedientiam instrumenti, & maximè in uera materia sic paniculum cerebri occupante, propter quod arteria extenditur, & induratur, & pulsus ad ferrinitatem declinat: q. concurrat uirtutis debilitas. dicitur quã ad ferrinitatem declinat; quoniam non absoluitur ab undositate, maximè quando est à sanguine cholericis: sed hoc præcipue facit humiditas cerebri, & quoniam in membro tali: quoniam accidit, ut pulsus sit spasmosus, & spasmum nunciat, de quo infra.

Melancholicorum pulsus durus est, & asper propter humoris siccitatem: & est tardus, & rarus, & ad ferrinitatem manifestè declinat, & cum his est occultus. aduertendum tamen est, quòd aliquando potest esse contraoperantia ex parte humiditatis rara, ut ferrinus pulsus inde non fiat, dico èt in cholericis. & idè aduertat tactor. unde ut supra, quoniam sanietur apostema; pulsus conuertit de ferrino ad undosum



propter humiditatem, & lenitatem, quæ ipsum consequuntur: nam remotis uaporibus mordacibus, & febre, quæ in principio saniationis aderant, instrumentum aliquo modo remollitur. unde consequitur undosus, & maxime quia sic iam paucificata materia, instrumenti tensio iam minuitur, & uelocitas minuitur, & spissitudo aliquo modo diminuta necessitate: & hoc nisi sanies mala, & illaudabilis fuerit, ut dictum est. molle uerò apostema pulsum molle reddit, & undosum.

Variantur pulsus in suis differentiis temporum apostematis uarietate: nam in eius principio, & augmento fiunt pulsus, ut supra de calido, & frigido. & quoniam accidentia in statu augmentantur, & uirtus debilitatur; sic fit eo in tempore augmentum in uelocitate, & spissitudine. quòd, si status prolongabitur, uelocitas destruetur, & augetur spissitudo, & fiet formicans, sic in uirtute debilitata amplius procedente: nam in statu uirtus debilitatur propter conamen ipsius contra materiam morbi; & quia eo tempore maxime est à materia uirtus oppressa. in declinatione uerò; quia materia minuitur, & exitura operatur, & sic exonerata natura pulsus fortis fiet, & sic cessabit tremor, & intelligatur de temporibus, quo ad accidentia. ex quibus collige, & si similitudinem habent apostemata omnia quo ad ea, quæ dicta sunt: tamen aliis paribus semper maior, & notabilior fit mutatio in calido, quam in frigido. & hoc unum præcipuum attendatur, quòd in apostematibus, à quibus febres ueniunt, accidit pulsus mutatio secundum mutationem febris propriam: in reliquis uerò secundum materiam propriam essentiam. mutatur etiam ab eis pulsus sui quantitate: quoniam magnum cæteris paribus facit differentias maiores; ut in principio multa existente materia apostemata magis uirtutem suffocante opprimente pulsus minores, & debiliores proueniunt, ubi si minor fuerit quantitas, minus parui fiet. uariantur quoque uariatione membri, in quo fiunt: ut si contingat ipsum fieri in membro paniculoso neruoso, ut in pleura; tunc sic extensa arteria, & indurata pulsus perueniet durus, & inæqualis, & communiter ferrinus. quod, si in membro humido fuerit, ut in pulmone: ut uerbi gratia, in peripneumonia; tunc pulsus fiet mollis, & undosus, fietque tremulus propter communitatem habitam cum corde: nam ei cor compatiens pulsum tremulum causabit: erit tamè magnus propter necessitatem auctam, & obedientiam instrumenti, uelox, & frequens. pariformiter, si in cerebro fuerit, fueritque calidum, uel frigidum; inde tales proueniunt pulsus, de quibus paulò antè. item apostema calidum hepatis sanguineum pulsum causat mollem, undosum, magnum, uelocem, & frequentem, ut. 14. tertii. quod, si fuerit cholericum, siccitate cholerae erit minus mollis, & respectu illius, & similis ferrino, & uehementioris frequentia, & uelocitatis. in frigido autem, est lenitas pulsus, paruitas propter debilitatè uirtutis, & minoratur uelocitas, & frequentia ad minorationem necessitatis, quod si calidum fuerit, debilitatur uirtus, ut dictum est, sic à materia apostematis grauata: sed frequentabitur, ut succurrant necessitati, cui magnitudine, & necessitate satisfacere non potest. & propterea ab Auic. apostema tale actuale appellatur ad similitudinem eius, qui parui, & frequenter mingit: etiam quia ad ipsum modicus, & frequens consequitur mictus. apostema uerò renum facit pulsum consimiliter paruam: non tamen ita paruam propter uirtutem in eo minus debilitari, quam in eo, quod est in hepate, facitque frequentem. quamobrem Auic. eum appellauit stranguriantem; quia similem stranguriae, quæ est guttatim urinæ emissio. dicit tamè Auic. 16. tertii de signis apostematis calidi renum, quod pulsus eius non habet minorationem in inceptione reliquarum febrium paroxysmorum suæ febris quæ habet in inceptione reliquarum feb. & tu considera. ubi uerò a partibus fuerit in membris multi sensus, ut sunt os stomachi, & diaphragma; tunc faciet pulsum spasmosum, & syncopizantem, quoniam ad tale sequitur pulsum spasmati, uel syncopizati; eo quod est ualde debilis, ut sunt in spasmo, & syncopizati itaque tactor membri nobilitatem amplectitur, materiam peccantis quantitatem, locum, & membrorum compositionem quæ ipsi instrumento deseruit. præterea accipiatur, quod sicut qualitates actiue ipsi necessitati deseruiunt, quia caliditas, & frigiditas, ita & passiuæ instrumentum duæ præparant,

E & indisponunt, ut inde ex eis reddatur obedientia, & inobedientia, durus. scilicet & mollis. quare accidit in eo serenitas, undositas, & diuersitas, ut supra sæpe exemplificatum est, quæ omnes differentia maiores, & minores habentur, ut maiori, aut minori cum his communicatione se habente. quæ res de actiuis necessitatis intelligenda est. unde absolute, ut supra, deducto impedimento caliditas maior, pulsus maiores & minor minores facit, sicque uelociore, & frequentiores. contra de frigiditate dicatur, quæ ita necessitate minuit, sicut caliditas adauget. quare tactor in his prius bene speculetur, si differentias pulsum diligenter habere uoluerit, ut per ea facilius ad ægritudinis notitiam, cæterarumque dispositionum pulsu agnoscibilem perueniat, & ad ueritatè, quam nobis semper aperire dignetur Iesus Christus dominus noster, qui solus uia, lux, & ueritas est ad illuminanda mortalium corda, cui pro cæteris bonis à me actis semper gratias ago: & si non quas debeo, saltem quas possum porri go, quas misericorditer suscipere dignetur, semper ad laudem eius.

F *De significationibus, & prognosticis à pulsu sumptis. Capi. ultimum.*

G **C**UM per pulsum significare uoluerimus: primò attendas, si masculus est, aut foemina, id est, sexum, & atate; deinde complexionem, habitudinem, tempus, anni, regionem, & si foemina prægnans sit; etiam impregnatione & ex his coniecturabis, qualis debet esse pulsus naturalis ægrotantis ex his, quæ præcesserunt, comprehendesque quantum hic præternaturalis à suo distet naturali. quod si ante infirmitatem sollicitus fuisti de naturali, ut supra, adhuc de eo euidentius significabis. posteaque situm corporis considerabis ægrotantis, quem postergare non debes: quoniam in uaria figura iacendi uariatur & pulsus, ut uerbi gratia, si supra sinistrum brachium iacuerit: cum sic accidat compressio, ex tali compressione fit ad ipsum concursus sanguinis, & aliorum humorum, & spiritus. unde accidit pulsus occultatio, quare ne decipiaris, brachium tanges oppositum, & si in ueneris ipsum eleuatum, & fortem, scias occultationem, & debilitatem illius brachii ex compressione procedere. tertio uide, & attende, ne ex causa intrinseca occurrente sis deceptus in de eo significando. natura quandoque ex gaudio, & tristitia, causaue alia fit in pulsu mutatio, quæ sic ex nisi cognita, & inuestigata re non comprehenditur: nam, cum filius quidam ægrotaret, amore ancillæ patris nimium captus, hæsitareturque, qualis hæc foret ægritudo, à medico experto notificata est: nam, cum digitis pulsum tangeret, neque eum diuersum inueniret, statim cum ancilla cameram ingressa est, mutatus est pulsus ad magnitudinem, & uelocitatem ex gaudio ipso sic continue tangente. quod cum comprehendisset; de amore statim suspicatus est, remque notauit: deinde secrete ordinauit, ut sic ancilla cameram ingrederetur secunda in uisitatione: sicque factum est, & compertum est, ut amore ancillæ langueret, cuius cura fuit coniunctio maris cum foemella.

H Post hæc ad significationes ipsius ueniendum. cuius uides parem inæqualem pulsum in lateribus; signum, quod causa est utrunque; latus capiens, siue totum; quod, si comprehendes in altero tantum maiorem inæqualitatem; tunc in eo latere causam situari scias. quod, si primò inæqualitas maior in brachio dextro comprehendetur, propter quam iudicabis causam in latere dextro collocari: deinde continget, quòd inæqualitas maior in brachio sinistro comprehendatur: tunc scias ægritudinem permutari ad membrum nobile, destruitur ægrotans. id est, moritur. & tu bene considera. pulsus æqualis, & fortis, ut in lib. de phlebotomia semper significat fortitudinem uirtutis, & abundantiam spiritus impellentis in arteriam, & obedientiam instrumenti cum quadam mollitie, uel temperamento inter durum, & molle. pulsus uerò magnus præternaturam cum aduenit habet pulsum parum in sanitate, uel mediocrem inter magnum, & parum, sicut feruorem, & distemperatiam febrilem potest significare, & corporis labore uel iræ impetuositatem, uel calorem corpori extrinsecus aduenientem, aut coitus concussionem, & similia. & ideo tactor

facto complexionem cordis, & totius primò benè confide-  
ret. & pulsus altus, siue eleuatus significat significatione ma-  
gni, sed non ita intense; & hoc siue sit naturaliter, talis. consi-  
militer pulsus significat longus: cum eo enim est spirituum  
abundantia in longitudine arteriæ porrectorum. idem pul-  
sus latus, & cum hoc significat abundantiam humiditatis in  
corpore uirtutem grauantis. pulsus autem depressus occul-  
tus secundum naturam uirtutis debilitatem denunciat, &  
præ duritie instrumenti inobedientiam ad dilatandum, &  
eleuandum: ipse enim ut plurimum est durus. quòd, si præter  
naturam talis fuerit; defectum spiritus, & caloris innati o-  
stendit. & curtus secundum naturam paucitatem spiritus, &  
caloris naturalis circa cor manifestat, & membrorum im-  
becillitatem. sed curtus præter naturam, si curtitatem con-  
tinuabit, & in longitudinem non egredietur; defectum spi-  
rituum, & uirtutis significabit: si autem non cõtinuabit; sed  
statim regredietur in longitudinem; naturam conflictam, &  
se contrahentem, ut uires suas reassumat, & contra morbũ  
deinceps operetur; nunciabit. subtilis uerò secundum natu-  
ram cordis siccitatem significat, & arteriarum: & talis præ-  
ter naturam apparens in febribus acutis est signum pessimũ  
significans magnum spirituum defectum. pulsus paruus  
significat è contrario pulsui magno. pulsus quoque for-  
tis significat spirituum abundantiam, instrumenti obedi-  
entiam, & ex consequenti uirtutem fortem: debilis uerò con-  
trà. uelox secundum naturam significat dominium calidita-  
tis, abundantiam spirituum, & instrumenti obedi-  
entiam: sed præter naturam talis incensionem caloris innaturalis si-  
gnificat: tardus è contrario. spissus uerò necessitatem attra-  
ctionis aeris multi significat, & uirtutis debilitatem, quæ  
non potest magnificare, nec pulsus uelocitate, ut sic una ac-  
tractione possit satisfacere. quare, cum pluribus recompen-  
sat, & rarus significat è contrario. dixit Constanti. rarus sit,  
aut calore debili, & uirtute forti: sed locutus est in sanis fri-  
gidæ complexionis, qui ex paucitate caloris modica egeno  
refrigeratione. & uirtus eorum, quia sana fortis existit suf-  
ficiens in una attractione aeris quantitatem necessariam at-  
trahere. & hanc nota expositionem, quæ tibi forte in pluri-  
bus adiumento erit. dicunt quidam, si in acuta, & continua  
febre pulsus existente magno, ueloci, & frequente, nulla fa-  
cta deliberatione febris, pulsus subito rarus fiat sine patien-  
tis alleuiatione; mortem significabit: quia ex hoc compre-  
hendetur uirtutem in ultimo debilitari. pulsus durus, natu-  
ralis siccitatem cordis, & arteriarum significat naturali sic-  
citate uasa tendente. durus uerò præter naturam cum flu-  
xum humorum denotat sanguineorum, & cholericorum in  
membra neruosa subintrantium, & apostema generantium.  
unde causatur tensio in neruis, & arteriis, & uenis: quorum  
tensione pulsus durus causatur, & cum hoc debilis, spissus,  
paruus, & uelox. paruus est ex inobedientia instrumenti:  
debilis ex uirtute non potente dilatare. uelox, & spissus, ut  
satisfaciat necessitati: & est inordinatus ex angustia, & affli-  
ctione uirtutis. quare non potest ordinem seruare: sed modo  
minus, modò plus dilatat secundum, quòd æstuatio maior  
est, & minor. & scias, quòd in pleuresi, & in aliis apostema-  
tibus panniculorum pulsus uariantur secundum uaria tem-  
pora apostematis: nam in principio est minus durus, minus  
debilis, & minus inordinatus, minus uelox. & frequens, &  
est minor, eo quòd in principio apostema est adhuc paruũ,  
& paruam facit partium tensionem, & uirtus pro tunc est  
satis fortis. unde potest tunc magnificare arteriam, & me-  
lius dilatare, & ordinatius procedere. in augmento uerò,  
& statu, quia repletio augetur, & apostema magnificatur,  
durities augetur: & similiter debilitas, & paruitas, & inor-  
dinatio: & augetur uelocitas, & spissitudo aucto calore. in  
declinatione uerò pulsus paulatim redit ad dispositionem  
naturalem. quòd, si apostema induratur addita constipatio-  
ne corporis arteriæ; pulsus fit durior, & subtilior. & occul-  
tatur: quia arteria est ad dilatandum magis inobediens: sed  
est minus uelox, & frequens diminuto calore. & si pulsus  
perseuerat durus post resolutionem materiæ; periculum si-  
gnificat, quia significat indurationem, quæ ad dissoluendum  
est difficilis: & sic significat morbi longitudinem, & uirtu-  
tis defectionem. dicitur, quòd magna durities in pulsu in

**A** pleuresi est periculosa, quia significat pleuresim fore de cho-  
lera, quæ mobilis est, & furiosa, multum molestant uirtutem:  
uel significat ariditatem, uel exiccationem materiæ, & sic  
eius difficilem resolutionem. unde proculdubio prolonga-  
bitur, & uirtus opprimetur, & suffocabitur. quare pericu-  
lum est, ne succumbat. & scias, quòd in phrenesi non fit pul-  
sus ita durus, nec ita inordinatus, & fit fortior, quàm in ple-  
uresi. & ideo sunt ad motiones phrenitici fortiores, quàm  
pleuritici. pulsus autem mollis secundum naturam signifi-  
cat humiditatem cordis, & mollitiem corporis arteriæ, &  
complexionem humidam totius corporis. sed pulsus mol-  
lis præter naturam significat humiditates corporis dissolui,  
quæ membra, & arterias remolliunt, & relaxant, & signifi-  
cat & c. quòd apostema maximè phlegmaticum in membris  
carnosis, & humidis ortum est, sicut peripneumonia, & le-  
thargia: & de his in præcedenti capitulo. pulsus quoque ple-  
nus significat abundantiam sanguinis; & spiritus in uentri-  
culis cordis, & arteriis: & est hic pulsus lat<sup>9</sup>, repletio enim  
ad pulsum latitudinem facit. è contrario pulsus uacuus signi-  
ficat sanguinis, & spiritus carentiam in corde, & arteriis:  
**B** quare, cum ampliatur digiti super arteriam; arteria cedit  
compressioni, & nulla humiditas interior conclusa super-  
abundat: sed statim pulsus propter inanitionem sui organi  
euanescit. & pulsus quidem uacuus si est cum caliditate, si-  
gnificat hecticam, uel synthexin: & si cū frigiditate; caloris  
extinctionem significat. pulsus calidus membrorum calidi-  
tatem arteriis circumstantium significat, & ipsarum arteria-  
rum distemperantiam in caliditate, spirituum, & humorum  
in ipsis arteriis contentorum. & pulsus quidem calidus aut  
est calidus ex sanguine, aut ex cholera, aut ex caliditate in-  
serta membris calefaciente, & si ex sanguine; pulsus erit cū  
mollitie, & mediocritate inter magnum, & paruũ, & in-  
ter uelocem, & tardum, & inter rarum, & spissum, & erit  
plenus ex uaporum ascensione replentium. si uerò ex chole-  
ra; erit durus, & gracilis, & frequens. & si ex calore inserto  
membris erit uacuus; hecticam, aut phthisim significabit.  
pulsus insuper calidus, aut continuè sentitur calidus, & si-  
gnificat febrem continuam, aut interpolatè, & significat in-  
**C** terpolatam. pulsus frigidus significat caloris naturalis ex-  
tinctionem, & mortificationem, & si hic continuus fuerit,  
& erit tunc iste pulsus uacuus, & sint alia signa deficientis  
uirtutis, dicunt medici, tunc fugiat medicus, & præsbyste-  
ros introducant. pulsus æqualis significat uirtutis fortitudi-  
nem. pulsus incidens significat uirtutem debilem fortifica-  
ri: & releuari, decidens uerò uirtutem superatam, & in pro-  
strationem tendentem. dicunt quidam, quòd pulsus, qui est  
longus, & latus, & qui est medius inter durum, & mollem,  
aut parumper declinans ad mollitiem; significat dominium  
sanguinis. pulsus uerò longus, & strictus, qui cum hoc erit  
uelox, & spissus attinens duritie; significat dominium cho-  
leræ. & pulsus curtus, & latus, paruus, rarus, & mollis signi-  
ficat dominium phlegmatis. pulsus curtus, & subtilis, tar-  
dus, & durus, significat dominium melancholiz: scire enim  
debes, quòd caliditas elongat, & frigidas decurtat, & hu-  
miditas dilatat, & ingrossat, & siccitas gracilitat, & coar-  
ctat. Inquit Aegidius.

Iuncta bona paritas, id est, æqualitas pulsus bona fit mala  
iuncta sinistro.

**D** Imparitas uerò reprobanda bona scilicet pulsus laudan-  
da sinistro.

Nam ubi propositis, quæ sunt fugienda duobus,

Elige mobilius, fuge, quod constantius extat.

& sic uoluit, quæ æqualitas pulsus, si est iuncta cum bonitate  
pulsus, bona est. si autem cum malitia, est mala, & è conuer-  
so inæqualitas: nam ipsa iuncta bono est mala, & iuncta ma-  
lo è bona. cauda scorricina tornatiua significat uirtutem resur-  
gere, finitiua uerò uirtutem cadere. puls<sup>9</sup> caprizas, si talis fue-  
rit fm naturam, duritiem significat instrumenti, & eius rebel-  
lionem ad motum, & uirtutis significat debilitatem nõ po-  
tentis arteriam mouere decenter. si uerò præter naturam  
fuerit; significatq; in causa morbi est diuersa dixta, & diuer-  
sa materia: & resolutio uaporis multa. dixit autè, quæ pulsus  
gazellin<sup>9</sup> cū debilitate uirtutis è malus. pulsus martellinus,  
ut Aui. est malus: & si talis fuerit fm naturam; significat do-

minium siccitatis in corde, & corpore, & si fuerit talis preternaturam; significat cordis succensionem, & humiditatis defectum. pulsus undosus est malus, ut Auic. & significat humiditatum superabundantiam, & humorum turbationem sudorem tamen futurum nunciat pulsus ferrinus, ut Auic. est malus, & significat uirtutis debilitatem in febribus acutis, & mortem. & hic considera propter pleuresim. pulsus ramosus significat materiam morbi esse diuersam. pulsus spasmodicus significat futurum. pulsus formicans, ut Auic. est malus, & ipse quidem uirtutem significat defectissimam & quasi ablatam: & est deterior uermiculoso. & si quidem uermiculoso definit in formicatem in feb. acuta ex consumptione humiditatum prouenit, & omnino de uita infirmi desperandum est. si tamen formicans regressum fecerit ad uermiculoso; mitius malum. dicit Gale. primo pulsum. Cum apponis digitos super arteriam, deinde eleuas eos, deinde iterum reapponis ipsos, & inuenis motum pulsus diminutum; hic status pulsus deficiens appellatur; quia uirtutem deficere significat. & cum apponis manum super arteriam, & inuenis motum manifestum, & quoties iterum reapponis, inuenis motum in diminutionem tendere, quousque totaliter cessat; hic status dicitur pulsus finitiuus: quia uita finire significat. dixit Auic. diuersitas, in qua est pulsus intersectio uehemens, & motus debilis: deinde succurrit uacuis fortis suo cursu non succurrente. i. non continuo, sed ex momento ad momentum, est mala ualde. & dixerunt quidam cum pulsus sinister est frequens, & dexter rarus, & illud est cum debilitate uirtutis; tunc illud est significatio mala. dicit quidam; cum pulsus unius brachii diuersificatur ab alio sic, quod unus est bonus, & alter est malus; tunc iudicium sumitur a bono: cuius oppositum dicunt esse de urina: nam, quando est aliquando mala, aliquando bona; tunc iudicium sumitur a mala. Gal. in. 14. pulsum. Pulsus debilis, paruus, & tardus, & hæc tres species cum perueniunt ad uitimum, sunt ualde timendæ: & harum domini sunt in continua dubitatione. & dicit, Debilitas in pulsu significat, quod ipsius causa est mala complexio cordis. ex quibus omnibus bene comprehendere potest quisque legens quantum notitia pulsus est practici necessaria, quantum uero ipsum faciliter in morborum notitiam ducat: quare omni studio, diligentiaque quisque, qui hac arte uti uult, omnia alia postponere magis debet: & his regulis attentius uigilare, quam in friuolis, ac phantasticis dubiis de pulsibus insudare. hæcque de pulsibus sic scripta sunt ad laudem gloriamque omnipotentis Dei patris, filii, spiritus sancti, qui sic me illuminare dignatus est, cui gratias, quas possum refero, ago & gratias doctoribus, qui ante me in materia hac scripserunt, Nicolaoque Florentino multas, qui in re ipsa sic confecta non mihi paruo fuit adiumento. Amen.

Explicit tractatus de pulsibus domini magistri  
Michaelis Sauonarolæ Patuini.

## DE VRINIS MICHAELIS SAVONAROLÆ

SYMMA INCIPIT.

De descriptione urine, et conditionibus in eius  
uisu attendendis. Cap. 1.



**V**RINA est aquositas superflua in uenis hepatis una cum massa sanguinea genita, ab eoque per uenas emulgentes ad renes transmissa: in quibus formam accipiens accidentalem, descendensque per poros uritides ad uesicam, per eam tandem ad extra propellitur, ut boni, aut mali sit significatiua. dicitur aquositas superflua: quoniam cum massa sanguinea in hepate generatur aquositas, quæ in duas sequitur partes. prima quidem, & utilis cum sanguine mittitur ad ipsum subtiliandum, ut per membra penetrare possit, de qua Auic. prima primi de humoribus in fine, neque est necessaria, nisi in nutrimenti attenuatione, & penetratione. secundum

**E**da uero tanquam superflua per uias urine euacuatur. unde Auic. de ipso sanguine allegata fen loquens ait. Cum autem extrahitur scilicet sanguis, & ordinate ponitur in uas; uisu discernitur, quod separatur in partem, quæ est sicut spuma, & est cholera rubea: & partem, quæ est sicut foex, & res turbida, & est melancholia: & partem, quæ est sicut ouorum albumen, & est phlegma: & partem aquosam, quæ est aquositas, cuius superfluitas urina euacuatur. aperto pilorone per duodenum primum intestinum ad ieiunium peruenit, ad quod terminatur quinq; uenæ meseraicæ à uena portæ ortæ, quæ dicta est uena concaua, siue lactea, quæ in concauo hepatis generatur, & tanquam à quinq; digitis manus trahitur illud subtile eius, & utile, quod est humorum generationi proportionatum: nam quod est ex eo terrestre, ad intestina descendit, ut in sequenti cap. disseminatur itaque deinde per uenas minutas ipsius uenæ portæ iam dictæ, orificiis quarum terminantur uenæ paruæ, & minutæ ortæ à uena caua, ortæ à gibbo hepatis. unde fit, quod chylus ipse per totam hepatis substantiam disseminatur iuxta seminationem ipsarum uenarum: & hoc ut melior, atque facilius fiat ab hepate digestio, prima primi de generatione humorum. cumque in istarum uenarum uillis diuiditur, fit, quare hepar totaliter tangat totalitatem huius chyli. & propter hoc est operatio eius tunc uehementior, & fortior, & uelocior: & tunc coquitur. ex quibus inferitur, quod massa sanguinea tam in concauo, quam in gibbo hepatis generatur; licet quidam tenuerint ipsam in gibbo hepatis perfectionem magis recipere, cum temperamentum gibbi sit melius eo, quod in concauo. & non prolixans, neque omnino omittens materiam, ut clarior particula reddatur descriptionis; ponuntur hæc conclusiones. Prima massa sanguinea tam in gibbo, quam in concauo generari potest utrobique. n. est uirtus hepatis sanguifica. secunda quod perfectius est temperamentum gibbi. tertia contingens est totum chylum in sanguinem in solo concauo transmutari. patet, ubi chylus sit pauca quantitas, facile passibilis, uirtute ente forti. quarta contingit contra in gibbo hepatis generari, & non in concauo, ubi casus ponatur contra. quinta quod semper plurimum fit utrobique digestio, licet prius in concauo, quam in gibbo incipiat. & quoniam hæc digestio non fit nisi mediante coctione in qua est aliquid ut spuma, aliquid ut hypostasis, aliquid superflue coctum habens de adusto, ut partes subtiles calidæ, aliquid diminute coctum, ut aquosæ: aliquid temperatæ coctum hinc est, quod in massa sanguinea hæc omnes comprehendunt partes: spuma. n. est cholera naturalis: residens nigrum in fundo est melancholia. quod autem est diminute coctum, & assimilatur albugini ouorum, est phlegma: rubeum uero remanens est sanguis. & quod est superflue coctum hinc de adusto, est cholera rubea mala, quæ cum aquositate superflua per uias urine ad extra mittitur, tanquam superflua. & hæc est cholera tingens urinam, & reddit eam salsam; cum ex mixtione partium aquosarum paucis, aut priuati saporis; cum partibus terreis adustis sicca complexio sapor salis causetur, ut prima primi de humoribus. & ideo dicta est urina, quasi urens, & desiccans, siue mordens & ideo lotio ex ea confert impetigini, & pustulis faciei. dicitur una &c. quoniam in tali decoctione fit separatio partium aquosarum à partibus, quæ receperunt decoctionem fortem, & ingrossationem, quæ fuere quatuor humores utiles. & ideo contingit eam eo tempore et generari: nam ipsa aquositas colat ab ipsis humoribus, ut serum à lacte in generatione casei per coagulationem, siue eius ingrossationem. unde Isaac. Urina est colamentum sanguinis, & aliorum humorum. & Aegidius.

Ut de lacte serum se limpidus eliquat humor;

Sic liquor urine de massa sanguinis exit.

Dicitur ab eo quod per uenas &c. ubi sciendum, quod à uena caua descendenti oriuntur duo rami uenarum uocatarum emulgentes ab emulgeo. ges: quia attrahentes: quorum unus tendit ad renem dextrum: alter uero ad sinistram, per quos in renes ipsos aquositas hæc superflua urina dicta descendit secum portans aliquid sanguinis, & unctuositatis ad renes ipsos nutriendos. unde Auic. prima primi de generatione humorum ad medium. Extrahitur ergo aquositas à sanguine in uenis, quæ ad renes descendunt, & fert secum sanguinem, qui ad renes nutriendos sua quantitate, & qualitate bonus existit: nutritque renes unctuositas huiusmodi sanguineitatis

An massa sanguinea in concauo iecoris generetur an in gibbo.

& aquositate. ubi nota, quod in renibus est colatorium, siue panniculus, per quem urina colatur, siue stillatur: & ipse est retinens sanguinem, & illud unctuositate, quod est proprius nutrimento necessarium, & missum: & iste pannus siue panniculus rarus est, siue uena emulgens rarefacta ad modum colatorii existens in concauo renis, & per has porositates potest urina transire: sanguis autem non colatur itaque urina, & distillat inferius ad orificium, cui continua tur porus uritides, qui descendit usque ad uesicam, per quem & urina ad eam. dicitur in quibus formam &c. nam formam substantialem recipit in hepate, in quo ipsa generatur, ut ceteri humores secundum medicos. in unoquoque, & eodem generatur loco iuuatium, & id, quod ab eo superfluit est. n. urina massae sanguineae superfluitas, & colamentum, ut Isaac supra. accidentale uero: quia apparentem in renibus recipit. unde Aegidius sui factus expositor. quauis urina substantiam, & choleram secundum habitum recipiat in hepate, in renibus tamen ipsam secundum sensum assumit: depuratur enim a sanguine, & unctuositate in renibus. & hoc est, quod dicit, quod completiue fit in renibus, & secundario. quare, cum medicus sit artifex euentus: potest dici formam urinae in renibus dari accidentalem, puta & manifestam: sicut foetui forma praestatur manifestationis, cum uterum egreditur. & hoc est, quod uoluit Aegidius, cum dicit, quod urina dicitur: quia in renibus fit: una, quoniam unitatem, hoc est, formam recipit accidentalem: forma. n. est, quae dat esse unum. & ideo declaratum est de poris uritidibus; quomodo per eas urina ad uesicam descendit. & uesica est receptaculum eius, per cuius collum ad uirgam, cui continuatur, & tandem per ipsam ad extra propellitur, ut notat experientia: in uirga. n. sunt tria foramina. unde Auic. xx. tertii. i. cap. in fine. Et in uirga sunt meatus tres. s. meatus urinae, & meatus spermatis, & meatus aquae. in medio autem stat canalis urinae omnibus maior, directe tendens in uesicam, ut notat experientia ex intromissionis candelae, aut syringae in eam. dicitur. ut boni &c. ut tangatur causa finalis, propter quam medicus principaliter de urina considerat, & ut est superfluitas de consideratione. & dicitur boni, ut sub termino comprehendatur sanitas praesens, uel futura, uel neutralitas conualescentiae. & dicitur mali, ut sub hoc uerbo comprehendatur aegritudo praesens, uel futura, uel neutralitas decidentiae, uel etiam mors futura. ex quo apparet, quare dicitur sanitatis, uel aegritudinis enunciatiua. & ex iam dictis possunt colligi causae quatuor ipsius urinae, s. materialis, formalis, efficiens, & finalis. materialis est aquositas in chylo reperta: & permaxime quae est ex potu, cum potus sit cibo humidior. efficiens uero est hepar, & principaliter secundum partem eius gibbosam; cum in eo fiat magis sequestratio urinae a massa sanguinea. & potest addi, quod renes sunt causa efficiens secundaria, cum in eis urina purgetur a sanguine, & unctuositate, ut supra. formalis uero est ipsa sua forma, quemadmodum & ceterorum, ut forma aquae, & cetera: licet positiue dicere possimus; ut merè praeteriti est formalis causa eius modus substantiae aquositate. finalis uero, & absolute, ut natura mundet corpus a tali superfluitate, & ut uesicam refoueat ex tali superfluitate, & ex stercorebus intestina. sed finalis priuata, siue specialis, & commodosa est illa, quae in descriptione est explicata. & ex istis potest comprehendere speculator, si urina est quid simplex, uel compositum. ex quibus omnibus infertur, quod significatio ab urina sumpta est principaliter de dispositione hepatis, & maxime gibbi eius enunciatiua secundo de dispositionibus uenarum: tertio & minus principaliter super porositates membrorum, & ex consequenti super membra. unde Aui. secunda primi de urinis. i. ca. Sci to etiam, quod prima significatio, quam urina habet, est ex significatione hepatis, & uenarum aquositate, & super dispositione uenarum, & eis mediantibus alias demonstrat aegritudines. firmior tamen eius significatio est illa significatio, quae de hepate existit, & proprie de gibbositate eius dispositione supra hepar, tanquam super causam suam; quia calor existens in igne: item super uenas, intelligendo uenas membrorum; quia a materia, quae est in uenis, deciditur pars aliqua, quae cum urina ad extra mittitur, tingens urinam, uel

A colorans: ut si fuerit cholera; redditur rubicundior: si phlegma, albius: & sic de aliis. nam dato, quod in hepate generetur urina: tamen propter aduentum materiae ex uenis membrorum uariorum color uariatur, & sic significat ex consequenti super membra, de quo infra de hypostasi. super uero uenas emulgentes, & ceteras uias urinales; quia in eis modicam trahit moram, & quia sunt pauci, & debilis calor.

Ex quibus infertur, quod iudicium sumptum ab urina, & specialiter de ceteris membris ab hepate, est non efficax. & ideo oportet alia signa magis considerare, ne facile ex urina quis decipiatur. circa quam etiam multi contingunt errores propter inobseruantiam conditionum considerandarum in eius inspectione, de quibus infra. ex quibus apparet quam faciles sunt medici nimium de iudicio sumpto ab urina confidentes: hi. n. comparandi sunt uulgaribus, qui existimant, nedum morbos in urina apparere: sed etiam primitiuas causas comprehendere posse, ut ille, qui de curru cecidit, medicum peritissimum calumniavit: quoniam boues, & currum in eius urina non comprehendisset. & quod haec uera sint; declaratur: nam iudicium urinae ex multis peruertitur causis. quare non efficax: primo quidem ex parte cibi quantitate, & qualitate sui. quantitate. n. multa opprimitur calor quare fit humorum frigidorum generatio, & inde urina alba, & discolorata. quantitate uero pauca; quia tunc accenditur calor, & inde transit pars multa in choleram urinam tingentem, & in iudicio uariantem: qualitate uero, cum per assumptionem cibi calidi inflammatur urina, & per assumptionem frigidorum remittitur in colore: ut ex potu multae aquae est uidere. item ex assumptione rei tingentis; ut est rhabarbarum, cassia fistula, alcanna, olera, almuri, uinum, quod non raro suo colore urinam coloret. Aui. 2. primi de urinis. i. cap. secundo ex parte motus: quoniam ex forti exercitio inflammantur spiritus, & humores, & specialiter subtile sanguinis; cum sit quid unctuosum, & ipsum in choleram conuertitur rubeam urinam tingens. & consimiliter fit inflammatio ex ieiunio, siue tolerantia famis, ira, rixae, & huiusmodi, quae apta sunt tingere. unde Aui. Haec omnia urinae tingunt secundum citrinitatem, aut rubedinem. & fames est ex eis, quae urinam uehementer tingunt. consimiliter quies superflua: nam per ipsam redditur corpus frigidum, & humidum. quare urina discoloratur. tertio ex parte assumptionis alicuius rei habentis euacuare materiam, quae per uias urinales expellit, cuius permixtione urinae color uariabitur: item quarto ex parte coitus habentis impinguare urinam. item ex parte aetatis, de quo in speciali magis. unde Aui. allegato cap. Amplius urinae puerorum significatio est parua, & specialiter infantium: propterea quod lacte utuntur, & quod materia tingens in eis est quiescens, & submersa. ex multis aliis causis facile uariatur uerum iudicium de urina, ut patebit statim. quare de ea sola non multum confidendum in iudicando: ut quidam. propter quod hoc sic ampliaui, ut appareat manifestus error. fuerunt tamen & nouiciis utilia in habendo uerisimile iudicium ex inspectione urinae oportet plura considerare praeter ea, quae nunc dicta sunt, quorum aliqua se tenent ex parte continentis, ut urinalis: quaedam ex parte contenti, ut urinae: quaedam ex parte loci: quaedam ex parte post eius mictum: quaedam ex parte temporis collectionis, & permanens eius in uesica: quaedam ex parte aegrotantis: quaedam ex parte sexus: quaedam ex parte constitutionis anni.

D Ex parte continentis: quoniam continens hoc est urinale, ut Aui. magnum, peruium, substantiam habens nitidam, sicut uitrum clarum, aut crystallus. magnum quidem, ut urina per ipsum sufficienter dispersa, qualis substantiae, & digestionis fuerit, debite cognoscatur, quod non contingit ipsa nimium constricta in paruo. peruium uero, ut species urinae debite protendi possint ad uisum, & ne eo colorato confundatur color urinae. debet esse rotundum in fundo, ne ex elevatione fundi ad superiora; ut est in cyathis, engastariis, & phyalis impediatur debita unio superfluitatis hypostasiue. ex quibus infertur, quod urinale debet esse crystallinum, aut uitri albi subtilis, & non grossae substantiae, ut communiter ob auaritiam, aut paupertatem fit: nam species uiridis uitri permixtae ueniente ad oculos cum speciebus urinae uari-

ant uerum iudicium de colore ipsius. similiter, si fuerit albu grossa substantia, non ita debite penetrant, sicut si esset subtile. unde de grossitie, & subtilitate non aequè benè iudicatur: & similiter neque de colore. unde sciendum, quòd, cum in grosso uitro aliis paribus plus sit de partibus igneis, quàm in subtili accidit, ut urina rubicundior, siue magis ignea uideatur. & ego pluries expertus sum: nam fundebà urinam ex urinali grosso albo in cyathum album subtile, & ipsa minus ignea ualde uidebatur in cyatho. & ideò sic agat practicus nouellus. ex quo infertur, quòd non rectè operantur, qui urinam corruptam reducant ad ignem, uel ad aquà calidam. debet esse nitidum mundum, & benè album.

Ex parte autem contenti, ut urinae sunt comparandae ad quatuor principia. scilicet color, substantia, quantitas, & contenta, de quibus infra suo ordine.

Ex parte loci, non debet uideri in loco, ubi penetrent radii solares, ne ex eis luminosior iudicetur. similiter non debet teneri sub radiis eius: quoniam perturbatur ex eis: calidius est segregare heterogeneum. unde de generatione: nã caliditas eorum impedit à dispositione hypostasis faciendo in eis perturbationem, ac quasi semiebullitionem. ex quo infertur, quòd urina non debet multum teneri apud ignem ex eisdem causis. debet itaque teneri, ut eius calor conseruetur; quia in loco, in quo aer sit quasi temperatus. consimiliter non teneatur in loco, in quo flat uentus, ne ex congelatione, seu destructione caloris naturalis fiat in ea corruptio: nam frequentissimè apparet in eis corruptio ob aeris frigiditatem remouentem uestigium caloris naturalis eius. sic tamen aliquando in ea corruptio: licet conseruetur benè ob plenitudinem humorum putrefactorum: urina namque est sicut elementum. elementa autem maximè resistunt putrefactioni. & ideò quae magis putrefactioni resistit, est minus sana: quia signum est, quòd ipsa est magis simplex. quia, cum ea sunt pauciores superfluitates expulsae, quae à natura cum ipsa expelli debent; hae tamen intelligi habent de corpore culpate sano: nam hic caderent difficultates de urina temperati, aut appropinquanti temperato &c. & si locus non fuerit luminosus, ut quia fuerit nox; habeatur candela accensa, & teneatur post urinale: & post eius uisionem debet uas leuiter conuassari, ut uideatur, si hypostasis leuiter descendit, aut ascendit: quoniam ex isto arguitur digestionem bonam: si uerò non leuiter &c. significat, quòd digestio non est bona. & quoniam aliquando hypostasis est multum subtilis ita, quòd benè non comprehenditur; hinc oportet ponere manum sub urinali, aut pannum nigrum, aut obscurum, ut comprehendatur.

Ex parte horae post eius mictum; quia, ut Auic. allegato cap. Et eius quidem dispositio, cum ilico mingitur, non est consideranda, neque, nisi postquam in urinali residet. ite non est consideranda, postquam multis permanserit horis: ut neque post horam. unde in hora prima, uel circa seruari uideatur posse calor in ea, & urinam fecisse hypostasim, circulum, spumam &c. & hoc communiter. & hoc intellexit Auic. dixit. quamuis ego dicam, quòd nec post horam unam. & est dictum longa experientia inuentum, ac quadam coniectura uerissimi firmatum: ipsa namque post horam, uel circa recipit alterationem ad intra, & ab extra. unde color mutatur, urina fit spissior, hypostasis dissoluitur; & sic de aliis. placuit tamen Isaac, ut uideri debeat in prima hora, & statim cum mingitur, ut comprehendatur si grossa &c. de quo infra & secunda, & tertia hora, ut eius uideatur mutatio. credo dictum magis ad artis curiositatem, & medicorum excusationem.

Ex parte temporis collectionis eius: quia, ut Auic. oportet, ut urina, quae consideratur, sit prima urina, quae in mane colligitur. scilicet quae sit post celebratam digestionem stomachi & hepatis, quae digestio post coenam completur in sex, septem, uel octo horis & tot ponuntur termini; quia in aliquibus citius, & in aliquibus tardius completur talis digestio: & ratione aetatis, ut pueri citius senibus, & huiusmodi tardius: & ratione uirtutis; ut fortiores debilibus &c. & dicitur prima: quoniam completa digestionem natura quaerit perfectam expulsionem: nam urina remanens post expulsionem primam longiorem contrahens moram à calido exic-

atur, & calescit. quare mutatur eius color debitus. & ideò dicebat Auic. Et non permaneat longo tempore. ex quibus apparet, quòd iudicium de urina matutina melius est iudicio urine diurnae. & causa est; quia melior in nocte celebratur digestio, nec ita alteratur exercitio, aut aliis curis, ut diurna. & hic maximè continet ueritatem communiter: quoniam non inconuenit meliorem digestionem fieri in die. considera. ex parte aegrotantis; quia oportet prius scire complexionem aegrotantis, ut consideretur, quantum distat haec urina à naturali, secundum hoc iudicare de lapsu paruo, uel magno. & ex parte sexus; quia masculi intensiorem habent urinam &c. ut infra. ex parte constitutionis; quia magis colorata debent esse aliis paribus in aetate. consideret itaque ille, qui de iudicio urine tantum confidit, & quot uarietibus decipi potest, quotq; necessariae sunt obseruantiae simul habendae, quae rarissimè in uisione urine reperiuntur. propter quòd rarissimè dicebat Auic. uix dispositionum significationum urine non oportet credere nisi postquam conditiones obseruatae fuerunt. & Rasis. 10. Alman. 3. cap. Attendenda sunt omnia haec prius, postea iudicandum. in quarum numeratione uariantur auctores: nam Auic. eas decem, & sex: Rasis uerò uiginti enumerauit: quae tamen comprehensae sunt in supra scriptis. tu tamen nota, quòd per hypostasim perfectius habetur iudicium: deinde per substantiam: consequenter per odorem, & colorem: deinde per quantitatem, ut ex dicendis apparebit. quare &c.

### De coloribus urine continens rubricas. 16. Cap. 10.

#### De coloribus urine in uniuersali, & de causis, & numero eorum, Rub. 11.

**E**T LICET pluribus modernorum placuerit prius de substantia, quam de coloribus urine determinare: tamen, quia color ipse prius sensui manifestatur, quam substantia, nec substantia comprehenditur nisi per colorem; hinc de colore agendum: nam & sic Dux noster Auic. proferebatur cum plurimis antiquorum.

**G** Substantia quidem, & si natura prior sit colore; absolute tamen color, ut causatur à qualitatibus actiuis, & colore humorum tingentium, qui cum urina commiscetur, est ipsa substantia tempore prior differentia.

Propter quòd sciendum, quòd colores urine causantur à qualitatibus actiuis per se: licet & quandoque per accidens causentur à passiuis, quibus magis attribuitur causatio modi substantiae urine. unde secundum intensionem, & remissionem caliditatis, & frigiditatis remittitur, aut intenditur color in urinis. calidi quidem est colorare: frigidi uerò discolorare. ex quo infertur, quòd calidi temperati est colorem temperatum per se producere, ut est color citrinus: de quo statim: humidi uerò est ingrossare: sicci uerò subliare. & dictum est per se: quoniam aliquando caliditas datur modum substantiae, ut quando caliditas est fortis, liquefaciens humiditates, & immiscet eas urine: & ita urina redditur spissa. similiter a passiuis datur color: ut quando cum urina commiscetur plurimum sanguinis, aut cholerae: & ita urina redditur colorata. ex quibus infertur, quòd urina dupliciter coloratur: uno modo per actionem calidi in eam: alio modo per commixtionem rei coloratae, ut dictum est, ex principiis uniuersalibus. aduertendum, quòd diaphaneitas, & opacitas sunt passiones elementares, & principia colorum extremorum; & extrema sunt principia colorum mediorum unde ex uaria commixtione diaphani cum opaco uarii inde proueniunt colores. haec suppono ex principiis. amplius supponendum, quòd, sicut datur medium generis; datur medium speciei, ad quòd caetera comparantur secundum eorum lapsus ab eo. ite in urinis datur color medius, & urina media. quo ad substantiam, de quo specialius infra, ad quem caeteri colores comparantur. & non solum debet fieri comparatio respectu medii speciei: sed etiam respectu proprii temperamenti, ad quòd comparantur lapsus praeternaturales: nam ad primum comparantur lapsus naturales: quo quidem extremi ponuntur colores, ut albus, & niger, & unus medius, qui nominatur citrinus. item hic est notandum, quòd

citrinus.

**C**itrinus capitur dupliciter: uno modo communiter, & sic omne zallum dicitur citrinum: aliquando proprie, & sic citrinus est color, qui est immediate supra palearem, & sic capiēdo species citrini communiter iste est color medius nō per equidistantiam: sed per interclusionem; quia est color urinę temperati, qui se habet, ut medium colorum, ad quem ceteri colores comparantur secundum recessum eorum ab eo. unde. 10. Alman. 3. cap. Tertius quoq; color est color citri, qui coloris temperiem in hepate demonstrat, qui neq; maior est, quā debeat, neq; minor. & expressit Cermisonus colorem rubeum inter extrema per æquidistantiam esse medium. & ut clarius intelligatur, quod dictum est; nota, quod tripliciter color citrinus reperitur: unus quidē, qui est proximus albedini pauca tinctura: & iste est palearis, ut infra: secundus est citrinus, qui est proximus huic temperato tinctura: & iste est citrinus, qui est metrum &c. & color urinę temperata. tertius est citrinus excedens secundum in citrinitate, qui est significans caliditatem supra temperamentū, & iste color citrinus est, qui metrum est, de quo Aui. 2. primi de coloribus inquit. omnes autem, qui sunt post citrinū, caliditatem significant. & dicitur citrinus; qui est similis color citri maturi, aut pomi citrini: nam urina temperata nō debet excedere ex parte coloris, neq; superfluitatem hypostaticam habere maximē in debite recto: quoniam superfluitatibus caret, &c. sed hæc bene in se habent dubia, quæ theoreticis relinquo. & de hoc infra de hypostasi. & antequam procedatur ad ponendum colores urinę, quibus significamus super humores tam naturales, quā non naturales; primū numerabuntur colores medii, & extremi cōmuniter ab autoribus, & practicantibus notati. in quorum numeratione plures diuersificati fuere. sed disputationes omittens inutiles eos numerabo, quos magis famosos semper intellexi.

Sunt namq; ex eis duo extremi, albus, & niger: suntq; medii: lacteus, glaucus, karopos subpallidus, palearis dictus citrinus primo modo citrinus, qui est metrum, ut supra, citrinus intensioris citrinitatis, qui est talis in tertio loco ut supra: flauus, rufus, citrangularis, igneus, croceus, rubeus, clarus, rubeus roseus, rubeus obscurus, rubeus puluerulentus, uiridis, phisticalis, æruginosus, indicus, irinus, porralis, liuidus. & sic albus habet gradus. ita niger ut niger, qui tendit ad zallum: niger, qui tendit ad obscurum, & niger, qui tendit ad uiride. & sic patet, quod omnes colores urinę notati medi scilicet cum extremis sunt. xxvi. & licet ita sit; tamen plures reperiuntur, uel plures reperiri possunt colores inter hos mediates, ut patet secundum intensum, & remissum: quorum numeratio esset nimium fastidiosa, & ad practicam nō multum necessaria: nam ex datis bene notis à medico pot ipse circa corpus humanum, & colorum notitia pariter bene, ac recte operari.

Albus dicitur, qui aquæ, niui, aut crystallo assimilatur. Lacteus uero, qui sero similis existit à primo parum distans.

Glaucus autem, qui cornu albo lucido, uel corneæ tunice oculorum huic cornu comparatur.

Charopos, qui cineritio coloris assimilat, uel quia uelle rum ad albedinem tendentium coloris comparatur. & in uulgari nostro dicitur beretin molto chiaro, siue color asini habentis pilos ad albedinem tendentes.

Subpallidus, qui iuri carniū semicoctarum similis existit.

Palearis, qui coloris paleę frumenti, ex qua extrahitur de nouo granum similatur. uel, ut Rasis decimo Alman. qui coloris aquæ in qua decoctæ sint paleæ. alii uero coloris paleæ hordei: sed primas expositiones magis laudo.

Citrinus, qui est paleari intensior assimilatus coloris citri, aut pomi citrini, ut supra.

Citrinus intensioris citrinitatis est, qui est intensior citrino, & est metrum, & assimilatur pomo arancii non ualde citrini.

Flauus, qui assimilatur coloris castanearum non bene maturarum: & dicitur castaneatus, & intelligitur de colore castanearum mundatarum à corticibus suis.

Rufus, qui est ualde citrinus tendens ad aliqualem albedinem; cuiusmodi est color cereali dulcis, & maturi: qualis

**A** color quandoq; reperitur in auro tendente ad rubedinem, quandoq; in pilis leonum, equorum &c.

Citrangularis, qui coloris citri tendentis ad rubedinem uel ualde rubei.

Igneus est color aquæ zafrani, siue crocei multū tinctæ.

Croceus est ultimus in citrinitatis intensione, qui capillis croci, siue zafrani similatur: & hic tendit ualde ad rubeū.

Postea est rubeus clarus, qui assimilatur rosæ rubeæ claræ ualde, ut est scarlata.

Rubeus roseus, qui assimilatur rosæ rubeæ, quæ est uerè rubea cum tendentia ad obscurum, & nō multum: cuiusmodi est color dictus cremisino. & dicitur uerè rubeæ propter albedinem, cui inest color rubeus: nam talis est color teporati corporis scilicet permixtus ex albo, & rubeo.

Rubeus obscurus est, qui assimilatur sanguini perfecto.

Rubeus puluerulentus est, qui assimilatur sanguini putrefacto extracto ex uena, quem alii chiano appellauerunt. & dictus est puluerulentus quia magis ad nigredinem pulueris, & grositiem tendit. unde uidetur sicut sanguis, cui commixtus est puluis.

**B** Viridis color, ut Auicenna sub se species habet, quemadmodum citrinus, & sunt numero .v. capiēdo species pro gradibus scilicet phisticalis, æruginosus, irinus, indicus, porralis. phisticalis, qui coloris phisticorum assimilatur de pte corticibus. æruginosus, qui ærugini grisei assimilatur, et est intensioris uiriditatis, quā phisticalis. irinus, qui coloris foliorum lilii dicti ireos, & hic est declinans ad blauium, ut patet. deinde Indicus, cuius color assimilatur indico: & hic ad intensiorem blauitatem declinat: deinde porralis, qui similis est succo foliorum porri.

Liuidus est color, qui remanet in mēbro, postquam fuit percussus, aut uestigio facto ex ductu plumbi super pergameno. color etiam lixiui non multum clari, nec multū spiffi dicitur etiam liuidus.

Ultimò est color niger sub se gradus, uel species habens, ut albus. & sunt niger tendens ad zallum, siue croceū, ut apparet in icteritia, & citrina, ut si commisceremus caliginē cum aqua. alius est niger intensa nigredine cum fulcitate sicut esset commixtio atramenti cum aqua. alius est niger, qui est niger participans uiriditate: ut si cum pauco liquore uiridi commisceremus indicum.

**C** Ex quibus apparet, quod colores principales sunt quinque scilicet albus, croceus, rubeus, uiridis, & niger: in quorum medio stat rubeus. & hoc est, quod pater noster Cermisonus dixit ipsum medium per equidistantiam obtinere. Sunt itaque in numero duo extrema, & tria media principalia: sed, cum ad particulares species, siue gradus notos accedimus; reperiuntur in numero xxvi. & scito, quod omnes colores ab albo usque ad citrinum, qui est metrum, significant dominiū frigiditatis: qui uerò sunt post eum usque ad uiridem, significant caliditatem: qui autem à uiridi usque ad nigredinem, secundum plurimum significant frigiditatem. & dicitur secundum plurimum; quia aliquando significat caliditatem, ut infra de colore uiridi, & nigro. scito etiam, quod de coloratione urinę disputatur, & quidam tenent, quod principalis causa est caliditas, & specialiter renum. quidam, quod color humoris, uel humorum, qui cum urina miscentur, qui eam tingit, & colorat: hæc tamen duæ causæ concurrunt, ut dictum est. & talem disputationem theoreticis relinquo. ego tamen plus adhæreo primis; quoniam ante aduentum urinę ad renes non coloratur aquositas, ut patet in phlebotomia, in qua uidetur aquositas non tincta: & si in eam egerit caliditas hepatis, & cordis. quidam tamen asseruerunt ipsam colorem in gibbo hepatis recipere. & sicut per ordinem declarati sunt colores, ita consequenter agendum est de significationibus ipsorum procedēdo pariformiter de ceteris generibus modo Aui. scilicet de quantitate substantię &c.

De albo colore urinę. Rub. 11.

**E**T, LICET de significationibus colorum, ut colores sunt, dictum sit: tamen initiū faciens de albo prius de eo sic in uniuersali dicā: deinde ad significationes particula-

Colorum generalis significatio.

Vrina nō coloratur antequam peru nias ad renes.

particulares consequenter descendam præmittēs, quòd de ipsis integraliter dici non potest, nisi commisceatur quòd que aliqua ex generalibus aliis sumpta; puta ex quantitate substantiæ, & ceteris, cum quibus clarior aut planior doctrina habebitur.

Alb<sup>o</sup> color  
capitur du-  
pliciter.

Color n. albus capitur dupliciter: primo modo, & largifimè, ut uulgus pro omni re tenui translucente quemadmodum crySTALLUM uirum ualde clarum, album dicimus: nam per hæc uisus penetrat ita, ut uisus uideat obiectum. inter quod, & ipsum uisum positum est uirum tanquam mediū, & propriè dicitur candens. secūdo modo capitur albū pro re uisus disgregatiua: per quā uisus non penetrat; sicut lac, pergamenum album, & huiusmodi. unde urina lactea haropos, & glauca hoc modo dicitur alba, & differt primus à secundo: quoniam translucētia arguit frigiditatem intensiorem, digestionis priuationem, quod de non secundo sic contingit. urina itaque alba, uel albedini attinens, ut est lactea glauca, aut haropos in substantia spissa, quantum est ex tali colore cum tali substantia, significat frigidam, & humidam complexionem corporis, & membrorum, siue cum humoris uitio, siue absque uitio humoris. significat ergo super phlegma tanquam effectus super causam, super uermes, & eorum materiam: super colicam, arthriticam, capitis dolorem, epilepsiam, paralysem, apoplexiam, spasmodum, super nau seam, indigestionem, destructionem appetitus. & uniuersaliter significat frigiditatem in nutritiuis.

Urina autem alba &c. ut supra in substantia tenuis, quantum est merito coloris, & substantiæ, significat frigidam, & siccam complexionem sine humoris, uel cum humoris uitio: nam frigiditatis est dealbare urinam: siccitatis uerò attenuare, ut supra. significat ergo super melancholiam tanquam effectus super causam, ut supra quartanam, retentionem hæmorrhoidum, lepram, oppilationem in splene, & huiusmodi.

Urina alba, quia aquosa, priuationem digestionis significat; si non fuerit oppilatio, aut materia habuerit raptum ad alia membra, ut caput: quemadmodum contingit in phrenesi, ut quarto aphor. commen. 72.

Alba, cuius albedo est mucillaginosa, significat multitudinem phlegmatis, & mucillaginosi, & crudi.

Alba, cuius albedo est unctiuosa, significat adipis eliquationem.

Alba, cuius albedo est similis albula, quæ est macula alba oculi, significat phlegmatis liquefactionem, quæ est, aut futura est, quòd, si est cum febre acuta; mortem; aut febrè acutam prognosticatur.

Alba, cuius albedo est similis albedini, quæ est in fungo cum tenuitate, & sanie, significat ulcerationem in instrumentis urinæ. quòd, si absq; sanie fuerit; significat materiam multam crudam, aut lapidem in uesica.

Alba, cuius albedo assimilatur spermati, significat crism apostematum phlegmaticorum, & laxitates interiorum, & ægritudines, quæ accidunt ex phlegmate uitreo: quòd, si fuerit non per modum crisis; suspicandum est de futura apoplexia, aut paralyfi.

Alba apparens cōtinuè in ægritudinibus chronicis quartanam futuram protendit.

Alba plumbina sine hypostasi apparens mala.

Alba lactea in ægritudinibus acutis perniciofa: nam est signū, quòd materia pro sui digestionem longo indigeret tempore. cum ergo natura sit debilis cum tanta sœuitate non potens durare tempore longo; sequitur & cetera.

Alba, cuius albedo secuta est rubedinē, seu inflammationē in ægritudine acuta, significat, quod materia habet raptum ad aliud membrū, quòd apostemat. unde protedit aut fluxum uentris, aut phrenesim, siue desipientiam &c.

Alba perseverans in corpore sano priuationem digestionis significat.

Alba cum tenuitate declinans ad liuiditatem, siue plumbeitatem, & quando statim est mixta, & quòd quieuit per horam; significat hecticam senectutis: significat enim defectum caliditatis in hepate, & in membris omnibus corporis frigiditatem: frigiditas n. facit ad albedinem: siccitas ad subtilitatem &c. ut supra.

**E** Alba, & in substantia aquosa apparens cum quadam nebula diuisa in prima die in apostematibus emunctoriorū significat ephemeram factam ex apostemate.

Alba, cuius albedo tendit ad ruffum, & cum substantia spissa, & cum quadam obscuritate in parte superiori significat quotidianam de phlegmate naturali, quòd si fuerit cum spuma magna adhærente urinali; significat quotidianam de phlegmate uiscoso: si uerò in modo mucillaginis; de phlegmate mucillaginoso.

Alba glauca ad rubedinem tendens, & declinans ad fuscum in die accessions apparens; uel post immediatè cum substantia tenui, cuius hypostasis fuerit sequestrata significat quartanam de melancholia naturali.

Alba cum substantia tenui, priuata odore, & translucēs, & permanens tenuis, quæ non est propter diabetem, uel oppilationem, uel crapulam apparens in febris si associetur cum uirtute debili; significat mortem.

Si uerò cum uirtute fortis; longitudinem ægritudinis significat, & ut plurimum terminationem per apostema.

**F** Alba tenuis in substantia in pueris patientibus febrè acutam plurimum significat mortem. quòd si fuerit cum uirtute forti cū aliis bonis signis; significat crism per apostema in membris inferioribus.

Alba, turbida, & turbida permanens, sine odore in febris apparens si fuerit cum uirtute fortis; longitudinem ægritudinis significat: si uerò cum debili; mortem.

Alba tenuis, & tenuis permanens, in qua apparet nubes spumosa citrina secundum Almanforem est pessima.

Alba lactea, & permanens lactea, in febris acutis significat mortem.

Alba turbata saniosa foetida squamosa, uel fursurea apparens in corpore habente apostema in uisceribus significat apertionem apostematis: tua tamen est per alia signa comprehendere, in quo loco fuerit apostema: sed talis urina cōsueuit apparere in terminatione pleuresis per uia urinæ.

Alba mediocriter tenuis, in multa quantitate mixta apparens in febre quotidiana de phlegmate uitreo, in quarta, quinta, uel secundum Auicē significat solutionem febris: & hoc intelligit præcedente urina clara grossa, in qua apparebant resolutiones grossæ phlegmatis uitrei.

**G** Alba tenuis permanens tenuis mediocris quantitatis nō præcedente urina spissa: & cum hoc non apparent signa solutionis uentris, nec signa apostematum membrorum inferiorum apparens in febre acuta significat phrenesim, uel fetem, uel futuram. Aui. Almanf.

Alba, quæ lacti aut spermati est similis, permanens talis: si fuerit pauca; significat paralysem, aut apoplexiam. Aui. Et dicitur pauca; quoniam, si multa fuerit cum fortitudine uirtutis; istorum morborum solutionem denunciant.

Alba, uel pallida tendens ad liuiditatem spissa cum circulo plumbeo apparens s̄m Isaac epilepsiam ex phlegmate significat. quòd, si non fuerit spissa: sed subtilis cum aliis conditionibus; significat epilepsiam ex melancholia.

Alba, uel pallida ad liuiditatem tendens, in qua apparet atomosæ resolutiones, & rotundæ per totum in corpore non febricitante s̄m Isaac dolorem articulorum ex phlegmate significat.

**H** Alba, uel pallida spissa, in qua apparet spuma uiscosa in circulo, quæ quasi adhæret urinali: uel in qua apparet ampullæ, uel grandula, quæ fortiter adhærent urinali: & quando conquassatur, statim illa granula, uel spuma &c. tendunt ad circulum, secundum Isaac significat dominium phlegmatis in capite ab ipso circulo declinando ad interius. & si post conquassationem talia redeant ad prædictum situm; significat catarrhum descendere ad pulmonem, & ad totum pectus. si uerò in ipsa appareant humores grossi, & longi, & maximè existentes circa fundum; significat abundantiam phlegmatis in capite, pectore, & renibus: & grauitatem totius, & iuncturarum specialiter.

Alba subtilis apparens in corpore, in quo sentitur sub costis dextræ partis extensio cum grauitate, & quo ad tactū sentitur durities, significat oppilationem. Aui.

Alba pallida, glauca, uel lactea, in substantia mediocris, diu perseverat, apparens in corpore, in quo apparet inflatio

tio totius corporis, & minor, quam in hydrope cum anheli-  
tu foetido nunc etiam apparentibus quibusdam uescis, nunc  
delitescantibus significat hypofarcam.

Alba subtilis, translucens, uirgulata, apparet in corpo-  
re, in quo apparet totius corporis dispositio foeda tendens  
ad nigredinem, & sub costis sinistrae partis sentitur grossi-  
tates, & durities significat splenis oppilationem. Auic.

Alba peruia multum tenuis per totum, in qua aliqua re-  
solutiones adustae apparet multa in quantitate, & multoties  
micta, & in corpore, in quo sentitur dolor circa renes, &  
infirmus siti molestatur; significat diabetem. Auic.

Alba, in qua apparent arenulae crocae, uel rubae perma-  
nens talis significat lapidem futurum in renibus. & hic no-  
ta dnam inter arenulam, & humorem adustum: quoniam, si  
arenula digito comprimatur, difficulter teretur: si uero hu-  
mor, facillime adharet, & retinetur.

Alba subtilis, quae prius fuit spissa arenosa apparet in  
corpore, in quo sentitur dolor circa renes, & significat lapi-  
dem confirmatum in renibus. quod, si doluerit circa uescam,  
uel caput uirgae; significat confirmatum in uescica. sed hic no-  
ta, quod arenulae renum sunt rubae, uel citrinae: uescicae ue-  
ro albae tendentes ad choleram luti.

Alba, in qua apparet sanies cum quibusdam resolutioni-  
bus crinoidalibus: & etiam sine his, quae sanies est aliquali-  
ter substantiae urinae incorporata, & post eius mictum statim,  
uel quasi statim, descendit ad fundum, ubi ipsa sanies manife-  
ste comprehenditur cum dolore circa renes; significat ulce-  
rationem renum. Auic. Isaac.

Alba subtilis cum quibusdam resolutionibus nigris in  
fundo, ubi mulier a matrice molestatur; significat retentio-  
nem menstruum. quod, si talis in uiro apparuerit, & cum  
sentit dolorem circa anum; significat retentionem sangui-  
nis haemorrhoidalis.

Si urina prius fuerit alba subtilis, deinde facta sit turbida  
in muliere habente dolorem circa matricem; significat solu-  
tionem menstruum.

Item aduertendum, quod urina alba luminosa, & multa,  
cuius sedimen est multum grossum, & eius substantia etiam  
ad grossitatem tendit; significat phlegmatis frigiditatem. &  
si non fuerit luminosa clara, neque peruia, imo eius albedo  
ad fuscitatem traxerit, neque eius sedimen multum fuerit;  
scire debes, quod cholera rubea est occulta, quae sui calidi-  
tate urinam albam ad fuscitatem declinare facit. et, si fue-  
rint signa aegritudinis acutae, ut cauma magnum, sitis inten-  
sa, & huiusmodi, & cum his non apparuerint signa timoris,  
neque phrenesis, & huiusmodi; debes scire, quod cholera ru-  
bea declinauit, uel declinabit ad alium canale, ut ad inte-  
stina: & accidet ei excoaratio, siue fluxus cholericus, uel sub-  
tili materia euaporante sub forma sudoris ad extra pelle-  
tur. & hanc uidi, ut iacet litera in Benedicto de Albertis  
nobili de Florentia, in quo apparuit urina talis cum signis  
acutae rei, superuenit fluxus cholericus, & sudores copiosissimi.

Alba cum substantia tenui, & in quantitate multa sine  
hypostasi crapulam significat praecessisse in sana, & maxime  
multi uini potatione specialiter albi.

Alba tenuis in pueris apparet mala, secundo pro-  
gnosticorum.

Alba tenuis perseverans longo tempore in sano hydro-  
pem futuram nunciat. item talis in habentibus grauedine  
humerorum, & colli, significat lipothimiam, item talis per-  
seuerans in senibus significat defectiorem uirtutis, & calo-  
ris naturalis. item talis apparet post longas aegritudines  
sanitatem significat aegritudinum. item alba, & tenuis in qua-  
ntitate multa, & frequenter micta, & cum magna siti diabe-  
tem significat.

Alba, & tenuis significat lapidem in uescica, uel oppilatio-  
nem in uis urinalium ab humore grosso, uel terrestri; ut phleg-  
matis, uel melancholice.

Alba tenuis apparet in principio febris, si micta fuerit  
cum malis signis; suspecta est. quod si cum bonis; terminatio-  
nem aegritudinis per apostema significat.

Alba tenuis in febre occulta, & lenta apparet liquefa-  
ctionem corporis significat, & hecticam, uel phthisim.

Alba tenuis multae quantitate frequenter micta, & sine

A siti apparet in fine febris, significat solutionem, & purga-  
tionem humoris frigidi phlegmatici, ut phlegmatis uitrei,  
& huiusmodi.

Alba tenuis in febre incensua apparet phrenesim pra-  
sentem, aut futuram significat.

Alba in substantia spissa per totum apparet in principio  
aegritudinis longitudinem eius significat.

Alba in substantia spissa in febre lenta apparet in prin-  
cipio aegritudinis longitudinem eius significat.

Alba in substantia spissa in febre lenta apparet, si longo  
tempore apparuerit; significat determinationem aegritudi-  
nis per apostema.

Urina in colore alba, & spissa si in die critica apparuerit,  
& fuerit multae quantitate in laboriosa febre; liberationem  
ab apostemate significat iuxta illud Hip. 4. aphor. Quibus  
spes est ad articulos &c.

Alba, & spissa apparet post crism recidiuam significat.

Alba apparet, & spissa in febre incensua significat aegri-  
tudinem esse compositam ex duobus humoribus.

B Alba lactea per totum spissa longo tempore talis appa-  
rens significat lapidem futurum in uescica.

Alba lactea apparet in dolore hepatis cum multa quan-  
titate, significat illius doloris dissolutionem.

## De nigro colore urinae.

Rub. 3.

ET QUONIAM colores medii ex extremis compo-  
nuntur tanquam ex principiis; hinc, cum dictum sit  
de albo; de nigro consequenter uidetur agendum. in  
generali dicendum igitur, quod, ut dictum est supra,  
color niger habet gradus, ut albus; nam quidam tendit ad ui-  
ride; de quibus omnibus tangetur statim in significationi-  
bus particularibus.

Praemittendum secundum, quod color niger significat aut  
uehemens incendium, quod comprehenditur in exitu uri-  
nae: quoniam ardet, & ante ipsam praecessit urina citrina, &  
haec nigra, non est uere nigra: sed ad aliqualem trahit cro-  
ceitatem, siue citrinitatem, uel fuscitatem, aut frigus for-  
te. quod comprehenditur: quonia ante ipsam praecessit uri-  
na uiridis, uel liuida, & eius calor magis niger, siue magis  
purus, & est priuata odore. quod additur: quoniam quae ex  
caliditate est, est cum colore forti. aut est ex casu caloris in  
nati, siue eius mortificatione. quod comprehenditur ex ca-  
su fortitudinis, & resolutionis uirtutis: nam resolutis spiri-  
tibus corpus splendentibus relictis partibus terreis relin-  
quitur opacitas &c. aut crism, siue expulsionem melancholice  
materiae: quod comprehenditur cum ipsa apparet in fi-  
ne quartanarum febrium, in purgationibus matricis, in do-  
loribus renum, siue dorsi, in resolutione aegritudinum sple-  
nis, in retentione menstruum, & sanguinis consueti per  
anum egredi. Vnde Aegidius.

Nigrorem urinae faciens incommoda febris,  
Quartanam soluit mortem protendit, & urit.

Si niger ad fundum residens se deprimat humor;  
Matrix purgatur multi sentina cruoris.

In febre fert mortem nigra pauca foetida pinguis  
Uesciae uitio renum, profusque remotae.

D Nam, ut dictum est, in passionibus renum apparet urina  
nigra: maxime quando accidet comminutio lapidis in reni-  
bus. unde urina ingrossatur, & efficitur nigra ex commix-  
tione partium adustarum terrearum in eis. &c. unde Rufus  
inquit, ut Auic. secunda primi de urinis. urina nigra bona est  
in aegritudinibus renum, & in aegritudinibus lapidum, quae  
ex humoribus proueniunt grossis: significat & adustionem  
in hepate, & rupturam uenae in eo, unde sanguis nigrefactus  
cum urina expellitur, &c.

Nigra micta in multa quantitate si post eius mictum cor-  
pori sequitur alleuatio; bonum. quod, si fuerit in pauca qua-  
ntitate, & in febre acuta; malum; & quanto grossior, tanto de-  
terior; eo quod resolutionem maiorem indicat.

Nigra in aegritudinibus acutis mortalis: iam dictum est.

Nigra in senibus apparet mala; quia denotat maximam  
lapsam a dispositione naturali; quia uehemens incendium,  
& uehementem putrefactionem.

Nigra



Nigra apparens post laborem denotat spasmum de inanitione significans uehementem adustionem, & exiccationem.

Vrina, cuius hypostasis est nigra, & ipsa est foetida substantia, cui precessit color rubeus, uel flauus in febribus acutis apparens mortalis.

Vrina nigra cum hypostasi nigra, in magna quantitate micta, iam precedentibus signis digestionis, apparet in die critica in habente quartanam, uel continuam de melancholia solutionem febris significat.

Nigra in senibus, aut mulieribus apparens, si non fuerit propter uitium urinalium membrorum; mala.

Nigra pura, tendens ad plumbeitatem, priuata odore mortificationem membrorum interiorum significat.

Nigra spissa, turbata, iam precedente alba, subtili: & cum hoc dolor sentitur sub costis sinistrae partis, uidelicet circa splenem, solutionem ægritudinum splenis significat.

Nigra apparens in ægritudinibus renum, uel uesicæ, & in corpore est febris acuta, & in renibus, & uescicis sentitur dolor, & ardor fortis, est pessima.

Vrina nigra micta, tenuis, habens diuersas partes hypostasis in ægritudinibus acutis non necessariò, est mala: sed quæ que est crisis denunciatiua. tu quoque signa alia ex parte uirtutis, & cæterorum considera.

Vrina nigra paulatim micta longo tempore habens hypostasim suspensam cum odore acuto, in febribus apparet significat multoties dolorem capitis, desipientiam, aut surditatem: item & aliquando post ista fluxum nigri sanguinis narium. & quando sociatur urinae nigrae, in qua est sedimè pendens res nigra rotunda aggregata, cum qua inuenitur odor malus, & tensio in lateribus, & apostema sub hypochondriis & sudor; significat mortem: nam tensio significat spasmum, & sudor debilitatem.

Vrina aquosa, ad nigredinè decliuis significat tenuitatem sua longitudinè ægritudinis, & sua nigredine malitiam suam.

Si urina fuerit nigra, & subtilis, & ille, cuius est, desiderat cibum; moritur.

Vrina nigra in substantia tenuis, quando conuertitur ad subalbedinem, & grossitiè, & non associatur ei ex illa quies significat ægritudinem in hepate, & propriè icteritiam: quoniam hæc conuersio, quæ est à subtilitate in grossitiem, & à nigredine in subalbedinem, significat debilitatem, caliditatis, & casum digestionis, & illud est, quibus associatur, aut succedit leuitas, & si non fuerit propter illud; significat, quod materia iam est inuiscata in hepate: & non est propter mundificationem, & iam fecit accidere oppilationem: imò si est caliditas; tunc iam subito faciet accidere apostema.

Vrina nigra, tenuis, quæ mingitur in feb. acutis paulatim in tempore longo, quando est cum dolore capitis, & colli; significat destructionem rationis gradatim, & est in mulieribus saluum. Aui. secunda quarti. de urina nigra &c. unde in summa urina nigra in principio est perniciosa: & similiter in eorum fine, quando cum ea non fuerit alleuatio: nec significauit crism.

Vrina nigra si est à renibus; quasi continuè talis mingit, & precedente, & non precedente motu: sed, si sit talis per admixtionem melancholice, quæ subtiliatur per motum, & subtiliata ad uias urinae mittitur; illa sit talis post motum nota.

Postremò notandum, quòd post urinam nigram, uel hypostasim nigram in malitia est urina, uel hypostasis uiridis, æruginosa, plumbina, indicalis, & huiusmodi. de quibus supra, quæ omnes malitiæ sunt maximè enunciatiuæ: nam aut significant mortificationem caloris, aut adustionem ultimam. quare post determinationem de nigra de uiridi agendum est.

De uiridi colore, & liuido urinae. Rub. 4.

**C**OLOR VIRIDIS gradus habet, ut cæteri &c. est enim phisticalis, qui uiriditates ad aliqualem albedinem tendente participat, frigiditatem, siue caloris mortificationem denuncians, unde & urina. & indicalis similiter mortificationem significat: sed urina uehementiorem uidetur denotare mortificationem iuxta illud Aui. secunda primi de urinis. quæ uerò colorem ireos habet, frigiditatem uehementem secundum plurimum significat, & ante ipsam præcedit urina uiridis. æruginosus uerò, & por-

ralis incendium uehemens significant. unde Aui. allegato loco. Phisticalis uerò significat frigiditatem, & similiter omnes, in quibus existit uiriditas præter eam, quæ æruginis æris, aut succo porris assimilatur: hæc namque uehemens significat incendium. tu tamen sis attentus ad ea, quæ dicta sunt de iudicio urinae, quomodo faciliter decipi potest medicus à colore eius: quoniam etiam à frigiditate potest color æruginosus, & porralis causari. propter quod considera pulsum ægri, incendium in eo, odorem acutum urinae, ac eius colorem subtiliter: quoniam eo casu erit uiriditas declinans ad quandam rubedinem propter incendium, quod in aliis non reperies, sicque alia comprehendere signa, ex quibus una cum iudiciis urinae iudicabis, ut supra &c.

Viridis æruginosa deterior est porrali magis denotans incendium.

Æruginosa post febrem incensiuam, aut maximum dolorem apparens spasmum non proportionatum ad materiam denunciat. cholera super aliquod membrum, ut stomachum sparsa, aut spasmum de siccitate manifestat; quia magnam exiccationem ex magno incendio denuncians.

Viridis in pueris apparens significat spasmum in eis futurum. quod, si fuerit æruginosa, aut porralis; expectandus est de inanitione, seu ad materiam non proportionatus, ut hic immediate ante. & si fuerit phisticalis cum cæteris horratibus signis; de repletionem pronunciaripotest.

Æruginosa uehementer significat perditionem; quia uehemens incendium, & uenenositatem significat: nam cholera æruginosa uenenum est, prima primi de humoribus.

Vrina phisticalis uehementem significat frigiditatem, & ut quibusdam placuit uenenum in potu sumptum, in qua si hypostasis apparuerit; spes erit uitæ: si non; timetur ei: nam ex hoc comprehenditur dominium uirtutis, aut oppositum.

Æruginosa uiridis, multæ quantitatis, cuius substantia est, sicut oleum uiride habens nebulam, sicut est tela grossa, & est foetidissima, & horribilis, in qua apparent resolutiones squamosæ, uel furfuræ, uel crinoidales ita, quòd omnes apparent simul unam; significat secundum Isaac tertiam speciem hecticæ.

**E**T, QUONIAM color liuidus nominatus est supra in secundo cap. immediate post uiridem; hinc de eo dicendum.

Liuidus igitur color frigiditatem, aut caloris mortificationem significat: & hæc permaximè in feb. apparet pestilentialibus. ubi aduertendum, quod hæc urina in mulieribus est minus suspecta, quam in uiris propter frigiditatem complexionis, & humorum frigidorum abundantiam: nam in eis frequenter apparet. quod, si ipsa apparuerit in uiris febricitantibus; suspecta habenda est: maximè cum fuerit febris aut incensiuam aut pestilentialis &c.

Potest & apparere in non febricitante urina subtilis substantiæ, quæ ad liuiditatem, siue plumbeitatem cum quadam albedine declinat, quæ sic per horam post eius mictum remanet, hecticam senectutis denunciat. Theophilus. est. n. talis ex defectu caloris hepatis, & aliorum membrorum.

Vrina tendens ad liuiditatem participans albedine, spissa substantiæ cum circulo plumbeo epilepsiam de phlegmate significat.

Vrina liuida cum palliditate, in qua apparent atomosæ resolutiones, & rotundæ per totum, in corpore non febricanti dolorem articularum ex phlegmate significat. Isaac.

Vrina pallida ad liuiditatem tendens spumosa, & cinerosa, cuius superior pars uideat sicut oleum, & est pauca in quantitate, & in corpore non est fluxus uentris, significat phthisim.

Vrina pallida tendens ad liuiditatem apparens in corpore, in quo apparet color pallidus per totum, & maximè in oculis, significat frigiditatem hepatis. quidam tamen existimauerunt colorem liuidum posse ex uehementia caloris produci: alii quod ex sola causatur frigiditate, aut caloris remissione. unde Placentinus eam absolute debilitatem caloris naturalis in hepate, & uenis, & corruptionem cum putrefactione communi in uenis, & hepate, & uis urinalibus significare pronunciauit: & sic stranguriam, & apertionem uenæ, aut rupturam in uis, illis, & uescicæ ulcerationem, & febrè continuam hydropem specialiter asclitè significat. quod si fuerit paucæ quantitatis, & micta cum difficultate; in febre continua mortem significat.

eat remoto uitio uesicæ, & urinalium uiarum. item in asclite cum uirtutis debilitate mortem omnino significat. item significat & phthisim, empyema, tussim, catarrhū, epilepsiam nitium matricis &c. q̄ si fuerit multæ quantitatis, & in die critica apparuerit; saluationem febris continuæ, aut solutionem febris quartanæ, aut solutionem oppilationis splenis, aut hepatis significat.

## De citrino colore urinx. Rub. 5.

**D**E gradibus citrini dictū est supra: & hic per citrinū intellige citrinum, qui citrinitate participat intensiori, quā sit citrinitas, quæ debetur temperato: nā citrinus, qui est dictus, est citrinus secundo loco ut supra. citrinus itaq; color in præsentiarū, & omnes gradus, qui sub eo comprehenduntur, caliditatem uiter significant. unde Aui. 2. primi de coloribus urinx. Omnes autē, qui sunt post citrinum, caliditatem significant. & differunt ab inuicem secundum intensum, & remissum: ut. v. g. citrinus significat caliditatem intensam, ut unum. flauus ut duo, uel unum cū medio: ruffus, ut duo cū medio: citrangularis duo cū medio, usq; ad tria: igneus tria cū medio: croceus quatuor &c. ita q̄ croceus ultimum obtinet gradum intensiōis in latitudine citrinitatis. est tamen aduertendum, q̄ hic color citrinus causatur ex admixtione cholerae cum aquositate urinali, q̄ quantō cholera est subtilior, & calidior, aliis paribus intensiorem gradum citrinitatis, & clariorem inducit. & idē rubeus clarus est gradus intensior citrinitatis, qui ab Aui. appellatur croceus. & istud uidetur persuadere ordo literæ eius allegato loco: cum inquit postea. Igneus, qui tincturæ croci assimilatur: & ipse quidem uehementer citrinus: postea croceus, qui assimilatur capillis zafrani: & iste est, qui uocatur rubeus clarus: nam ly postea in litera ultimo loco positum uidetur dicere ascensum, & non descensum, quem admodum in reliquis præcedentibus postea positus. sed obstant huic sententiæ uerba Aui. paulō post in eodem cap. cū inquit. Si autē citrinitas fortis fiat, & usq; ad igneitatē terminum perueniat, & ad finem in ea; significat, q̄ calor incessanter procedit & iste quidem est finis citrinitatis. credo exponendum finis. i. terminus ultimus exclusiuus citrinitatis. cum quo stat, q̄ croceus sit finis ultimus inclusiuus citrinitatis. & pro ista responsione uidetur in superficie textus in x. Alman. de urinis inquit. Color quartus est igneus, & significat calorem additum, & inflammatum. quintus quoq; color croci, qui non plus caloris demonstrat, quā igneus, & significat tamen sanguinem in corpore multum abundare, & ex eo aliquid urinx mixtū fore. & illud, quia nō plus, &c. uidetur, q̄ non multum: sicut non multum distat à se inuicē terminus exclusiuus. & inclusiuus respectu eiusdem. fortasse speculanti uidetur, q̄ ex aduisione illius pauci sanguinis debet urina reddi minus calida, quā sit ignea &c. relinquo theoreticis. considera. ex quibus inferitur, q̄ urina citrina dominium cholerae denunciat: citrina flaua intensiorem gradum cholerae, & sic consequenter de aliis secundum ordinem, qui positus est. nota tamen, q̄ aliquando urina in ægritudinibus frigidis multum tingitur, ex cuius tinctura nō debemus arguere supra dominium cholerae, & hoc specialiter in tribus casibus. primus est, ubi sit fortis dolor, ut in colica frigida, dolore auris forti, dentium, & hmoi. in qua ex forti dolore agitantur materiæ cholerae, & dissoluunt, & ad uias urinx propelluntur, ad quod concurrat inflammatio spirituum, & caloris ipsum dolorē consequentis. secundus casus est oppilatio ex phlegmate contingēs in uia inter porum felleum, & intestina. quapropter cholera, quæ ad intestina mitti consueuit, ad uias urinx transmittitur ipsam tingēs. tertius est, qn̄ in uenis est oppilatio pp̄ phlegma ipsum & sic ph̄a putrefit, & inflammatur caliditate putredinali, quod phlegma sic supercalefactū per uias urinx pulsū ipsum colorat. differt autē hic colica colore, qui ex cholera accidit: qm̄ robur, & intensio coloris, qui est ex ph̄ate incenso, est remissior, non luminosus pp̄ grossitiem phlegmatis. robur uerō, qui est ex cholera, est e contrario propter partes igneas cholerae, & eius subtilitatem.

Urina itaque citrina, quæ metrum est, ut supra tempera-

**A** mentum, & caliditatem in hepate, & membris nutritiuis, significat bonam, & competentem digestionem, & maximè hoc est uerum in uiro iuene debite recto, mediocris habitudinis, sanguineo, uel cholericō non multum. quod additū est: quoniam talis urina consueuit quādoq; apparere in mulieribus, eunuchis, pueris phlegmaticis, tertianam ex cholera uitellina patientibus, non raro, & in senibus continuam habentibus. quōd, si fuerit talis urina cum tenui substantia, & radiosa: oppilationem in hepate, & splene significat, q̄ si pauca extiterit quantitatis, fluxum uentris significabit. nota tamen, q̄ citrina corporis temperati non habet hypostasis: dico temperatē recti; quoniam in tali non est humorū abundantia, in eaq; non est excessus etiam ex parte coloris, uel substantia, cum neq; in eo sit excessus ex parte qualitatum actiuarum, uel passuarum, quæ sunt principio colorū, & huiusmodi, ut supra in. i. cap.

**B** Citrina subtilis substantiæ declinans ad albedinem, cuius superior pars est sicut oleum, & in ipsa apparet nebula unctiosa, non statim cum micta est: sed quando quieuit per horam; significat primam speciem hecticæ. Isaac. q̄, si fuerit citrinissima, & in ipsa apparet nebula, sicut tela aranea non statim, ut dictum est: & cum hoc incipiunt apparere resolutiones squamosæ, siue petaloides; significat secundam speciem hecticæ.

Citrina, cuius color est citrinus naturalis, uel parum ipsum excedens, & in prima die apparet hypostasis, quæ in fundo residet cum aliis conditionibus, significat ephemeram ueram.

Urina citrinissima in colore: in substantia uerō admodū uitelli ouorum, & tenebrosa significat tertianam de cholera uitellina.

Urina in colore pallida, declinans ad subcitrinum, & in substantia mediocriter tenuis, & obumbrata in parte superiori, & in fundo, & in medio tendens ad claritatem, significat quotidianam de phlegmate acetoso, & de his magis infra suo determinato loco.

**C** Urina in colore citrina, uel subcitrina, in substantia tenuis mediocriter cum obumbratione partis superioris tendens ad liuiditatem diu permanens talis apprens in corpore, in quo apparet uenter multum tumefactus, & quando uenter percutitur; facit sonum, sicut tympanum, & collum est gracile, & brachia, & tibiæ sunt gracilia ualde, & fortiter fitit, & ibi apparet inflatio pedum, significat tympanitem.

Urina citrina, uel subcitrina tendens ad quandam nigredinem apprens in corpore, in quo oculi tendunt ad quandam nigredinem uiridem, & sentitur dolor extensiuus sub costis sinistrae partis sine grauitate, & duritie, significat calefactionem splenis, maximè quando in urina apparent quidam humores adusti nigri.

Citrina, uel subcitrina, in qua apparent pili unius palmi, significat humores grossos circa renes existere.

Urina ruffa, uel subruffa semper excessum caliditatis significat, & dominium cholerae in hepate, & uenis, uel phlegmatis falsi: hæc itaq; urina cum apparet, significat aut icteritiam, aut abundantiam uniuersaliter absque oppilatione hepatis, & quandoq; colicam cum febre.

**D** Ruffa subtilis substantiæ si longo tempore apparuerit; icteritiam cum oppilatione denunciat.

Ruffa uerō grossæ substantiæ apprens significat mundificationem materiæ, quæ conturbatur in hepate, & uenis, aut fortem ebullitionē in hepate materiæ calidæ, quæ non exiuerat propter ebullitionem, & sic per consequens mortem aut hydropem asclitem denunciat: maximè si uirtus debilis fuerit.

Ruffa cum tenui substantia, & quantitate mediocri in die sequenti accessionem apprens, aut tertianam continuum, aut interpolatam, aut caufonidem, aut hemitritium, aut phrenesim futuram, aut anthracem, aut carbunculum. q̄, si fuerit grossæ substantiæ; significabit synochum, uel synocham, uel eius species. quōd si fuerit cum substantia mediocriter spissa; significat caufonidem, uel febrem ex phlegmate falso, uel scabiem, abundantiam sanguinis corrupti, & calefacti.

Vrina citrina, & plus citrina, quàm oporteat, in icteritia mala: significat enim futuram hydropem.

Citrina, & clara indigestionem ægritudinis significat. timendum est ergo de infirmi defectu specialiter in acutis, ut secundo prognosticorum.

Ruffa in substantia tenuis indigestionem, digestionem tamen vicinam significat.

Ruffa in substantia tenuis, cum hypostasi nigra in passione splenis pessima.

Ruffa in substantia tenuis in febre incelsiva, & phrenesi mala, si cum hoc aderit capitis dolor, pessima.

Ruffa à media regione superius liuida, æqualiter spissa, peripneumoniam significat.

Citrina, uel citrina pallida, tenuis, uel mediocris, quæ apposita manu per totum liuescit, guttam, aut uitium pectoris significat: sed ex gutta sediminosa est urina.

## De rubeo colore. Rub. 6.

**R**UBEVS color sub se gradus habet, ut dictum est, quemadmodum cæteri extremi, & medii, & hi omnes peccatum, siue dominiū sang. significant, aut eius mixtionem significant: nam rubeus clarus significat peccatum sanguinis arterialis sola quantitate peccatis: rubeus roseus peccatum sanguinis uenalis in quato, ut in synocha: rubeus obscurus peccatum sanguinis in quali non naturali. rubeus uerò puluerulentus peccatum sanguinis grossioris in quali præternaturali: nam, cum urina sit sanguinis aquositas, non est mirandum, si in ea tales colores fieri possunt. & iam exëplificatum est, quod clarus est sicut color rosæ rubeæ, claræ, ut est scarlata. roseus uerò, ut est rubeus rosæ rubeæ tendentis ad obscurum ut crimisini: obscurus, qui assimilatur sanguini perfecto. puluerulentus uerò, qui sanguini putrefacto ex uenis tracto: significat & omnium magnam mixtionem partiū terrearum cum sanguine, ut in quartana sanguinea. duo etenim primi significant ebullitionem sanguinis absq; putredine. unde in principio synochi apparet urina rubea obscura: in statu uerò materia ente digesta: rubea puluerulenta, & quæ dicta sunt, intelligi habent esse uera cæterorum paritate seruata ad hunc intellectum. & hic nota, quod sanguis extensus uel facit maiorem inflammationem, quàm cholera: & hoc in toto corpore propter multitudinem sui, & propinquitatem eius ad omnia membra: cholera uerò intensius. & idè dicebat Aui. Possunt & hæc dicta aliam recipere interpretationem sub roseo comprehendendo duos primos colores, qui causantur ex permixtione cholerae rubeæ subtilis: per obscurum, qui causatur ex permixtione cholerae grossæ, & uitellinae, & hmōi, per puluerulentum uerò, qui causatur ex permixtione sanguinis cum cholera nigra terrea, aut cum alio humore per adustionem terrestrificato: & hæc interpretatio sic adæquatur textui Aui. considera. igneus significat maiorem caliditatem, quàm rubeus puluerulentus.

Rubea in ægritudinibus acutis saluior est, quàm aquosa alba, & melior rubea sanguinea rubea cholericæ: nã, ubi apparet in talibus alba; dubitandum est materiam ad alia deriuari loca, aut uirtutis impotentiam.

Rubea cholericæ, quia clara ignea in ægritudinibus acutis in cholera quieta manet, non est magni timoris. quod si cholera fuerit mobilis; magni extat timoris: nã ex ipsa denotatur magnum dominium cholerae; cum ipsa ad aliam partem moueatur, & ex consequenti ad magnam læsionem aptitudine.

Vrina rubea in ægritudinibus renum, præsertim non existente febre acuta, est mala: quoniam secundum plurimū calidum significat apostema Aui.

Vrina rubea in doloribus capitis desipientiã portendit: quoniam comprehendimus calidam materiam ex dolore caput petere: & maximè, cum incipit diminui in rubore.

Vrina rubea in ægritudinibus acutis rubere incipiens, & sic permanens, & in fundo hypostasim non faciens perditionis ægri timorem affert: nam talis impotentiam uirtutis significat.

Rubea uerò turbida, siue grossa, taliter permanens apostema hepatis, & caloris innati debilitatem significabit: &

maximè ubi circa hepar dolor, & grauitas apparuerit. item tali apparente arguitur naturam non posse sanguinem ab aquositate sequestrare, & ex consequenti debilitatem &c.

Vrina rubea similis loturæ carnis recetis, aut rubea sicut aqua, in qua dissolutus est sanguis, significat aut hepatis debilitatem; quia uirtutis eius: aut sequestratiue, aut sanguinis multitudinem: nã in primo casu sequitur debilitas uirtutis: in secundo uerò fortitudo, & tolerantia.

Vrina in substantia spissa turbata in colore intensa, rubea purpurea, uel puluerulenta secundum Isaac continuam de sanguine significat.

Rubea intensa spissæ substantiæ, in qua in prima die apparet nebula, synocham sine putredine significat Gal.

Rubicundissima in modum flammæ ignis, saltans cū spuma minuta tendente ad uiriditatem in parte superiori turbata, non spissæ substantiæ significat causonem uerum: & maximè, si cum hoc apparente causonis aliqua alia indicia. Alman. Galenus.

Rubea magis in colore remissa, quàm dicta, cuius substantia est mediocriter spissa, cuius pars superior ad liuiditatem cum quadam uiriditate, & in ipsa apparent humores adusti significat causonem de phlegmate falso cum appenditio dicto iam. Authores.

Vrina rubea rosea, intensa parum, spissæ substantiæ cōturbata continuam de cholera significat. si uerò cum tali urina apparuerit liuiditas cum quibusdam granis seiunctis, & minutis; significabit continuam cum pleuresi Alman.

Rubea ignea aliquantulum remissa, & in substantia subtenuis, & in parte superiori obumbrata, habens malum odorem, & foetorem tertianam, uel duplicem tertianam de cholera naturali significat diuersificando secundum ætatem, sexum, & complexionem: nam aliquando significans tertianam in iuuenne significat continuam in puero. & sit tibi pro sequentibus & antecedentibus canon.

Subrubea in substantia sua tenuis, siue parum spissa, tenebrosa in parte superiori significat continuam de phlegmate falso. Isaac.

Subrubea, uel rubea puluerulenta, & in substantia per totum spissa obscura, & obumbrata in parte superiori significat quotidianam de phlegmate dulci.

Rubea grossa, cuius egressus est paulatinus, & frequens cum foetore apprensus in feb. significat mortem. Aui. sed ipsa multi exitus, & multi sediminis significat separationem, & proprie in feb. incensuis.

Rubea, in qua apparet hypostasis, si cut frustra carnis apprensus in febre acuta mortem significat Alman.

Vrina, in qua apparet hypostasis rubea, in feb. adurentibus significat ultimam sanguinis repletionem. Aui.

Vrina, cuius color assimilatur loturæ carniū, & est ualde foetida, & pinguis significat mortem. Aui. Alman.

Vrina rubea intensa apprensus in corpore non febrientis, & circa partem dextram sub costis sentitur caliditas excedens, calefactionem hepatis significat. Aui. & maximè, si in oculis apparet citrinitas.

Rubea turbata, remanens turbata spissa, similis loturæ carniū, quæ cum difficultate mingitur, apprensus in corpore, in quo sentitur sub costis in dextra parte tumor ad modum lunæ nouellæ: & cum hoc patitur fortem sitim, significat apostema calidum in gibbosa parte hepatis. Aui. Alman.

Vrina min⁹ rubea, quàm prius dicta turbata, & spissa, quæ cū difficultate expellitur, apprensus in corpore, de quo in præcedenti, & in principio non apparet febris: sed in processu & sentitur aliquando tussicula, in qua nil expuitur, & non patitur sitim fortem: & cum sub costis dextris apparet tumor ad modum lunæ nouellæ, qui quando tangitur, non sentitur multum; significat apostema frigidū in gibbosa parte hepatis. quod si cum ea apparet pondus suspensum, & cum hoc post assumptum cibum grauitas dolorosa, & quodammodo difficultas anhelitus, & sub costis non apparet tumor ad modum lunæ &c. significat apostema factum in concauo, & maximè quando ægritudines sunt homorosæ &c.

Rubea cum hypostasi alba in acuta ægritudine coctionem completam, & salutem, & breuitatem ægritudinis significat.

Rubea cum sua sibi simili hypostasi diuturniorem ægritudinem præcedente significat: est tamen certa, & fidelis nuncia salutis sperandæ.

Rubea cum sua sibi simili hypostasi longo tempore talis apparens in acuta ægritudine mala est.

Vrina rubea, & pauca in hydropicis mala, & pessima.

Rubea, & subtilis in ægritudine acuta mala.

Rubea, & turbida apparens in secundo die crifim nunciatur in quarto.

Rubea qualis sanguis in acuta ægritudine pessima.

Rubea, & in tertia sui parte superiori alba alienationem & phrenesim, & mortem significat.

Rubea inferius in medio obscura superius liuida æqualiter spiffa pleuresim significat.

Rubea inferius superius nigra per totum turbulenta: hepatis apostema significat.

Rubea, in qua apparet sanguis purus: & cum hoc sentitur dolor sub costis dextræ partis, fluxum sanguinis ab hepate uenientem significat. Salernitani, Alman. &c.

Rubea apparens in corpore, in quo sentitur dolor extensus, siue grauitas sub costis dextræ partis non remanens fixus significat uentositatem existere in hepate.

Rubea, in qua apparent resolutiones squamosæ: sed tamè multò minores, quàm squamæ, & maximè in fundo, & medio, & in uesica non sentitur punctio apparens in corporibus nou febrientibus significat scabiem. Saler. Almanfo. & Rogerius.

Rubea, in qua apparent resolutiones minutæ croceæ, & quando digitis comprimuntur, faciliter franguntur non habentes communitatem in partibus, significat adustionem humorum in renibus.

Vrina rubea, subtilis in ægritudinibus acutis cum signis laudabilibus, significat uelocitatem crifis. & cum cõtrariis eorum significat uelocitatem mortis, & ex toto significat inflammationem uehementem.

Rubea non intensa rubedine, declinans ad turbulentiã cum sedimine rubeo significat appetitum, & cruditatem, & longitudinem ægritudinis.

Postremò aduertendum primò, quod hic locutus sum de rubeo, ut rubeum se extēdit ad rubeum sanguineum, & rubeum cholericum igneum: & hoc ut sequar modum loquēdi authorum de rubea et hoc modo loquentium: nã, & licet fiat talis rubedo quæ ex inflammatione cholerae citrinae, probatur, quod fortasse probaretur ipsam collocari debuisse sub igneo citrino. placuit tamen Auicem. & aliis eam sic appellare, cum à cholera rubea pcedat: non enim credo incõueniēter dictum ipsam inter latitudinē citrinitatis collocari debere. nec sic ut in aliquo Aui. & aliis aduersari: noia etenim ad placitum posita sunt. cholera etenim, quæ hmoi cã est, quæq; citrina, quæq; rubea ab authoribus pronunciat. quare & eadē urina quæque citrina, quæq; rubea dici poterit. ex dictis tñ ab intelligenti colligitur, quæ significatio à rubea sanguinea, quæ à cholerica habēda sit. scđò, quod, & licet urina rubea, de qua iã actum est, sit signum caliditatis, & maximè sanguinea: tñ contingit in certo casu ipsam nobis frigiditatem, caliditatis remissionē demonstrare. v. g. quæ urina est rubea, ut est lotura carnis recētis. uñ Auic. 2. primi de coloribus urinae, aut pp debilitatem hepatis, & suæ uirtutis defectum, quæ inter aquositatem, & sanguinem, separationem facere non ualet, sicut accidit in hydropisi frigida, & in ægritudinibus debilitatis hepatis secundum plurimum, quando propter eas urina est similis loturæ carnis recentis.

Postquàm determinatum est de coloribus urinarum, ut sunt indifferenter humorum diuersorum, & morborum particularium, aut crifim denunciatiui; nunc agendum est de ipsis in particulari, & determinatè, ut sicut ætatum omnium, complexionum, sexus, humorum omnium secundum species suas, ac morborum communium signum.

De coloribus urinae ætatum. Rub. 7.

**V**RINA infantium declinat ad albedinem cum spiffitudine, & ad lactis naturam; propterea quod eo uentur: nã multum humidi sunt, quæ humiditas mul-

**A**tum obtundit calorem naturalem. & materia tingens in eis pauca est, & illa est occulta, & submersa. unde Auicem. Amplius significatio puerorum est parua, & præcipuè infantium: propterea quod lacte utuntur, & quod materia tingens in eis est quiescens, & submersa. urina puerorum est magis tincta, quàm infantium, licet non sit multum colorata: nam uigorato in eis calore plus tingitur urina. secundò materia cholericã in eis est magis multiplicata: non ita quiescens, ut in infantibus. item in eis multa superfluitas phlegmatica generatur propter indigestiones, quas incurunt ex frequenti comestione. quare, cum ex ipsa maxima pars per urinam euacuetur: cum uideamus eos frequentissimè mingere, & multum; hinc urina eorum redditur alba parum, ad citrinum declinans, cum multa spiffitudine; phlegmaticæ enim aquosæ superfluitates ex indigestione multiplicantur, ut patet, quæ per uias urinæ ad extra pelluntur. & hæc est una ex causis, quare in frigidati multum mingunt. urina iuuenum est urina citrina ad igneum tendens cum substantia mediocri calido ente in eis potentissimo non suffocato, ut in pueris, & cholera abundantiori in ea ætate existente aliis paribus. urina senum est ad albedinem, & ad subtilitatem declinans: nam in eis calor est remissus: similiter cholera. quæ sunt duæ causæ tingentes principaliter. item, quia in eis multiplicantur per uiam indigestionis ob caloris debilitatem materiæ phlegmaticæ aquosæ: & quia excantur, & siccitas est causa subtilitatis ut supra: hinc urina est subtilis, ad quod concurrat debilitas uirtutis non ualentis per illas uias expellere materias grossas habentes urinam ingrossare. item, ut existimo, uix factæ sunt merito ætatis angustiores: quoniam propter exiccationem naturalem fit coangustatio, ut patet: est enim ut oppilatio ibidem attenuatoria. & hæc, ut patet, facit ad urinæ subtilitatem: contingit tamen quandoque in eis grossas urinas generari, ut natura ente forti super aliquos humores, siue superfluitates grossas, quas per illas uias extra pellit. urinæ uerò decrepitorum sunt minus tinctæ, & magis subtiles eis, quæ senum: contingit tamen in eis grossas fieri, ut dictum est, quas suspectas habere debet medicus dubitans, ne indicent futurum lapidem in renibus, aut uesica: nam, si uiderit eas multiplicari; dubitandum, ne uirtus deficiat in eorum expulsionem, & quod ipsæ remanentes assentur, & in lapidem conuertantur.

De coloribus urinae complexionum.

Rub. 8.

**D**ICTUM est de coloribus urinae temperati, nunc prosequar de urina naturalium distemperatarum. & est præmittendum ut supra, quod caliditas, frigiditas, siccitas, & humiditas sunt principia factiua coloris, & pro parte substantiæ. iuxta quod ponuntur hæ conclusiones. urina phlegmatici debet esse alba, uel ad albedinem declinans, in substantia per totum spiffa: nam color talis datur à frigiditate: substantia uerò ab humiditate. & quoniam humiditas in eo reperitur grossa ad bonum intellectum; hinc &c. sed hic est aduertendum, ne contingat deceptio ex oppilationibus in uis urinalibus contingētibus: nam in multis talibus phlegmaticis uidi urinas albas cum subtilitate contingente ex oppilationem &c. urina cholericæ debet esse citrina, ruffa, & multum colorata, cum substantia tenui per totum: nam color datur à caliditate: tenuitas siccitate, & proportionabiliter ut de phlegmatica dictum est. urina sanguinei debet esse ruffa, cum rubedine tendente ad obscurum, uel non ad ita clarum, ut cholericæ in substantia mediocriter spiffa. patet ex dictis. urina melancholici est albedini uicina cum quadam fuscitate, & cum substantia satis tenui: hæc patet ex dictis.

De urinis mulierum non prægnantium.

Rub. 9.

**V**RINAE mulierum sunt subcitrinæ ad albedinem cum turbulentiã quadam, & notabili grossitiẽ declinantes. ad albedinem quidem ratione sexus frigidi;

Cano. Sauo. R 2 quia

quia frigida phlegmatica &c. turbulenta quidem, & grossa: quoniam in eis multiplicantur superfluitates phlegmaticae grossae, quas sic grossas natura per vias earum latas bene potest expellere. unde latitudo suarum viarum est causa, quare in eis non sic multiplicantur lapides. item ad earum ingrossationem, & turbulentiā concurrunt materiae, quae à matrice per canale urinae magnum unā cum urina ad extra propelluntur. & idē urinae mulierum pannos maculāt, & non uirorum, ut notat experientia. ex quibus infertur, quod urinae uirginum debent esse minus turbidae, & missus tincte sit tamen hic, & alibi, ubi oportet memoria canonis, qui positus est supra, quod debet semper considerare aetatem, regionem &c. in comparando urinas ad inuicem. & quia dictum est de urina mulierum, ut sunt in naturali earum dispositione, in qua oportet ipsam urinam uariari à consueta, cū sunt praegnantēs, quae praegnatō est naturalis dispositio: hinc uidetur etiam communiter de ipsarum praegnantium urina. & eō audacius loquar, quod hac in parte Duce meū Auic. secutus fuero. studeat itaq; medicus quilibet in comprehendendo urinam uerē praegnantium: cum frequentissimē ex eius uisu, & iudicio contingat medicos decipi. unde infamiam acquirunt, & credulitatem apud dominas amittunt, quae sunt tuba communis medicorum. pro qua non amittenda omne studium, omnemq; diligentiam debent accuratissimē adhibere: acquirunt etenim ex ipsius uero iudicio gloriam, utilitatem, & honorem.

## De coloribus urinae praegnantium. Rub. 10.

**V**RINAE praegnantium debent cum magna solemnitate considerari, obseruando conditiones superius memoratas, dēt medicus attendere, si urina est eius, quae in principio impraegnationis, aut medio, aut in fine: quoniam alia, & alia debet in his diuersis temporibus apparere: urina praegnantis in principio, quia in primo, secundo, uel tertio, aut quarto mense, & usque ad sextum exclusiue: est citrina, ad subalbedinem declinans clara, in superficie habēs nebulam, in medio uerō eius hypostasim, uel materiam hypostaticam ad modum coti carminati, in qua apparent quaedam granula ascendentia, & descendentia, quae cum mouerur, siue agitur, non conturbatur. citrina quidem, & ad subalbedinem &c. quia calor reuocatur ad matricem, & alias vias uidetur deferere; hinc est, quod non multum tingit. item magna quantitas sanguinis mittitur ad matricem, quod ad subtiliandum ipsum, & alia faciat iuuamenta necessaria: mittitur alia pars cholerae, quae est causae magnae tincturae clara quidem; quoniam superfluitates, quae solent esse causae turbulentiā, ut supra, clausa matrice iam cum urina non expelluntur. sed hic nota hoc esse uerum, ut in pluribus: quae reperiuntur mulieres, quae in toto tempore impraegnationis menstruantur, in quibus urinae non sunt clarae in superficie &c. nam in superiori regione urinae matrice ante repleta multis superfluitatibus uiscosis, calore existente potēt, & reuocato propter conceptum euacuantur haec superfluitates, quas, cum subtiles factae sint, & leues, calor ipse ad superiora propellit. cotum autem carminatum est ex eadē materia, quae est nebula: sed non est materia ita lenificata: sed est medio modo se habens inter graue, & leue. & idē locum medium, siue regionem mediam petit, & est albificata diaphana; eo quod est rarificata à colore, à quo etiam diaphaneitatem recepit. carminatum &c. propter uentositatē, quam multiplicat praegnatēs, ut statim dicetur de granis. sed dicet aliquis, si haec materiae uiscosae expelluntur à matrice, ergo deberent facere urinam turbidam. pro isto dicendum, quod haec materiae uiscosae &c. non per os matricis ad canale magnum urinae deductae cum urina expelluntur: imo stat os clausum, & illae materiae subtilitae redundant ad vias urinae minores, & de minoribus ad maiores &c. extra pelluntur, & uniuntur, & loca in urina conuenientia eis ratione qualitatum motiuarum iam acquisitarum petunt. unde quae est in media regione, est materia non habens in partibus suis multam unitatem, sed modicam: imo distantiam inter partem, & partem, ut cotum carminatum: est tamen materia multum grossior nebula, & magis uiscosa ualde, in

qua apparent &c. ubi aduertendum, quod propter fortes oppilationes attenuatorias, quae à foetu in corporibus praegnantium contingunt multiplicantur uentositates in eis, quae postmodum cum materiis ipsis per vias urinae expelluntur. amplius clausa uia intestinorum: nam, ut notat experientia, praegnantēs frequenter mingunt, & raro ascellant uentositates. itaq; istae causant in urina granula parua, siue ampullas minutas, quae dicuntur granula; eo quod non sunt diaphana propter eorum paruitatem: apparent nanque descendere, & ascendere, eo quod earum quaedam est leuior, quaedam grauior. unde pulsa à uapore, siue uentositate eminentes sibi inuicem franguntur. fractae, & strictae descendunt; haec tamen granula raro uidentur. quare dictum est quandoque, de quibus aliquid cap. 7. coctum uerō ut frequenter: quamuis neutrum quandoque appareat, ut dictum est in menstruata. quare cotum est signum efficacius granis. quae cum mouetur &c. nam in principio clausa matrice, & ab ea superfluitatibus per canale magnum urinae non expulsis, natura mittente sanguinem, & alios humores ad matricem contingit urinam remanere puriorem. quare in eis ductu non conturbatur, ad quod facit oppilatio magna, ut dictum est, quae est causa prohibens materias grossas per vias ipsas sic grossas expelli. in medio uerō impraegnationis, quia in sexto, septimo, uel circa, urina erit coloris aquae cicerum rubeorum, uel pedum citrinorum modo Auic. nam facta retentio sanguinis ex multo tempore natura matricis existente forti ad expellendum expellit per porositates aliquid sanguinis retenti fusci, qui cum urina commiscetur, & colorem illū causat. & hoc maximē habet uerum in muliere latorum pororum: quoniam in ea, quae esset strictorum pororum, non sic appareret. unde & raro iste color in praegnantibus uidetur pedum citrinorum &c. nam urina est similis aquae, in qua sint cocti pedes citrini animalium, ut sunt uituli non excorticati, quia excorticati faciunt brodium album: quae est uiscosa declinans ad fuscum: nam uirtus expulsua matricis expellit materias phlegmaticas uiscosas in fundo matricis alteratas cum aliquo sanguine fusco, ad quod etiam facit calor adurens: sed hoc rarissimē apparet. in fine uerō impraegnationis quandoque apparet in urinalibus earum rubedo in loco, in qua apparuit in principio praegnationis subalbedo. & cum mouetur urinale praegnantis, conturbantur. Auic. 22. tertii de signis impraegnationis. ex quibus infertur, quod color urinae, tunc debet esse citrinus ad rubedinem declinans: nam Auicem non uidetur ponere differentiam aliam inter colorem, qui apparet in principio, & qui in fine, nisi quod loco subalbedinis & caetera. considera secunda primi de urinis mulierum. inquit. Et cum hoc loco eius, scilicet irini fuerit rubedo; erit in fine praegnationis, & proprie si turbetur, cum mouetur, color irinus est color uiridis, tendens ad crudum, aut blaus: qui ambo causantur à frigiditate, seu remissa caliditate, ut supra, reuocato iam calore ad matricem, & transmissa amplius cholera cum sanguine ad matricem, ut supra. iste igitur color irinus est apprensus in principio &c. apparet itaque rubedo, nam natura incipiente moueri ad expulsionem faciendam. unde egrediuntur aliqua partes phlegmaticae tinctae à sanguine in ipsa matrice. & cum istis omnibus coloribus apparent in fine, & medio nebula, & cotum, granulaque quandoque, de quibus actum est. sed hic est maximē aduertendum, quod omnia ista signa simul quandoque possunt apparere in muliere non praegnatē, in qua est retentio menstruorum, ut in mola, in qua multi famosi medici decepti sunt, & non paruam sortiti infamiam, qui casus accidit in quadam famosa domina, ut meo tempore Papiæ: nam & bonus, & sapientissimus ille Marsilius de sancta Sophia tunc aliquantulum titubauit una cum Petro de Tusignano ualentissimo practico. & idē student iuuenes, ut simul cum significatione sumpta ex urina habeant uerum iudicium sumptum ex aliis signis impraegnationem demonstrantibus, inter quae est unum praecipuum, & magnum, ut obstetrix imponat digitum in uulua, & sentiat, si orificium matricis clausum sit. quod, si sic; arguit impraegnationem, ut quinto aphorismorum commento quinto: nam tempore impraegnationis non potest acus intrare. 21. tertii de generatione embryonis. item retentio menstruo-

menstruorum in suo tempore in muliere bene sana est satis efficax signum: imo mulieres maxime super hoc solo signo se fundant ei magnam adhibentes fidem, & efficaciam. item quia sentit dolorem in decimo die a tempore conceptionis. item, si labia uulvae sicca sunt, quae in mola continuè reperiuntur humida. item quod mulier non sit arthretica, uel ad eam disposita; quia in hac dispositione uidetur urina similis, & cætera. item quod non multum appetat coitum, & est uerum, ut in pluribus. item quia habet appetitum corruptum ad aliquam determinatam rem in excedendo, non solum ex parte qualitatis: sed quantitatis. uidi mulierem prægnantem comedere cineres in magna quantitate. reperiuntur multæ, quæ satiari non possunt ex comestione alicuius rei iam ex impregnatione factæ gratæ; ut pomorum, cancrorum, piscium, & huiusmodi. consimiliter quod abhorreat res sibi consuetas, & alias sibi gratas: ut sic appetitus in eis deficiat, nulla interueniente causa alia, ut est febris & huiusmodi, quæ possit esse appetitus deiectionis. & etiam si cum his sentit in se cruribus languescere, & grauis sic fieri. item si sentit in coitu uir eius caput uirgæ constringi, & inhonestum peti à muliere. item si mamillæ ingrossantur. item fac experientiam Hippoc. aphorismorum. Mulierem si uis scire, si conceperit: melicratum da ei bibere: uerbi gratia, Recipe aquæ pluuiialis. ℥. viii. mellis. ℥. iiii. bulliant ad consumptionem tertiæ partis. & cum mulier uadit dormitum; da ei bibere. ℥. vi. si itaque sentiat dolorem fortem, & torsionem in uentre; iudicium erit de impregnatione: si uerò non; non. hæc addidi cupiens in omnibus honorem iuuenū medicorum, qui si plura habere uoluerint, imo debent, recurrant ad Aui. 21. tertij allegato cap.

## De urinis uirorum. Rub. 11.

**V**IRORUM urinae sunt magis coloratae, & cum mouentur, turbantur, & earum turbatio ad superiora ascendit. quod sint magis coloratae, patet ex causis abundantioribus tingentibus urinam existentibus in uiris. & cum mouentur &c. nam urinae uirorum sunt subtiliores. unde partes grossæ terræ faciliter descendunt per eas. cum ergo agitantur partes illæ grossæ motæ superiora petentes partes superiores urinae turbant. in mulieribus uerò cum urinae sint multum grossæ, & partes grossæ cum sint multum cum subtilibus mixtæ; ex parua agitatione non sic turbantur non potentibus partibus grossis sic faciliter separari, nec per partes penetrare, ut in uirorum urinis. quod, si contingat eas turbari, illa turbatio parua est in respectu turbationis urinarum masculorum. & causa patet. item spuma mulierum est rotundior materia ente uiscosiori, & in circulum magis apta uerti propter maiorem eius resistentiam, quam facit eius fractioni. & hæc spuma secundum plurimum apparet in summitate urinarum mulierum. in urinis uirorum ilico cum commiscantur cum mulieribus; apparent fila adinuicem texta, quæ non sunt nisi quædam species materiae spermaticæ retentæ in uis urinae hora coitus, quæ cum urina expelluntur. & hæc uocantur fila spermatica.

## De differentia inter urinam hominis, &amp; alios liquores, &amp; urinam aliorum animalium. Rub. 12.

**O**MNINO hoc loco colores urinarum aliorum animalium, de quibus Auic. 2. primi allegato loco. sed tamen propter deceptiones, quas faciunt trufatores, hic addo, quod est ex duce sumptum scilicet modum distinguendi inter urinas, & alios liquores: nam alij liquores quanto plus uisui appropinquant, tanto clariores iudicantur: contra de urina. propter quod sciendum, quod mixtorum quædam habent partes heterogeneas insensibiles, quædam sensibiles non multum insensibiles. exemplum primi, ut uinum putrefactum: exemplum secundi, mustum, exemplum tertii, urina, quia in ea sunt partes humorales non multum sensibiles. secundo sciendum, quod partes humorales urinae sunt in duplici differentia: quædam non habent magnam mixtionem cum urina, & ista sunt, quæ transunt

**A** in hypostasim: & de his non est sermo: quædam habent magnam mixtionem cum ea ita, ut non ualent separari à substantia urinae. & istæ partes uidentur de prope; quia in oculo maiorem angulum causant de longe parum ita, ut sub illo uideri non possit. & ideò de longe iudicatur clarior. in uino autem, aut alio simili liquore partes terræ sunt pauca, & parua, & multum permixta: hinc est, quod de prope non uidentur, sicut nec de longe. unde ipsum quasi in omni distantia uniforme iudicatur; licet in longa grossus aliquid iudicatur, similiter confusæ representatis grossis & subtilibus. in musto autem partes eius grossæ de prope uidentur in ipsis prædominantibus subtilibus de longe; aut contra subtilibus prædominantibus, licet etiam grossæ uideantur. præter autem hoc signum est signum sumptum ab odore, ut comprimendo cum manu os urinalis: deinde odorare manum, & hoc sagaciter faciendo propter sagacitates trufatorum, & quod dictum est ab Auic. debet intelligi in urina sana: quoniam in diabetica semper apparebit clara ipsa existente indigesta, & in se non habente partes humorales.

**B** De coloribus urinae in omni specie cuiuscunque humoris apparentibus. Rub. 13.

**I**NITIVM faciens à phlegmate ipsum distinguam in species suas colorem ponens urinae unamquamque eius speciem denunciens. phlegma igitur diuiditur in naturale, & non naturale. phlegmatis naturalis urinae color iam positus est de coloribus complexionum, & præsertim cum est sine febre. phlegmatis autem naturalis, ubi adest febris ipsa phlegmatica, urina est subcitrina in substantia eius, per totum æqualiter spissa cum modica obumbratione in parte superiori. phlegmatis non naturalis quatuor sunt species: acetosum, salsum, dulce, & uitreum, prima quarti de febre phlegmatica. crudum, & mucillaginosum sub uitreo comprehenditur: aqueum, & insipidum sub dulci: ponticum uerò, & acre, sub acetoso. quod additum est: quoniam prima primi de humoribus omnes istas species denominat. phlegmatis acetosi absque febre, urina glauca, uel pallida, in substantia mediocriter tenuis, in parte superiori cum quadam liuiditate, siue obumbratione. eius uerò, quæ est ex febre, urina est subcitrina, remissa in substantia, mediocriter tenuis, cum aliquantula obumbratione in parte superiori.

Phlegmatis dulcis absque febre urina est citrina per totum spissa, sine obumbratione, & liuiditate, & maxime quando est phlegma dulce per admixtionem sanguinis cum phlegmate insipido. eius uerò, quod est cum febre, urina est in colore flaua, uel subruffa, in substantia per totum aliquid spissa. phlegmatis salsi absque febre urina est in colore citrina, mediocriter tenuis in substantia. eius uerò, quod est cum febre, urina est subruffa, uel ruffa in substantia mediocriter tenuis. phlegmatis uitrei absque febre urina alba, & pauca, cum globa in fundo, siue cum residentia globosa, uel trombosa. eius uerò, quod est cum febre, urina est subcitrina globosa.

## De coloribus urinarum in omni specie cholerae apparentibus. Rub. 14.

**C**HOLERA naturalis absque febre iam dictus est color urinae. quod, si febrem fecerit, & maxime tertianam, siue interpolatam ex materia ad extra putrescente, urina est in colore ruffa, uel subruffa, rubea, uel subrubea, ad sensum datum supra de colore urinae rubeo, in substantia per totum tenuis, cum aliquali obumbratione in parte superiori. quod, si feb. fecerit continuam, ut caufonem &c. urina erit rubicundior, cum substantia tenui per totum. cholerae non naturalis quatuor sunt species: citrina, uitellina, prassina, & æruginosa. urina citrina sine febre est citrina, in substantia mediocriter spissa, tenuis, sine obumbratione in parte superiori. eius uerò, quæ est cum febre, color urinae est citrinus, intensus, uel flauus, cum substantia ut supra. uitellinae absque febre color est citrinus in substantia mediocri. ista tamen remittuntur, & intenduntur secundum maiorem, aut minorem admixtionem cholerae cum phlegmate. cholerae prassina, & æruginosa non consueuerunt inducere febres, Cano. Sauo. R 3 neq;

neq; habitare in uenis nisi post maximas ægritudines corumpentes sanguinem, & humores. unde non habent urinam colorare. quod si abundant, in stomacho reperiuntur, & emittuntur per uomitum, aut secessum: & inducunt fortissima accidentia, & quandoq; mortifera apostemata.

De coloribus urinæ in omni specie melancholiæ apparentibus. Rub. 15.

**I**AM DICTVS EST color urinæ melancholiæ naturalis, dū est absq; febre. eius uerò, quæ est cum febre, & maximè in die post diem accessionis, apparet citrina, uel subcitrina, cum tenui substantia iam supercalefacto humore à caliditate putredinali. in die uerò ante accessionem & in die quietis urina est discolorata tenuis, ut de naturali sine febre. cum nondum in ipsum humorem egerit calor putredinalis. aliquando uerò apparet nigra, quando soluitur quartana per uias urinæ, de qua supra. melancholiæ uerò nō naturalis sine febre urina est subcitrina paleari uicina, in substantia per totum tenuis, eius uerò, quæ est cū febre, post accessionem est ruffa, uel subruffa: ante accessionem est citrina, uel subcitrina, & in substantia per totum tenuis.

De coloribus urinæ in sanguine apparentibus. Rub. 16.

**V**RINA rubicunda per totum satis spissa, cum quadam liuiditate in parte superiori peccatum sanguinis non naturaliter ebullientis significat, unde superius rubicunda, & inferius manifestè liuens in primis diebus, & in sequentibus in colore inops, uel uino nigro corrupto similis aucmasticam significat. illa uerò, quæ est in colore rubicunda in primis, & in sequentibus diebus usq; ad sui finem, homotenum significat. & similis est illa, quæ paracmasticam significat. postremò notandum primò, quòd in cōtinuis apparent illi colores, qui apparent in interpolatis: sed utriq; debent esse intensiores in cōtinuis propter maiorem ebullitionem: & in substantia debent esse magis spissa, & turbida propter maiorem conturbationem, & ebullitionem. secundò, quod colores urinarum uariantur in feb. cōpositis iuxta diuersitatem humorum peccatum. unde in hemitritæo, in quo est plurimum cholera, & modicum phlegmatis apparet urina ruffa, uel subruffa, cum mediocri substantia. quòd si fuerit nō cum multa cholera, & cū multo phlegmate; erit remissior, ut flaua cum substantia grossa. & consimiliter suo modo dicatur de aliis. tua itaq; est hos gradus phatariare: nā infiniti pene sunt, ut patet. ex quibus omnib. habetur iudiciū de feb. ipsis simplicibus, & cōpositis per colores urinarum sic declaratos iuxta illa, quæ promissa sunt de colore urinæ, in aphorismis habetur.

Quibus urinæ lymphidæ, aut albæ malè; maximè uerò; si in phreneticis apparent, 72. quartæ particulæ.

Quibuscunq; distates fiunt urinæ, his in corpore perturbatio fit. & 34. septimæ partic. hic tamèn applicari potest & cap. de substantia. & tu considera.

De substantia urinæ. Cap. 3.

**P**ER substantiam hic non intelligimus substantiam simplicem, uel cōpositam urinæ: sed modum se habendi in substantia ipsius, quo. scilicet ad grossitiem, uel spissitudinem, tenuitatem, uel subtilitatem, uel mediocritatem inter hæc, siue eius dispositionem in tenuitate, & grossitie &c. modo Auic. & licet genus turbulentæ, uel claritatis distinguantur à genere substantiæ ab Auic. secunda primi de urinis; tamen etiam sub eo comprehenditur: nam Auic. sub rubrica de substantia urinæ determinat de turbulenta, & clara; ut patet intuenti: nam de hoc genere nullam fecit mentionem, nisi in cap. de substantia. & quamuis ita sit; tamen scito, quod non omne spissum est turbulentum: neq; è conuerso. similiter nec omne clarum est subtile: nec è conuerso. propter quod notandum, quòd res est aliquando grossa opaca, siue spissa: aliquando grossa clara: aliquando subtilis clara: aliquando subtilis opaca, siue spissa. exemplum primi, ut carbonis, in quo remanserunt partes terræ priuatæ partibus diaphanis, aut quia multæ sunt terræ, & pauca diaphanæ &c. exemplum secundi; ut crystallus, albumen oui, gluten piscium,

**E** & huiusmodi: nam multæ sunt partes in crystallo diaphanæ aqueæ expansæ, & multæ etiam terræ cōpactæ, in quas penetrant diaphanæ aqueæ. exemplum tertii; ut uinum depuratum multum, ut est maluaticum antiquum: nam multæ sunt partes diaphanæ aeræ, & aquæ cōmixtæ cū paucis terreis nunc uerò nullis. unde diaphanæ dominantur multum &c. exemplum quartum; ut in musto: in eo. n. sunt multæ partes aqueæ subtiles: & ideò dicitur subtile. in eo etiam sunt multæ partes terræ cum illis aqueis, & aereis mixtæ, ab eis nō separatæ multum, & nec multum commixtæ; hinc redditur opacum. quòd, si dicatur de crystallo; dicendū, quòd in crystallo diaphanæ sunt ita fortiter cum terreis mixtæ, ut non sint ab eis faciliter separabiles, ut sufficentes sint grossas illuminare: cuius oppositum est in musto. & in summa causa diaphaneitatis est claritas partium: nā partes superficiales, & centrales possunt terminare uisum. turbulentæ uerò causa est; quia centrales non terminant uisum: sed bene superficiales. & hoc forte uoluit Auic. cū dixit de urinis. 1. ca. Et cū dicimus turbulentæ genus, aut claritatis; intelligimus quod penetratio uisus in ea est facilis, aut non est: licet adducat aliam causam. & tu ibi. has autem differentias contingit in urina posse comprehendi &c. & quoniam de grossitie, & subtilitate est facta principaliter mentio; hinc est aduertendus modus quo comprehendit urinam fore grossam, aut subtilem: nam tento urinali in manu dextra debet medicus indicem sinistræ ponere ad latus urinalis distatè per duos digitos, uel tres usq; ad quatuor ita, quod ipse eum uideat per uitrum, & comprehendat eius quantitatem. quo facto ponat eundem sub fundo distanter, ut supra, & ipse prospiciat per urinam tantamquam per mediū. & si digitus uisus est ingrossari, uel apparuerit sub maiori quantitate; tunc urina erit grossa: si non multum grossus uidebitur, tunc urina est subtilis. & ratio; quoniam quoniam spēs transeūt de medio densiori ad mediū rarius; franguntur à perpendiculari, & causant maiorem basim in hac restrictioe, siue angulū in oculo: sed quæcūq; sub maiori angulo uisus; maiora apparēt, & sub minori minora. ergo ex digito uiso sub urinali in magna grossitie iudicandū è mediū, per quod transeunt esse grossum aliis semper paribus. & talis è urina igitur &c. ut autem hic modus sit uerus; oportet quasdam conditiones prius attendere: prima, quod digitus nō multum distet ab urinali: secunda, quod urinale nō multum distet ab oculo: tertia, quod sit notabilis, & mediocris quantitas urinæ: quoniam, quoniam pauca; non fit multa refractio. quarta, quod oportet medicum esse expertum in grossitie tpatata, uel subtilitate, ut sciat sumere lapsum urinarum lapsarum in grossitie, & subtilitate à tpatata &c. docet itaq; medicum esse perfectum: medico autem experto hæc sola quarta cōditio sufficet. quidam tamen uoluerūt hic uno signo turbulentiam, grossitiam, claritatem, & subtilitatem cōprehendere dicentes, quod si post urinale ponit digitus; ipse malè uidetur, aut nō multum clarè cōprehendit: tunc urina dicenda est spissa turbida: si uerò clarè, ac distinctè discernit; tunc dicitur subtilis, & clara. debet autem urina cadere ut mediū inter oculum, & digitum; ut supra. quod si medio modo comprehendetur; mediocris erit. qualis debet esse urina sani, de qua Auic. de urina digesta hæc est mediocris substantia tincturæ ad citrinum trahens &c. & iuxta hoc notandū est, quod licet prima de substantia urinæ ponatur. 1. de crisi; tamen illa reduci potest ad quinque; uidelicet ad urinam subtilem absolutè, ad grossam absolutè, ad mediocriter spissam, ad mediocriter tenuem, & ad æqualem, de qua æquali statim dicitur. sed, ut tactum est supra in principio secundi ca. siccitas, & humiditas sunt causa factiua spissitudinis, & subtilitatis: nam ab humiditate potest dupliciter ingrossari urina: primo modo humores humectando, & liquidos, ac cursibiles faciendo, qui cum aquositate urinali permiscuntur, eam spissam reddunt. secundo modo, quoniam ex nimia humiditate membra relaxantur, per quæ faciliter humores cū urina exeunt dato, quod ipsa nō reddat ipsos cursibiles: imo ubi per angusta uiam, & soliditatem membrorum materiam, siue humores retinebantur, per relaxationem, & amplificationem descendunt, nō ex hoc facti cursibiles. consiit dicendum de siccitate: nā siccitas uno modo facit urinam tenuem humores. scilicet exiccando, & cor reddendo ineptos ad motum: & sic ingrossantur, & cū urina exire non possunt, nec eam sic inspissare, ut si in hepate sicco generentur humores sicci, & oppilates &c. secundo

secundo modo, quando membrum sic exiccatum coangustatur: & sic per uiam angustam non possunt humores cum urina ad extra propelli &c. mediocritas autem inter hæc medio modo disponit, qualis debet esse urina sani, & bene digesta. quæ urina sani, & bene digesta sic ab Aui. describitur. 2. primi de urinis. hæc est mediocris substantiæ, & subtilis tincturæ ad citrinum trahens: & hypostasis si ibi fuerit bonæ dispositionem. secundum modum, quem diximus ex albedine, & leuitate, & æqualitate, & figuræ rotundæ, & odoris temperati: & nec foetida, nec extincta: sed de hac plenius in fine; cum de quantitate, & de contentis pertractatum fuerit. ex quibus inferitur, quod per grossitiem, & tenuitatem habemus significare super multitudinē humorū, aut paucitatem, latitudinē uiarum, aut angustiam, aut oppilationem, aut membrorum relaxationem &c.

Vrina tenuis micta, quæ postquam quieuit, inspissatur aliqualem digestionem licet occultam; significat: nam natura commiscuit aliquam substantiam cum aquositate, & cū hoc uentum. & ille uentus impulit illam substantiam per totam substantiam urinae. & ideo in principio uisa est tenuis: dein de per tempus exhalato uento substantia illa rarefacta à uento inspissatur. unde & urina spissa redditur.

Vrina spissa micta, quæ postea spissa remanet, maiorem, quàm prima, significat digestionem, nam natura fuit potens perturbare; licet non fuerit potens segregare: cum autem spissa remanet; significat maiorem impressionem ex parte uenti, & humiditatis.

Vrina spissa micta, quæ postea deponit, & clarescit, maiorem his omnibus digestionem significat: nam ex hoc arguitur potentia uirtutis in segregando: nam calidi est segregare heterogenea. 1. de generatione: ista tamen urinae significant ægritudinem esse in principio præcipuè, cum sunt cū uniuersalibus remissis: diuersificantur tamen, quoniam quæ est micta spissa, & postea attenuatur, est maximè proxima augmento. quæ uerò est tenuis, & tenuis remanet, est magis elongata: alia uerò medio modo &c. quod si ista urinae sic perseverant longo tempore; longum morbum significant.

Vrina ualde tenuis in omni dispositione significat priuationem digestionis, aut in uenis oppilationem, aut hepatis debilitatem, & canalium urinae, quæ non attrahunt, nisi quod est tenue: & si attrahunt; non eiciunt extra; nisi quod subtile est: aut multæ aquæ potationem, aut uehementis frigiditatis complexionem cum siccitate. & dictum est ualde tenuis; quia aliquantulum tenuis non omnimodam digestionis priuationem significat.

Vrina tenuis, ut supra in ægritudinibus apprens debilitatem digestionis significat: nam non fit debita commixtio partium grossarum &c. quemadmodum debet fieri à uirtute &c. nam potentia uirtutis in spissa monstratur, cum ad subtilitatem uenit, & contra in subtili cum ad grossam. urina hæc deterior est; cum apparet in pueris; quàm in iuuenibus: nam, cum sint humidiores eorum urinae; debent esse spissiores. cum itaq; in ægritudinibus acutis apparent: signum, quod magis elongatur à naturali dispositione &c.

Tenuitas urinae in crism sine ordine, quando de grossa mutatur ad subtilem, reciduationem prognosticat, & dicitur sine ordine, quando de grossa mutatur ad subtilem: nam tunc signum, quod tunc retinentur materiæ, quæ submersio nem facere poterunt &c.

Vrina multum spissa secundum plurimum maturationis significat priuationem, & secundum minus humorum grossæ substantiæ maturationem: nam urina significans digestionem debet esse debite substantiæ. si ergo fuerit ualde grossa; significat impotentiam calidi subtiliantis. in statu tamen febrium de materia grossa, & in apertione apostematum potest esse signum bonum, ut in tempore; quo natura consueuit facere crism hæc urina apprens in acutis ægritudinibus, ut plurimum significat malum: nam in eis propter subtilitatem materiæ debet apparere subtilis. quæ si grossa appareret, significat ebullitionem fortem, & materiam ingrossatam per uiam adustionis; cum uehemens incendium denotabit.

Vrina spissa, micta in multa quantitate, & sæpe est sanior spissa micta in pauca quantitate, & paulatim: nam prima

A significat obedientiam materiæ, & uirtutis potentiam: contra secunda.

Cum urina tenuis in acuta ægritudine ad spissitudinem conuertitur, & non sequitur requies, & corporis leuitas; liquefactionem significat: nam significat uehemens incendium eliquans &c. unde apparebit aliquod uestigium uentuositatis.

Vrina spissa perseverans cum aliquo capitis dolore, & contractione, & pulsatione in temporibus in corpore sano febrem futuram denunciat: ex his enim arguitur ebullitio in materia, à qua eleuantur uapores ad caput hæc signa facientes.

Vrina tenuis, in cuius partibus, rubedinis, & citrinitatis fuerit diuersitas laborem inflammantem significat lassitudinem ex inflammatione contingentem: nam hoc comprehenditur ex diuersitate illorum colorum, quorum quilibet significat caliditatem, & inflammationem. & ego uidi hanc urinam in parte superiori igneam, & in inferiori citrinam: hæc urina cum tenuitate, in qua apparent in fundo, sicut fur furea, ægritudine non existente in uesica, adustionem phlegmatis significat. si ad rubeum colorem declinauerint; significat adustionem in renibus adesse.

Vrina spissa in febribus acutis ad summum multos significat humores, & fortasse significat liquefactionem: non enim in acuta ex paucitate humorum aliis paribus debet urina grossa fieri, ut patet.

Vrina spissa remanens spissa in pauca quantitate micta casum uirtutis denunciat.

Vrina micta aquosa, quæ aquosa remanet, significat priuationem digestionis omnino: nam est signum impotentis caliditatis digerentis, & etiam debite expellentis choleram.

Vrina naturalis coloris, quæ faciliter mingitur, superflue spissa, & multa secundum plurimum significat bonitatem expulsionis multarum materierum dato, quod aliquando significet perditionem. ex facilitate mictus eius, & multitudine arguitur potentia uirtutis, & obedientia materiæ. quæ, si fuerit pauca, & difficulter micta; expectatur perditio: quoniam arguitur, quod ibi sit multitudo materiæ cum debilitate uirtutis.

C Vrina spissa bona est in crisi bus ægritudinum splenis, & febrium permixtarum. patet.

Vrina spissa, in qua sedimen est arenosum, significat lapidem: nam lapis non est aliud, quàm arena &c. nota tamen, quod si illud sedimen est album; significat lapidem uesicæ. si uerò rubeum renum &c.

Vrina spissa, quæ apostematum significat apertionem, ut uidi in pleuresi, cognoscitur ex eo, quod ei admiscetur, & ex eo, quod præcessit: nam aperto apostemate apparet in urina materia saniosa, reddens urinam spissam, & est foetidi odoris. consimiliter petale, furfures, & huiusmodi sunt signa huius denotantia frustra talia ab hepate decidi. ex eo, quod præcessit, quoniam, ubi prius fuerit significatio apostematis uesicæ, renum, uel hepatis: ut si apostema fuerit in gibbo, debilitata uirtute hepatis in sequestrando sanguinē; urina prius apparet ut lotura carnis recentis. similiter si in concauo refudante materiæ ad intestina; egestio similis uidebitur. item in pleuresi, si urina spissa &c. ut supra uidebitur; significat apertionem apostematis, materia transeunte per arteriam aorti, aut uenas sibi propinquas: nam hæc sunt propinquæ pleuræ. unde per porositates descendendo ingreditur uias urinae &c. unde Aui. de substantia urinae; tunc apostema, quod est apostematum lateris, exiit ex parte arteriæ maioris. quod si sanies fuerit bene digesta; conueniens &c. nota tamē, quod uia transitus saniei hora crisis ad uias urinae non est medico bene nota.

Vrina spissa in sano, qui dimisit exercitium, in qua apparet sicut pus, & uirus tenue, quandoque est signum liberationis lassitudinis, in quam incurrit ex dimissione exercitii: nam tunc comprehenditur materiam congregatam euacuari, quæ erat, ut pondus, & grauedo, &c.

Vrina spissa sic egrediens aliquando significat de oppilatione hepatis, & uenarum ante ipsum, aut splenis, aut stomachi &c. comprehenditur autem ex dolore, & grauamine, & ex colore: quoniam, si fuerit ex splene; erit illic dolor,



& tendet ad nigrum, cum ab eo cholera nigra ueniat &c. & consimiliter de aliis: nam in oppilatione hepatis urina spissa apparens significat apertionem oppilationum eius, & uiarum urinae. propter quod expectanda est in liberatione completa fluxus hepatici contingentis ex oppilatione &c.

Urina spissa similis urinae asinorum, uel aliorum animalium, quae declinat ad albedinem cum participatione cuiusdam citrinitatis humorum corruptione significat. & quod magis significat, est phlegma crudum, in quo aliqua caliditas operata fuit, & ipsum cum grossa uentositate ebullire facit. significat & quandoque dolorem capitis uenturum, aut stillicidium phlegmatis à capite ad tracheam arteriam: quae si perseverauerit, significat lethargiam.

Urina tenuis, quae similis est in diabete, uel ei similis perseverans in egritudinibus acutis cum permixtione rationis mortem prognosticatur; propterea quod materiae superueniunt cerebro, & aufertur anima, secunda primi.

Urina tenuis in grossam conuersa, in febre acuta cum signis bonis significat crism cum sudore. quod si non fuerint signa bona, & aderit febris uehementis inflammationis, significat inflammationem in corde, aut hepate.

Urina grossa, quae ante crism clarificatur in febre acuta, est signum non bonum: illud enim est signum retentionis materiae, & defectum naturae in expellendo eam.

Urina grossa turbulenta, in qua non residet aliquid, nec clarificatur, significat ebullitionem propter uehementiam caliditatis extraneae, & debilitate innatae digerentis. quapropter in morbo acuto est mala: & haec est ut subiugalis. propter quod notandum, quod dupliciter causari potest haec urina turbulenta, siue subiugalis: uno modo propter mortificationem caloris; quia cum debilitatur causa; debilitatur effectus. sed sequestratio partium subtilium à partibus grossis fit à calore. ergo ipso deficiente sequitur permixtio subtilium cum grossis. & est simile, sicut inspissatur urina ab aere extrinseco, quando corrumpitur: nam medici ordinant, ut teneatur in loco calido, ut supra, ut fiat haec permixtio &c. & si quaeratur, quare partes terrae derelictae &c. non descendunt &c. dicitur, quod hoc est propter paruitatem earum, unde redduntur impotentes ad diuidendum medium: nam in eis sic paruis est satis remissa grauitas. alio modo fit propter fortem ebullitionem: nam, cum accidit ebullitio in humiditate, quae est cum sanguine transmissa; etiam ebulliunt humores ad intra uenas. unde partes foecales grossae commiscuntur cum illa aquositate. & quia aquositas facta est rebellis naturae, & disproportionata membris; hinc insurgit uirtus expulsua, & expellit ipsam sic turbidam per uenas usque ad uenam cauam: & ab ista per uenas emulgentes ad uescicam, ut supra in principio tractatus. dicitur etiam haec urina mala in morbo acuto: nam, cum materia faciens morbum acutum sit subtilis; etiam urina debet esse subtilis: si ergo est grossa; significat uehementem ebullitionem, & grossam materiam per uiam adustionis, & multam debilitatem calidi non potentis subtiliare &c. sed urina subiugalis, quae est ex ebullitione, apparet in principio: quae uero ex mortificatione, apparet in fine morborum acutorum. & de hac urina loquitur Gal. 4. aphor. commen. 70. propter. n. humoris corruptionem, & actionem caloris fortis in materia grossam, ex qua actione accidit ebullitio cum uentositate grossa turbante, sit haec urina, quemadmodum uidemus in actione ignis in picem, resinam, ceram, & huiusmodi: nam statim apparet ex actione ignis aliquod talium eleuatio rei corpulentae turbatae ex uentositate grossa eleuata. unde propter prognosticum subdit Galenus. Quaedam autem huiusmodi urinarum turbulenta existunt: quaedam hypostasim grossam uelociter faciunt: quod cum fiat; uelocitate cessantis morbi significant: quae uero hypostasim non faciunt, & turbulenta existunt, ut est subiugalis, si uirtus est fortis; longum morbum significant: si debilis; mortem.

Ex parte coloris, & substantiae simul, urina oleaginea, cuius color, & substantia est similis oleo, est mala: si tamen alia apparuerint signa bona; non est uerenda. item mutatio urinae subito de signis laudabilibus ad signa uituperabilia in egritudinibus acutis significat mortem: quoniam significat subitum casum uirtutis propter paruitatem accidentium.

**E** Urina oleaginea quandoque significat permixtionem rationis, & specialiter quando facta est ex exiccatione: quia tunc facta est eliquatio, & consumptio humiditatum cerebri &c. & hoc in egritudine acuta.

Urina, quae in principio acutarum conuertitur ad grossitatem, & ad albedinem, & remanet foeculenta, & turbida, ut est urina asini, & incipit exire inuoluntarie cum uigiliis, & inquietudinibus; significat spasmus utriusque lateris, cui succedit mors, & specialiter cum non fuerint signa alia bona iuncta.

In aphorismis habetur de substantia urina quarta aphorismorum. 69. aphorismo.

Quibus urinae grossae, & globosae paucae, non sine febre, multitudo ex his tenuis ueniens iuuat. maxime uero talia sunt, quibus ex principio, uel post principium, aut celerius, hypostasim habent.

Item. 70. eiusdem. Quibuscumque in febribus urinae conturbatae uelut subiugalis, his capitis dolores aut adfuerint, aut aderunt.

**F**

#### De quantitate urinae. Cap. 4.

**Q**UANTITAS urinae sumitur ex eius multitudine paucitate, & mediocritate: urinae enim multitudo, siue quantitas multa ex septem causis sumi potest. primo quidem multiplicatur urina ob cibi multi, & potus assumptionem, & potus praecipue ut supra. unde, si quis cibum multum, ac potum assumpserit, & non forti exercitio exercitetur, aut sudorem non multiplicauerit, aut non fuerit multum calidus, & ficcus, & urinam paucam fecerit; suspicandum, ne illa aquosa superfluitas retenta in locum medium inter siphac, & mirach comprehendatur, & tandem ad hydropem perueniat: cum his tamen hoc attento, quod fluxum uentris non patiat: nam & multo secessu paucificatur urina. 4. apho. secundo multiplicari potest ex repletionem multorum humorum in uenis existentium, à quibus multa refecatur humiditas in uescicam descendens. tertio modo in uia crisis natura criticante per uiam illam, quando febris est incensua liquefactiua liquefaciens humores corporis, ut cum dissoluitur phlegma specialiter: aut cum dissoluantur humiditates naturales, ut in principio hecticae unde tunc sequitur non alleuatio; sed aggrauatio, & tunc apparet urina unctiosa, ut supra in praecedenti cap. quinto propter nimiam renum caliditatem, attrahentem ad se aquositatem ab hepate, antequam digestio fiat in eo: ut est in diabetica passione: & tunc urina est ualde multa, & aquosa tenuis, quemadmodum accidit in crapula. sexto usus diureticorum uini aquosi, & huiusmodi, quae urinam multiplicat. septimo paruitas expulsionis aliarum superfluitatum iuxta illud commune: tria sunt, quae augmentata se diminuunt, & diminuta se augmentant; sudor, egestio, & urina. paucitas uero nouem causis fieri potest: primo quidem propter paucitatem cibi, & potus, secundo euacuatio per alias regiones; ut est egestio, sudor, & huiusmodi: tertio oppilatio in uis urinalibus, aut collo uescicae contingens, ut in calculosis, aut aliter quomodolibet ex alio humore &c. quarto, quia aquositas retinetur in loco aliquo; ut in hyrope. quinto propter nimiam febrilem caliditatem consumentem humiditatem, ut contingit in febre acuta, & est signum mortale. sexto propter mortificationem caloris, & uirtutis, ut in proximis morti. septimo propter nimiam frigiditatem paralyticantem uescicam, ut in stranguria octauo. & particularius ex apostemate ani, aut colli uescicae ad extra, aut apostemate matricis coartante collum uescicae: ut quando factum est in anteriori parte matricis, aut constringentis uescicam ita, quod non potest simul multa quantitas emitti: sed necessario paulatim mingitur, quemadmodum contingit in praegnantibus, in quibus foetus comprimens uescicam est causa frequentis mictus, & pauci: haec tamen causa sub eo quod dictum est de oppilatione, comprehendendi potest. nono cruditas, & compacitas humorum potest esse causa paucitatis urinae: quoniam sic dispositi non descendunt cum urina; sed remanent fixi &c.

**H**

De urina paucae quantitatis inquit Aui. quod ipsa uirtutis

tis significat debilitatem. & illa, quæ est minus eo, quod bibit, resolutionem multam significat, & aptitudinem ad hydropem. sed oportet ista moderare, & uerificare ex his, quæ dicta sunt de causa paucitatis. & tu considera.

Vrina multæ quantitatis quandoq; significat liquefactionem, & tunc est mala: quandoq; superfluitatum liquefactarum &c. dictum est. urina diuersarum dispositionum, quæ quandoq; mingitur multa, quandoq; pauca, & quandoq; retinetur, est significatio laboris, & pugnae naturæ. & est significatio mala: quoniam significat naturam non esse potentem ad continuandum motum, & pugnam contra materiam: & quandoq; significat grossitudinem humorum, & quod ipsi difficulter suscipiunt digestionem. q; si feb. fuerit quietas; significat longitudinem propter grossitiam humorum.

Multitudo in acutis ægritudinibus cum post ipsam non adueniat requies; est significatio hecticæ, & spasmi ex inflammatione, & sudor; quia scilicet si post eum non sequitur requies: qm̄ est signum eliquationis, & inflammationis humiditatum, & exiccationis earum. & ex consequenti non miretur, si spasmus de siccitate expectatur, & præcipuè in pueris, & similibus &c. ex quibus concluditur, quod mediocritas urinæ ex causis mediis causatur. & tu considera.

**E** T **C** O N G R U V M uidetur, ut post determinationem de substantia urinæ, & eius quantitate agatur de qualitate separationis eius. idèdque aduertendum, quod, quando patiens febrem acutam non potest iningere nisi parum, & cū dolore absque uulnere, aut apostemate in instrumentis urinæ, & habet pulsum frequentem, & debilem; est signum malum. cum retinetur urina in febre continua, & est uehementia doloris capitis, & multitudo sudoris; signum est futuri spasmi. urina, quæ guttatim stillatur in febre continua, & cū uehementia doloris capitis, & cum multitudine sudoris, significat zuzeti. i. &c. urina, quæ guttatim distillatur in quiete, significat fluxum sanguinis narium. quod si febris fuerit acuta incensua; significat dispositionem malam, & aduenientem cerebro. & si fuerit quietas; significat multitudinem repletionis, & debilitatem naturæ in expellendo. & causa urinæ in ægritudinibus acutis egredientis inuoluntariè est debilitas uirtutis, aut nocuentum in cerebro, & non fit illud, nisi propter ascensionem materiæ acutæ calefactæ ad cerebrum. quare communicant ei membra lacertosa.

In aphorismis. **V**rina noctu multa facta modicum secesum significat, & è conuerso. 83. quartæ.

Quibuscunque ex stranguria ileos innascitur, in septem diebus pereunt: nisi feb. superueniente urina multa fluxerit. 45. sextæ.

Stranguriam, & dysuriam repletio uini, & phlebotomia soluit: incidere uerò uenam, quæ est intus talum bonum. 50. septimæ.

Postremò notandum, quod mulieres plus multo mingunt uiris propter tres causas: primò propter impotentiam uirtutis; ad resoluendas materias superfluas: secundò, quia sunt magis humidæ aliis paribus: tertio, quia habent uasa ualde lata, & ampla. & idèd caue, ne ab eis sis deceptus, quod frequenter non ostendunt totam quantitatem urinæ earum, ne ex tanta quantitate medicus iudicet eas multum potasse.

**D** E **C** O N T E N T I S **U** R I N A **C** O N T I N E N S **R** U B R I C A S. 18. Cap. 5.

**D** E **O** D O R E, & **S** A P O R E **U** R I N A E. Rub. 1.

**P** E R **C** O N T E N T U M **U** R I N A E hic satis uniuersaliter intelligo omne illud, quod post colorem, substantiam, & quantitatem à sensu aliquo in urina comprehenditur. unde & sub contentò hoc modo odor, & sapor, & spuma comprehenditur: plurimi enim capitula specialia, ac distincta de his fecerunt: sed ob maiorem breuitatem omnia hæc cū aliis contentis sub uno comprehendam cap. cõtenta itaq; sunt. 21. f. odor, sapor, spuma, pinguedo, ampulla, circulus, granula, nebula, humor, pus, sanguis, sperma, atomus, hypostasis, furfur, crinoïdes, squamæ, cinis, pilus, sabulus, uapor. 110. omni. q. q. Et de decem, & nouem tales reperiuntur uersus.

**C** I R C U L U S, ampulla, granum, nubecula, spuma,

**A** Pus, pinguedo, pilus, sanguis, arena, chymus, Furfura, crinoïdes, squamæ, partes atomosæ, Sperma, cinis, sedimen, spiritus alta petens.

Quibus addantur odor, & sapor, de quibus prius.

**V**rina odore priuata secundum plurimum frigiditatem complexionis, aut superfluam cruditatem significat: nam odor, qui est qualitas secunda ex dominio caloris consurgit. & dicitur secundum plurimum: quoniam materia habente raptum ad superiora, ut in phrenesi, discolorata apparet, & odore priuata: & tamè est ibi caliditas &c. & 14. apho. aph. 72. **V**rina talis plerumq; in acutis ægritudinibus extinctionem caloris significat: nam factus est impotens ad commiscendum humores odorem facientes in urina propter eius extinctionem &c.

Cum urina fuerit odoris foetidi, & habuerit maturacionis signa; tunc significat scabiem, aut ulcera in instrumentis urinæ. quod si non affuerint signa maturacionis; suspicandum est ex putrefactione in uenis existente hoc contingere. clara sunt hæc: nam foetor putrefactionem significat. itè oportet signa alia notare de lesione aliorum membrorum, si canonicè uerificari debet. cum talis apparuerit urina, & non uitio illorum membrorum, & hoc in febre acuta; signum malum: nam uehementem putrefactionem, & rebellionem superfluitatum portendit.

**V**rina, cuius odor ad acredinem trahit, putrefactionem humorum frigidam substantiam habentium significat calore extraneo superante; nã calor extraneus inducens in humoribus frigidis ebullitionem causat saporem acetosum; licet èt à frigido possit causari, ut prima primi de humoribus.

Hæc urina si in febribus acutis apparuerit; mortem prognosticabit: quoniam tunc erit signum, quod hic odor causatus est à calore remisso, & mortificato naturali, superante extraneo.

**V**rina, cuius odor ad dulcedinem trahit, dominium sanguinis significat ad dulcedinem, idèst, ad mitem, & suauem, ut est odor lactis, uel sanguinis ita, quod debens iudicare de tali odore prius debet habere notitiam de odore lactis, uel sanguinis.

**C** **V**rina, cuius foetor, siue odor est multum acutus, materiã cholericam denunciat: nam, cum sit humor subtilis ualde calidus, & acutus; hinc eius odor &c.

**V**rina, cuius foetor, uel odor ad acredinem trahit; melancholicam significat materiã: quoniam melacholia ipsa est acris odoris. nota tamen, q; & phlegma acre est huiusmodi. quare distingue ex parte grossitiei, & subtilitatis urinæ, quãdo in phlegmate est grossior &c.

In acutis ægritudinibus cū foetor in urina præsentabitur postea subito remouebitur, & non fuerit secuta alleuiatio, signum erit casus uirtutis: quoniam ex quo non alleuiabit, signum erit cum aliis q; materiã putrida retinebitur, & q; uirtus facta est impotens expellere.

Postremò scito, quod, cum in sano urina foetida perseverauerit; significabit febrium putridarum euentum, aut retentam putrefactionem minorari, & ex cõsequenti alleuiatione comprehendetur post eius mictum: nam perseverante putrefactione non alleuiato corpore meritò expectandæ sunt febres &c.

**D** E **S** A P O R E autem, quomodo multi trufatores dicunt esse necessarium ad cognitionem dispositionum urinæ, dico uerbum Auicennæ, secunda primi de urinis. 1. capitulo. Sunt quidam, qui inter hæc genera ponunt genus tactus, & genus saporis: sed nos proiicimus. urina tamen salis est saporis, ut supra.

**D** E **C** I R C U L O **U** R I N A E. Rub. 2.

**C** I R C U L U S est quid supereminens urinæ: & idèd à quibusdam pronunciatum non esse uerè inter contenta urinæ numerandus, de quo circulo, & eius significatione in dispositione humani corporis est suspicandum, ut sit satis efficax signum: imo inter signa nedum fortia, sed neque mediocria sit numerandus: cum ab authoribus nostris præstantissimis, qui de significationibus sumptis ab urina, & contentis eius nulla de eo specialis fiat mentio; unde neq; Hippo. neq; Gal. neq; Isaac, neq; Aui. de eo quicquam dixerunt. salernitani tamen de eo mentionem fecerunt, qui fortasse

fortasse ex longa urina inspectione aliquid ueritatis ex eo comprehenderunt. & quod dictum est de eo, intelligatur de granis, & partibus atomosis. & quoniam iuuenes maxime omnia intelligere cupiunt; hinc breuius, quam potero, suis locis mentionem faciam non omittens, quæ erunt ad eorum plenam intelligentiam.

Circulus est substantia multum aquosa, & diaphana ex participatione partium multum aerarum in circumferentia urina uisu comprehensa. & dicitur comprehensa: quoniam etiam eius substantia per totam superficiem urinae expanditur: quæ tamen uisu non comprehenditur, & sicut in superiori parte urinae collocatur; ita dicunt super partes corporis superiores, ut capitis habente significationem; nã uidetur ipse generari ex partibus leuioribus materiarum petentibus superiora.

Circulus albus spissus significat abundantiam phlegmatis in parte capitis posteriori, eo quod in illa magis abundat phlegma.

Circulus citrinus præsentiam humorum cholericorum in dextra parte capitis significat; eo quod in illa magis abundat cholera.

Circulus in substantia tenuis, colore pallidus, uel fuscus humorum, aut uaporum melancholicorum ascensum ad partem sinistram capitis; eo quod in ea parte est splen.

Circulus in colore rubeus, in substantia spissus uaporum, aut humorum sanguineorum ascensum in parte anteriori significat; nam in parte anteriori sunt plures uenæ, & arteriæ, quæ sanguinis multi sunt continuæ. unde Constantinus in uatico. Caput in quatuor diuiditur partes: nam in posteriori dominatur phlegma: in anteriori sanguis: in sinistra melancholia: in dextra cholera. & cum ab his causis circulus causari habeat; hinc &c.

#### De ampulla urinae. Rub. 3.

**A**MPULLA est corpus paruū, rotundum ex uentositate grossa, ut uapore incluso sub partibus uiscosis, & aqueis urinae gentium, in superiori eius parte eminens: nam uentositas grossa inclusa in partibus illis ad superiora eleuat in cupum, quemadmodum uidemus in sputo emisso per cauiam a pueris. unde faciunt ampullas magnas: nam in medio uia sputum uiscosum, aut aqua uiscosa secum trahens aerem in cubum, ut in rotundum eleuatur, per subinclusionem aeris petetis exitum, & propter ipsum sputum, uel aquam prohibentem sua grossa uiscositate ipsum exhalare; nam quandoque contingit, quod uiscositas est pauca resistentiæ. unde tunc faciliter frangitur ampullæ, ut quandoque apparet, quod factis ampullis in mingendo urinam, statim rumpitur. ex quo infertur, quod aliis paribus uinum, quod eas retinet longiori tempore, est melius illo, quod pauco tempore eas detinet. & dictum est grossa uiscosa &c. quoniam, si uentositas esset ualde subtilis, exhalaret: similiter, si humiditas non esset uiscosa notabiliter non resisteret &c. ita quod requiritur hic, quod dictum est & propter iuuenes sciendum, quod, quando in homine reperiuntur humores crudi uiscosi, & uentositas grossa, & illi expelluntur per uias urinae; tunc in eorum transitu per angustos meatus commiscuntur; & cum ad extra pelluntur; uentositas petit exitum, & partem superiorem. unde humor sua uiscositate exitum talem prohibens est causa, ut in de ampulla generetur, ut dictum est. ex quibus infertur, quod aliis paribus quantum ampulla fuit minor, iudicandum est eam tantò magis per angustiores uias deriuatam esse. unde multi uolunt cum ampullæ fuerint grossæ; iudicandum esse super dispositionem stomachi, & membrorum nutritiuorum: quoniam uia sunt latiores his, quæ sunt membrorum superiorum; & cum fuerint subtiles; super dispositione cerebri &c. infertur secundò, quod urina tali apparente in morbo. scilicet cum ampullis multis, & grossis, & ipsa perseverante, signum est longitudinis morbi ipsius. infertur tertio, quod hæc urina futurum lapidem in renibus prognosticatur: nã, cum humiditas ista uiscosa per ipsos renes transeat, quæ nõ digeritur, nisi in longo tempore; arbitrandum eam ibi detineri, cum ipsa sit grossa, ut suppositum est, & locus angustus

**E**quare in tempore aduretur, & in lapidem conuertetur. & hoc est, quod uoluit Hippo. 7. aphor. apho. 32. Quibuscumque in urinis supernatant ampullæ, his nephriticam significant, & longam ægritudinem fortem. infertur quartò, quod istæ significant uiscositatem humorum, & uentositatem grossam in corpore abundantem. patet; quoniam sunt effectus harum causarum. infertur quintò, quod talis urina apparatus in morbis renum est iudicanda mala. patet; quoniam ostendit materiam, ex qua faciliter generari potest lapis etiã materiam uiscosam grossam frigidam, ac uentositatem grossam, ex quibus renes ipsi multum grauari possunt ob earum angustas uias. uiscositatem autem ampullarum maiorem, aut minorem comprehendemus, ut de spuma dicitur. & tu ibi.

#### De granis urinae. Rub. 4.

**G**RANA sunt corpora parua, quæ propter eorum paruitatem uix uisum mouent, & genita sunt ut ampullæ: sed propter eorum paruitatem non dicuntur ampullæ. & ista apparent in circulo, & aliquando sub circulo, ut dictum fuit in de urina prægnantium. habent autem modicam significationem ultra illud, quod dictum fuit, nec de eis ueteres mentionem fecerunt. significant autem materiam rheumatizantem, ut de minutis ampullis &c. scito tamen, quod causa in eis non est ita fortis, sicut in ampulla.

#### De nebula urinae. Rub. 5.

**N**EBULA est quædam obumbratio in superiori regione urinae apparens ex adustione humorum genita: unde facta adustione in humoribus, & maxime in principio febrium in magna hepatis supercalefactione accidit ab his uapores magnos eleuari, qui expulsi cum aquositate urinali: deinde sua natura superiorem regionem urinae petentes ipsam obumbrant. ex quo apparet, quod tali apparet debet esse difficultas anhelitus. & forte hoc est, quod quidam dixerunt ipsam significare angustiam pectoris secundum plurimum.

**G**In aphorismis. Quibus septimo die ægritudo terminatur, his nubem habet rubeam quarta die urina, & alia signa secundum rationem. 71. quartæ.

#### De spuma urinae. Rub. 6.

**S**PUMA NON est aliud, quam multarum ampullarum aggregatio, quæ ex eisdem fit causis, ex quibus ampulla. sed ultra illas nota, quæ caliditas in humoribus ebullitionem inducens, & magnam partem in uaporem conuertens est causa factiue spumæ, & ampullarum illis uaporibus inclusis, ut dictum est. sed duæ causæ dictæ fuerunt immediatæ: hæc nota, & tertia mediata. cognoscitur spuma, quæ a colore generatur, ab alia, quæ ex aliis generatur causis: quoniam illa extincta parua, & minuta: alia uerò contrà, ex quo infertur, quod aliquando habet significare super materiam frigidam grossam; aliquando super fortem calorem. per sui colorem etiam significamus super materiam. & cum fuerit alba; super frigidam, & crudam: & sic ut plurimum est: citrina uerò super materiam cholericam grossam, & uiscosam, ut in icteritia citrina. item in supercalefactione hepatis, nigra super melancholiam phlegmati admixtam, ut in icteritia nigra uiridis significat adustionem. liuens mortificationem, spuma magna, quia longa lata, & profunda, & quando est unius digiti, uel circa; multam uiscositatem, & uentositatem significat: contrà parua. eius autem uiscositas magna, aut parua comprehenditur ex conuassatione urinali: nam, si ex tali conuassatione spuma cito frangitur; est pauca uiscositatis: si tardè; multæ &c. spuma multa, & ampullæ multæ perseverantes significat oppilationem: nam signum est, quod corpus abundat uentositate multa, quæ si per uias tam angustas a natura expellitur: signum est, quod oppilatio est in aliis uis, per quas natura commodius poterat expellere. considera.

## De pure urinz. Rub. 7.

**P**US EST humiditas putrefacta in fundo urinalis apprens, de quo dicitur amplius, cum locutus fuero de hypostasi. potest hoc pus à pluribus locis prouenire: primò ab ulcere colli uesicæ, & est secundum plurimum: & tunc patiens sentit in extremitate uirgæ, & est sanies multa, & sentitur foetor notabilis ex eius odoratu &c. quæ collige. 19. tertij. cap. proprio. quandoque est ex ulcere in poris uritidibus: & tunc sanies est pauca, non cum foetore tanto &c. quandoque est ex renibus: quandoq; ex hepate: quandoque ex apostemate aliunde genito, ut est uidere in pleuresi, cum natura purgatur per illas uias, ut supra: dolor. n. & cætera signa distinguit inter hæc: ut, si fuerit ex hepate dolor in parte dextra sub hypochondrio &c. tu signa distinctiua suis collige capitulis. non inconuenit tamen aliquando emittere materiam saniosam dato, quòd non fuerit ruptum apostema aliquod in membro particulari. & tu considera. in aphorismis quarta aphorismorum apho. 82. Quibus in urinali uia, uel circa pustulæ nascuntur, sanie facta, & erupta, solutio fit. sed scito, quòd, quando ulceratio est in carne; sanies est multa: si in uenis, uel arteriis; tunc non fluit sanies: sed sanguis.

## De pinguedine urinz. Rub. 8.

**P**INGUEDO est substantia ut tela aranea unctiuosa in superficie urinz apprens: hæc nanq; unctiuositas quandoque est uitio renū, ut ex forti calore liquatur eorū pinguedo: quandoque est ex liquefactione pinguedinis, siue unctiuositatis membrorum. comprehenditur. n. differentia ex hoc: quoniam quæ ex liquefactione membrorum prouenit, semper est cum febre, & extenuatione corporis pauca, mali coloris, pauca quantitate. & unctiuositas illa nõ ita cito uidetur post eius mictum propter fortem eius commixtionem cum urina: imo stat per tempus, & non est ita in superficie: sed comprehenditur ipsam esse magis mixtam & ista est urina, quæ consueuit apparere in principio hec tice. & idèd tu inuenis practicæ fac urinam eius, de quo habetur suspitio de hec tica, quiescere: nam in secunda specie apparet oleaginea à medio superius: in tertia uerò per totum, tu causas comprehende. Alii quòd in prima specie apparent quædam guttæ oleagineæ: in secunda tela: in tertia, ut oleum. in ea uerò, quæ ex renibus est, non necessario est febris, urina est multa, benè digesta &c. & apparet in superficie urinz pinguedo: statim est tela magna propter multitudinem pinguedinis renum, & quasi uidetur separata propter ipsam non esse commixtam: eo quòd à propinquis membris ueniat. in aphorismis. 7. apho. 36. Quibuscunque pinguis hypostasis, & globata, his nephreticam significat, & acutam fore.

## De pilo urinz. Rub. 9.

**P**ILVS EST quædam substantia phlegmatica in longum, & in modum pili protensa sub media regione in urina apprens à siccitate renum causata: nã propter oppilationem subtiliatur materia illa; & propter uiscositate protenditur. unde urina eas materias inueniens secum ipsas ducit, & in ea sub forma pilorum comprehenduntur; nam caliditate non multum urente, & à siccitate forti hi generantur pili. ex quibus apparet, super quæ significare habent; quia super suas causas, ut effectus cæteri, quæ iam dicta sunt, de quibus Gal. quarta aphor. commento. 76. Qui in urina pingui &c. contingit aliquando hos pilos, ut pluri mi asserunt, à membris ipsius radicalibus decidi, quod per signa distinctiua comprehenditur: nam, cū primis non adest febris; urina est benè digesta, boni coloris, & bonæ quantitate. cum tamen secundis signa sunt omnino contraria: nã à forti calore resolvente materiam ipsam fortiter exiccant & fiunt. & tu considera.

## De sanguine urinz. Rub. 10.

**S**ANGVIS in urina apprens decisus est ab his membris, à quibus deciditur urina, aut per quæ transit. unde

**A** si ab hepate; ibi est dolor, & grauitas, & sanguis est purus in multa quantitate. si à uesica; tunc est grossus thrombosus, & quasi foetidus: & est nigri coloris propter frigiditatem ipsius membri. & est paucus; quia est membrum pauci sanguinis, & in peritonæo, & circa pectinem sentitur dolor. si à lumbis, quia dolor est multus; & dolor sentitur circa renes, & lumbos. si à renibus; tunc medio modo se habet inter paucum, & multum, & dolor, & grauitas in renibus sentitur. à poris autem uritidibus nullus, uel quasi nullus sanguis egreditur: eo quod sunt membra paucissimi sanguinis. signa autem distinctiuis suis quæras capitulis in aphorismis. Si sanguinem, aut pus minxerint; renum, aut uesicæ ulcerationem significat. 75. quartæ.

Si sanguinem mingant, uel thrombos, uel stranguriam habent, & dolor incidit in pectinè, & sub uentre, & sub peritonæo; circa uesicam dolorem significat. 80. quartæ.

Si sanguinem, & pus mingat, & squamas, & odor grauis sit; ulcerationem uesicæ significat. 81. quartæ, & septima particula aphorismorum. 40.

## De arena urinz.

## Rub. 11.

**A**RENA EST quædam substantia sabulosa in fundo urinalis apprens à caliditate affante causata, quæ si fuerit rubea, in renibus genita iudicabitur: si uerò alba; in uesica. & est generatio eius similis generationi lapidis in fornace. contingit tamen quandoque ex actione debilis caliditatis, & siccitatis lapidem generari, ut ex longa mora actionis &c. & quod potuit forte in paruo tempore fecit debile in magno &c. arena ergo apprens significat lapidem confirmatum, aut debentem confirmari, aut perseverando eius resolutionem. unde, quando apparent arenulæ, & subito deficiunt sine alleuatione stante dolore; lapidem confirmatum significant. si apparuerint, & perseverauerint; eorum mundificatio cum alleuatione signum est resolutionis lapidis, qui fuisset confirmatus, aut qui erat confirmatus. & hic nota, ne decipiaris, quòd aliquando in fundo apparent aliqua, quæ iudicantur ab imperitis arenulæ, quæ non sunt: imo sunt partes phlegmaticæ adustæ. & idèd coletur urina, & grossum ad umbram exiccetur: deinde digitis tangatur ab assistantibus propter honorem artis. quòd si comprehendetur illud esse molle. & leue; tunc erit materia adusta in uenis. si uerò fuerit asperum; tunc erit ex renibus. quòd si fuerit asperum, & nigrum; signum materiæ melancholicæ adustæ, aut etiam maioris adustionis. quæ duo suis comprehendere signis: quoniam cum maiori adustione erit calor fortior, & non peccabit materia melancholica, & huiusmodi.

In aphorismis. Quibus in urinis arenosa substantia sedimna, his uesica, aut renes lithiasim habent. 80. quartæ.

## De chymo urinz. Rub. 12.

**G**HYMVS apprens in urina secundum plurimum est phlegmaticus, & in fundo residens. aliquando tamen natat propter sui subtilitatem, aut sparsionem sui, siue carminationem. & hic habet quandoque similitudinem cum sanie. inter tamen sanie, & ipsum est differentia, quã tu practicè hoc modo comprehendes. concute urinale, & si faciliter spargi comprehendes, quod in fundo est, & faciliter uincitur, & in eius diuisione non comprehendetur quæ si fila fieri ex eo, & erit sine foetore; tunc iudica ipsum esse humorem non saniosum. quòd si erit contra, ut quia fuerit globosæ substantiæ, & uiscosæ: & cum fuerit concussum urinale; difficulter spargitur, & post eius sparsionem fuerit tella lata cū foetore, colore fusco, uel liuido, iudica chymum saniosum. & hic chymus non saniosus, sic apprens fundus, & non hypostasis dici debet, ut liquebit de hypostasi. comprehende etiam per sua signa, ut supra; ut per apostemata, aut ulcera in instrumentis uiarum urinz, ut in de pure dictum est. ex quibus comprehende, quòd significare habet; quia super suas causas, ut supra humorem uiscosum, minus uiscosum, &c.

De fufure, crinoide, &amp; squamis urinz. Rub. 13.

**H** AEC enim tria sub una rubrica posita sunt: quonia similitudinem uidentur habere adinuicem ex parte substantia eorum, & causarum earum.

Furfur quidem est substantia quaedam parua in urina apprens ad rotunditatem declinans, in modum furfuris frumenti, ac colore eius tineta.

Crinoides uero est substantia quaedam grossa, licet parua partibus frumenti fracti similis, etiam ad rotunditatem declinans. ex quo apparet, quod a fufure differt ex parte profunditatis.

Squama autem est substantia ad modum furfuris: sed diaphana colore. s. priuata, quemadmodum apparent piscium squamæ. petalum uero dicitur frustum ita, qd etiam crinoidem petalū dicere possumus. Gordonius uero squamas petala idē enunciauit. uidetur tamen petalum plus importare quam squamæ: nam petalum est sicut genus: squama uero, ut species. unde Aui. secūda primi de significationibus specierum Hip. ex petaloidibus, quaedam sunt coloris fusci, & obscuri, & aut squamis piscium similes. & hæc est uehementer mala &c. in summa ex dictis Aui. allegato loco. §. i. Similis uero rasuræ intestinorum. colligitur, qd petalum est frustum quoddā corticale. unde cortices sunt substantia corticibus membrorum, ut sunt rasuræ intestinorum similes, & petala dicuntur. & hæc quandoq; sunt rubeæ. & signum est, qd a rene ueniunt: qnq; albæ, & significant, qd sunt ex uesica, aut ex mēbris radicalibus. unde squamæ apparentes in febre acuta nō apparentibus signis digestionis sunt ex rasura facta in neruis, uenis, ossibus, &c. & furfur idem, & quod febris incipit ex profundo radere. quæ autē sit deterior, an petala maior, aut minor, dicetur in dubiis: hæc enim resolutiones ex consimilibus causis prouenire possunt: nam huiusmodi substantia in urina apparentes significant aut nimiam membrorum radicalium caliditatem, & siccitatem earum partes resolutes, & scindentes, siue separantes: quemadmodum cōtingit tempore magni æstus, qd a partibus terræ paludosa superficialibus eleuantur partes terræ, ut squamæ magnæ. & dictum est paludosa; quia ex non paludoso eleuatur puluis, aut separationem partium superficialium uesicæ, siue instrumentorum urinz, ut pororum uritidum. comprehenditur primum: ut quia membra urinz sana sunt: & tamē illic adest febris intensa, debilitas uirtutis, macies corporis, & huiusmodi, apta denotare membrorum liquefactionem. si uero fuerit a uesica; tunc apparet in instrumentis urinz nocumentum; ut pruritus, & ardor in uirga, & urina nō erat sana, hoc est, aut in ea apparebit, aut sanies, aut aliquod tale, p quod comprehendetur nocumentum in ea, aut in instrumentis urinz. unde. 4. apho. Quibus urina pingui. i. naturali exillente fufurea sedimina minguntur his urina scabit. nota tamen, qd licet ita sit; contingit tamen aliquando has resolutiones ab humoribus prouenire, & sæpius a materia phlegmatica. unde ab eis uirtute causarum suprascriptarum separantur partes ita parua in modum furfuris, crinoidis, aut squamæ. differunt tamen quo ad prognosticum; quonia squamæ sunt resolutiones membrorum radicalium, ut arteriarum, uenarum, &c. & specialiter, quando non sunt uitio instrumentorum urinz, a caliditate, & siccitate minori, quando sunt fufures factæ. unde fufures maiorem caliditatem, & siccitatem indicant: quod ex colore comprehenditur. quidam dicunt hæc significare hecticam, quando non est uitio instrumentorum urinz. unde existimant tales resolutiones separari a uenis, arteriis, & ab aliis membris radicalibus, ut ossibus, licet ualde parum. & sint ualde parua ex forti caliditate, & siccitate infixis, & cætera.

De crinoidibus uero dicendum, qd cum crinoides sint frusta grossa; ipsa non resoluuntur, siue separantur a membris radicalibus: sed ab humorib. grossis, materia morbi, & partibus carnis recenter genitæ; nam membra radicalia, ut uenæ, arteriæ, ut nerui, sunt membra subtilia ualde, a quibus frusta ita grossa separari non est uerisimile. nec etiam ab ossibus, & si sint grossa, cum nihil, uel quasi nihil ab eis separetur &c. dicitur recenter genitæ &c. propter quod aduertendum, qd scribitur a Gal. 2. prognosticorum super illa parte. Et si quidem hypostasis fufurea. quod primum, quod lique-

**E** fit in febre, est adeps recens: deinde antiquior: deinde caro: deinde membra ipsa: & quando liquefiunt membra ipsa; uides in urinis partes inæquales similes petalis. crinoides autem in febre acuta significant grossitiam materia morbi, & ex consequenti timorem: quoniam uirtus in paruo tempore materiam ita grossam digerere non poterit: in febre uero lenta, & longa, dissolutionem carniū, aut ægritudinis prolongationem. in aphorismis septima aph. 32. Quibuscūque in feb. in urinis crinoides hypostasis fiunt, longam ægritudinem significant.

De atomis urinz. Rub. 14.

**A** T O M A sunt corpuscula parua humoralia nondum terrestificata, per uiam stillicidii a partibus remotis uenientia; ut sunt corpuscula, quæ in sphaera solis comprehenduntur; nam talia indicat descensum humorum ab alto ad partes inferiores per loca ualde angusta, quæ aut in eis aere, siue uapore icluso, aut motu descensus calefacta non descendunt: sed quandoq; uidentur descendere. & hæc, ut quidam dicunt, significant futuram podagram, uel arthriticam, si perseuerauerint. & consimiliter imaginatur a medicis granula parua minuta apparentia in urina prægnantium generari: quoniam, cum os matricis tempore imprægnationis sit clausum ita, ut uix puncta acus penetrare possit, uigesima prima tertii de generatione embryonis; hinc resolutiones spermaticæ descendentes per uiam ita angustam minutantur ualde. quare uenientes ad urinam urinz cum ea expelluntur, ut supra in fine secundi capituli, & tu ibi. apparent tamen quandoque istæ resolutiones ita minutæ in urinis corporum repletorum. & ideò hoc dictum uidetur parti instantiam. neque usque modo inueni eum autorizatum &c. quare &c.

De filis spermaticis urinz. Rub. 15.

**F** I L I A spermatis in urina apparentia sunt: aut ex coitu nouiter facto, ut supra: aut ex repletionem uasorum spermaticorum, ut in robustis religiosis, membris &c. aut debilitate contentiue testiculorum. unde sperma egreditur inuoluntarie, & sine delectatione: & tunc est signum gonorrhoeæ. & est passio, cui oportet subito succurrere, aut ex pollutione nocturna &c. aut ex paralyfi uirgæ, & testiculorum & super istas causas significare habet. tu tamē nota, quod aliquando in urina apparent fila phlegmatica similia filis spermaticis. sed inter hæc est differentia talis: quoniam spermatica sunt peruia multum, & alba eleuata magis uersus mediam regionem. phlegmatica autem magis descendunt, & non sunt peruia. neq; ita alba &c. tu tamen ex aliis signis, & ex relatione etiam infirmi. &c.

De materia cineritia in urina. Rub. 16.

**R** E S O L U T I O N E S cineritiæ in urina apparentes causantur ut plurimum a materia melancholica adusta, quæ sui grauitate fundum urinalis petunt. quandoq; autem significant materiam phlegmaticam mutatam ad melancholicam per adustionem, aut pus adustum. & sunt significantia secundum plurimum; ut ficus, cōdylomata, hæmorrhoides, super uitium splenis, retentionem menstruorum, abundantiam melancholiæ, aut ægritudinem melancholicam, & hmōi: nā ab his, siue consimilibus deciduntur membris.

De uapore, siue fumo in urina apparente. Rub. 17.

**V** A P O R, aut sicut fumus aliquando in urina apparet, qui non ab omnibus comprehenditur: est enim difficilis satis comprehensionis. & hic aliquando fit, seu causatur a materia grossa adusta. unde a tali eleuatur, & constante uirtute significat longitudinem ægritudinis, et in Benedicto de Albertis uidi. aliquando uero fit a materia calida adusta uehementi adustione, & non constante uirtute, significat mortem: ut contingit magistro Paulo Veneto ordinis heremitarum tanto philosopho: aliquando a phlegmate crudo aliquantulum adusto, quod a pura discernitur foetore & hoc est, quod uoluit Aui. secunda primi de urinis cap. de substantia urinz in fine: inquit. Et quidam dixerunt, qd cum in inferiori parte sit aliquid, quod pulueri sit simile, aut fumo

Petalum.

Paulus Venetus.

mo; prolongabitur ægritudo: & si in tota perdurat ægritudine, prognosticat mortem, aut phlegma crudum, quod à pure discernitur fœtore.

## De hypostasi urinæ.

Rub. 18.

**H**YPOSTASIS est substantia superflua in tertia digestione causata una cum aquositate urinali per vias ei<sup>9</sup> ad extra ppulsa in urina pēdens, & ab eius substantia separata. ex quo potest inferri, quod corpora temperata non habent hypostasim, cum ipsa in tertia digestione scilicet facta in uenis superfluitatem talem non multiplicent, & si multiplicent, insensibiliter expellunt ob uirtutis eorum robur. & forte hoc correlarium intellexit Auicē. capi. de urina digesta sana, cum inquit. Et hypostasis si ibi fuerit bonę dispositionis secundum modum, quem diximus. & huius opinionis fuit plusquam commentator. & dicitur superflua in tertia digestione &c. ubi nota, q̄ hæc superfluitas quandoque deciditur à nutrimento, quandoq; à materia morbi, & de hoc in dubiis. & dicitur hypostasis ab hypostasi. quod est sub, & positio, quod est substantia urinæ iacet. iacet autē quandoq; in media regione, quandoq; in suprema, quandoque in infima siue fundo. dum autem est in medio cum conditionibus suis, de quibus statim; uocatur hypostasis, siue e-neorema. dum est in suprema parte, uocatur nebula, uel nephela. si autem in fundo, & si largo modo iuxta interpretationem datam de hypostasi, dici possit hypostasis, tamen uerius dicitur fundus. propter quod notandum, q̄ materia talis in fundo residens, significat aut eius multam grauitatem aut resolutionem magnam uentositatis, siue eius priuationem potentis illam substantiam ad superiora eleuare. e-neorema uerò significat, q̄ cum ea est tanta uentositas, q̄ potest eam usq; ad medium, & non usq; ad supremum eleuare. nephela uerò, siue nebula, q̄ cum ea est multa uentositas com mixta, potens ad superiora eleuare. hypostasis autem diuiditur in naturalem, & bonam, & non naturalem iuxta illud Aui. de hypostasi. non naturalis uerò hypostasis: nam habitatio naturalis hypostasis. facilius comprehenditur dispositio non naturalis per eius recessum maiorem, aut minorem à naturali. est itaq; naturalis hypostasis superfluitas tertię digestionis, mediocris quantitatis, alba, leuis, & æqualis in partibus suis continua, figuræ pyramidalis, in medio pendens, similis fundo aquæ rosatæ in tempore debito apparēs quæ cum aquositate urinali ad extra propellitur à substantia eius diuisa. & dicta est naturalis; quia naturalem eius dispositionem significat fortitudinem. si uirtutis membrorum radicalium debite agentis in humores, & in materiam superfluentem ipsam debite separando. dicitur mediocris &c. quoniam quæ excedit; causam superfluentem denunciat, & diminuta diminutam &c. dicitur alba: quoniam ex hoc denotatur dominium caloris membrorum radicalium, ut uenarum, arteriarum, potentis conuertere nutrimentum, quia sanguinem uersus naturam ipsorum membrorum, quæ sunt alba: unde superfluitas ab eis decisa etiam alba deciditur. unde. i. prognostico. com. 47. albedo tamen hypostasis est albedo debite luciditatis cum grossa, & uiscosa. albedo aut phlegmatis plus tendit ad opacitatem, & est magis uisus terminatiua. ubi aduertendum, q̄ in tertia digestione deciditur superfluitas nutrimenti: quæ aliquando sub forma sudoris expellitur, aliquando insensibiliter: aliquando uerò sub forma humiditatis cum urina, & hanc humiditatem, ut supra, hypostasim dicimus. dicitur lenis, quia in partibus suis ex parte coloris debet esse similis: quoniam ex hoc denotatur uniformis potentia supra materiam, & obediētiam omnium partium. dicitur æqualis: quoniam pars protensa uersus dextrum debet æquari parti protensæ uersus sinistrum, ut hypostasis medium obtineat locum. dicitur cōtinua &c. nam debet esse mediocriter in partibus suis continua, ut ex hoc denotetur potentia uirtutis digerentis, potētis has partes debite continuare. unde ex hoc comprehenditur, quod uentositas succubuit non potens illas partes disgregare. & dictum est mediocriter continua: quoniam, si esset nimis in partibus suis unita, quod comprehenditur ex concussione urinalis; tunc esset signum, quod esset nimis uiscosa. dicitur

**A** figuræ pyramidalis: nam, cum ipsa sit ex partibus heterogeniis leuioribus, scilicet grauioribus, & mediis; arguitur ex hac figura potentia caloris, cuius separare est heterogenea, quod leuiora in superiori loco, grauiora in infimo, & media in medio collocauit. unde ex hoc figura accidit pyramidalis. arguitur & uentositatem seclusam, & uictam, quæ non potuit has partes commiscere. dicitur in medio pendens. & patet ex dictis hic antè, significat enim, quod non est uentositas potens eam ad superiora eleuare, & quod medio modo se habet inter graue, & leue. dicitur similis fundo & cætera: quoniam debet esse alba cum aliquali opacitate. non enim debet esse in ea diaphaneitas, qualis est in armis, uel lapide polito, cum talis coloris est fundus phlegmatis uitrei. in hypostasi uerò naturali pur adsunt quædam partes terræ sequestratæ in tertia digestione, quæ opacitatem aliqualem in ea inducunt, quæ partes terræ benè comprehenduntur in sudore, cum manus ad inuicem fricantur. considera. dicitur in debito tempore & cætera; quoniam statim micta urina non debet hypostasis apparere: sed per tempus aliquale post eius mictum debet apparere, ut uerbi gratia, per sextam partem horæ, uel circa, uel per horam ad plus. unde aliis paribus quantò hypostasis citius apparet, tantò meliorem denotat maturationem. unde Auicē. de hypostasi in fine. Significatio uerò hypostasis ex suo tempore est: quoniam si uelociter, postquam mingitur; descendit: est significatio bona secundum maturitatem. & cum tardè descendit; est signum priuationis maturationis secundum priuationem suæ maturationis secundum quantitatem suæ dispositionis. ubi nota, quod in principio mictus urinæ cum partes hypostaticæ non sint unitæ, & sint ualde paruæ; ipsæ sic diuisæ non sufficiunt diuidere medium, ut possit ad locum suum euenire. ad quod etiam concurrat calor urinæ actualis lenificans, & uentositas, quæ adhuc non est repressa. extincto itaque calore actuali urinæ, & repressa uentositate, partes hypostaticæ uniuntur, quarum unio per hoc prius impediatur, & ipsæ unitæ factæ sunt potentiores, ex unitio ne descendunt ad locum, & regionem sibi conuenientem. unde est uerisimile, q̄ in sexta parte horæ aliqualis fiat harum partium unio: quoniam experientia comprehenditur in tanto tempore urinam esse frige factam: in quarto uerò horæ notabilem descensum: in medio uerò horæ unionem satis bonam, & forte completam: in fine horæ completissimam, cætera patent ex dictis.

**C** Ex quibus colligitur, quod hypostasis cognosci habet ex septem rebus. scilicet ex substantia sui: ut quia sit naturalis demonstrans maturationem. & hic est, quas condiciones habet impositas descriptione. qualitate, quia debet esse alba lenis, ut supra. situ partium, quoniam debet esse continua in partibus suis, ut supra. loco: quoniam debet pendere in medio, ut supra. quantitate, ut supra. & hoc est, quod uoluit Auicē. de hypostasi urinæ circa principium. §. i. dicamus igitur, q̄ hypostasis multis cognoscitur modis. & introducens Aui. similitudinem de hypostasi pro eius maiori intelligentia dixit. & proportio suæ significationis super maturationem materiæ puris albi leuis, similis essentia super maturationem apostematis: sed plus est spissum; & hæc est subtilis: & de hoc in dubiis: quoniam ex his uerbis uidetur Auicēna uoluisse, quod hypostasis à toto decidatur. & sicut ex colore puris bono, uel malo arguitur mala, aut bona digestio; ita ex colore hypostasis super maturationem in toto factam, de quo dicitur in dubiis. & non solum ex colore: sed ex aliis rebus dictis ab hypostasi sumptis significatur super maturationem, & immaturationem: quæ tamen in suis significationibus diuersificantur: nam una est altera in significando fortior. unde æqualitas aliis paribus est fortior, quam color. unde melior est æqualitas etiam non debiti coloris, quam color cum indebita æqualitate: & de his in dubiis, & secūda quarti de sedimine. leue quidem multoties magis est significatiuum bonitatis, quam album. & multoties uiuit ille, cuius sedimen est decliue ad albedinem: sed est diuersum asperum: substantiæ enim bonitas uehementius est facilis ad recipiendam expulsionem, quam bonitas coloris. & iuxta hoc notandum, quod iudicium à substantia sumptum est efficacius, quam sumptum à colore; quia maior potentia re-

Cano. Sauro.

S quiritur

quiritur ad faciendam eius debitam substantiam quam ipsum colorare; cum color sequitur modum substantiæ. & claritas, & turbulentia est efficacius signum, quam sumptum à substantia: quoniam maior potentia requiritur ad talē permixtionem causandam: imo & spuma est efficacius signum, quam substantia: quoniam significat ipsam esse magis, uel minus uiscosam cum multo uapore, uel uentositate: & omnibus his efficacius est signum sumptum ab hypostasi, ut infra. item ex parte coloris diuersitas sumitur. unde alba aliis paribus est melior maiorem, & meliorem notans digestionem, & naturæ dominium. deinde rubea scilicet grossa benignum ostendens humorem; quia sanguinem cæteris coloribus alio colore ab albo. postea citrina, quæ ostendit choleram puram: postea quæ est albi, & citrini coloris, ut arsenicum, choleram ostendens uitellinam, & morbum molestiorem citrina. ultimò lentiginosi coloris existens cinericii, & rubei: item aliquantam notans ex hoc adustionem, & incendium, & per consequens maiorem lapsum. item incontinuitas in hypostasi mala melior est continuitate in eadem. & de hoc in dubiis.

Recipit hypostasis uarietatem ex parte uariorum corporum: ex parte habitudinis corporis in pinguedine macie, & ex parte sexus. ex parte quidem maciei: quoniam in corporibus macris pauca est hypostasis in ipsis paucis superfluitatibus multiplicatis aliis paribus, & paucior in eisdem forti exercitio, ac laboriosa arte utentibus. in corporibus uerò pinguibus ociose uiuentibus multa apparet hypostasis ex causa contraria. item aliquando in macris non apparet hypostasis tempore suæ sanitatis, resoluta illa materia hypostatica à uirtute ipsa, uel mediante exercitio, & huiusmodi & consimiliter tempore suarum ægritudinum contingit ægritudines resolui ac determinari, non apparente multa hypostasi: & si quandoq; appareat in superiori parte stat quasi nebula rara. ex parte sexus: quoniam citius descendit hypostasis in urinis mulierum, causa est quantitas maior, aut eius grauitas. in corporibus uerò optimè dispositis non necessario reperitur hypostasis uirtute resoluente materiam hypostaticam in uaporem aliquando, aut quomodolibet ipsum aliter per poros excutiendo. contingit tamen, & talia corpora, & alia, quæ sunt sana dicta, multiplicare superfluitates ex nimia cibi assumptione, aut ex alia quauis causa debilitata digestiua uirtute. unde & prima, & secunda digestio denunciat. in summa autem pauca, & subtilis hypostasis reperitur in urinis corporum sanorum mediocriter se habentium in omnibus &c. & licet dictum sit de hypostasi naturalis; tu tamen scire debes, quòd magis studium tuum debet esse in cognoscendo non naturalem: quoniam urina sanorum medicis non præsentantur, nec eis sunt lucro. sed hic posita sunt, ut supra comprehendatur distantia lapsus à naturali. unde sicut in tertia digestionem hypostasis naturalis refecatur à materia nutrimenti: ita, & in non naturali à materia morbi peccante: nam in urinis ægrorum reperitur malè materiæ peccantes, à quibus materia hypostatica deciditur. & idèd aliis paribus in ægritudinibus cholericis & melancholicis paucior hypostasis reperitur, quam in phlegmaticis, & sanguineis: quoniam minus de illis humoribus in corpore reperitur. tu autem cum hoc attende corporis habitudinem, ac cibi, & potus quantitatem. sicque habes, quomodo signum sumptum ab hypostasi est efficacius omni alio ex urina comprehenso: nam ex ipsa materia sic decisa à materia morbi comprehenditur potentia uirtutis, obedientia materiei, ac contrarium, de quibus iudicatur de futura sanitate, aut ægritudine longa, uel breui. quòd autem materia hypostatica decidatur à tertia digestionem, dicetur in dubiis. non naturalis hypostasis, alia mucillaginosas, alia carnosas, alia sanguifugalis, alia capillaris, alia à contentis in urina, de quibus actum est, denominatur: ut quia furfurosa, arenosa, & de his satis solum prosequatur: de quatuor principaliter tactis apponendo quasdam significationes ab ipsa hypostasi sumptas hincinde sparsim collectas.

**MUCILLAGINOSA** uerò est hypostasis similis mucillagini, quæ comprehenditur ex ductu urinalis. quoniam in partibus suis tunc non separatur, aut quæ est similis phlegmati mucillaginoso. & hæc significat humorem spissum, &

**E** crudum in corpore abundantem, aut egredientem ex uis urina, aut crisi in sciatica, aut in aliis doloribus iuncturaru. & hæc crisis comprehenditur ex alleuiatione subsequente, & hypostasi bona, & subsequente & perseverante, item quòdoq; significat uehementem renum frigiditatem. hypostasis multum mucillaginosas, & multa in fine podagræ & articulorum dolorum bonum significat.

**CAPILLARIS** hypostasis est, quæ in subtilitate, & longitudine capillis assimilatur ex coagulatione humiditatis causata calore ipso coagulante: quandoque autem strictura uiarum est causa huius. quomodocumque autem sit, uidetur hæc ex coagulatione in renibus principaliter fieri. & hæc quandoque est alba, quandoque rubea secundum distinctionem materiæ, à qua est decisa. & hæc est uisa quandoque ad mensuram palmi unius: hæc autem super materiam uiscosam significat.

**SANGUISUGALIS** dicitur hypostasis, quæ in colore, mollitie, & extensione, & modo substantiæ sanguifugis assimilatur: & hæc est coloris opaci sanguinis. & est aliquantulaliter longa, & extensa, & ut dictum est, obscura. unde si fuerit uehementer mixta cum urina, significat, quòd à membro remoto uenit, & maximè sanguineo: ut est hepar, à quo propter eius debilitatem fluit sanguis, quem retinere non potuit, aut eius dissoluta aliqua particula. quòd si non fuerit multum mixta, significat, quòd uulnus erit in uesica, aut in uirga, ut in capitulo de mictu sanguinis est uidere. significat aliquando hæc hypostasis resolutionem materiæ lædentis splenem, quòd comprehenditur ex alleuiatione consequente &c. & hic sanguis sic coagulatus appellatur trombus. unde. 4. aphor. aphor. 79. Si sanguinem mingunt, & trombos &c.

**CARNOSA** hypostasis dicitur, quòd in urina apparent frustra in colore carnis, & in tactu iudicatur, ut caro cum ipsa hypostasi commixta, & talis uenit quandoque à renibus, quandoque à membris ipsis, quæ uerò ex renibus, rubicundior ea, quæ est ex membris radicalibus, renibus existentibus rubicundis; cæteris uerò membris ad album declinantibus. item quæ ex rene est, non est cum tanta uirtutis debilitate, ut quæ est ex liquefactione aliorum membrorum. hæc itaque renum ægritudinem, aut membrorum liquefactionem ostendet. sedimen, quòd est secundum frustra carnis in ægritudinibus acutis sine signis digestionis significat, quòd non est ex renibus: sed ex rasura membrorum. & quòdo illic est digestio, aut non est feb. signum, quòd est ex renibus. & in apho. 4. aphorismoru. 78. aphorismo. Quibus in urina pingui, & grossa existente, carnea frustra, & modica, & pili ex eunt his de renibus egerunt.

**HYPOSTASIS** uerò, ut tactum est, similatur materiei, à qua deciditur. idèd in ægritudine sanguinea apparet rubea: in cholericis citrina, uel ad eam declinans siue rubea: in phlegmatica alba: in melancholica fusca, uel nigra.

Nigra nãq; hypostasis absolute significat malum adustionem notans. sed, quando est hypostasis nigra absq; nigredine aquositate; tunc est signum, quòd minor est adustio, & ex consequenti minus mala. rubea uerò obscura significat dominium sanguinis. rubea uerò clara sanguinem cholericum: & ex consequenti nauseam, siue fastidium. rubea citrina significat ægritudinem fortem, quia cholericam. alba cū conditionibus dictis bona est. alba uerò mucillaginosas, aut saniosa, aut spumosa, aut maturationi contraria, quia diuulsa, & huiusmodi, mala. uiridis mala: est enim semita ad nigram, ut de coloribus dictum fuit.

Hypostasis diuulsa uentositatem, & digestionis debilitatem significat; quia uirtus non potest eam debite unire &c. hypostasis aut est natans, aut pendens, aut iacens inferius. quæ est in superiori regione, dicitur natans aliqualem significans digestionem: significat enim, quòd à uentositate multa subleuata est: & quia non habet nisi debilem inspissationem &c. quæ autem est in fundo cum spissa, grossa, unita magis maiorem significat digestionem. quæ uerò est in medio pendens, medio modo significat. & tu considera: nam hoc tenendum in hypostasi non naturali: nam secus est de naturali, ut dictum est. unde in statu febrium humorosarum aliis paribus debet hypostasis magis descendere, & specialiter in phlegmatica urina.

Vrina nigra in febre acuta leuior existens est cæteris partibus minus mala: eodem modo humore phlegmatico, aut melancholico.

Hypostasis ut nubes existens melior est ea inferiora petente. & causa: quoniam significat subtilitatem materiæ uirtuti minus resistere, nisi uentositas fuerit causa natationis. quod, si sic erit; comprehendetur ex eius diuulsione &c. & absolutè melior est, quàm pendens, & pendens, quàm descēdens &c. causa quoque subleuationis aut est caliditas acuta aut uentositas.

Hypostasis natans, & pendens à principio morbi apparet, & sic perseverans significat crīsim uenturam cum exitura, & hoc signis aliis maturationis apparentibus: nam per hanc denotatur naturam non esse contentam, ex qua coniecturatur ipsam nō posse facere crīsim euacuationis: sed potius permutationis cum exitura.

Hypostasi natante in ægreditudinibus corporum macilentorum, plurimumq; mouetur: nam in talibus humores sunt pauci subtiles, & supra de hoc.

Cum inter nephalem eneorema, & hypostasim fuerit aliquid simile talæ aranæ, aut densitas aliqua, erit signum malum: nam tale unctuosum, uel globosum ibi apparet significat eliquationem, aut dissolutionem.

Multoties apparet sedimen natans in principio, & est non bonum; quia nigrum diuulsum: nam ex hoc habendus est timor; quia arguitur impotentia uirtutis, sed si postea nabit, & descendet; erit signum non malum: quia illud erit signum principii digestionis. quod, si post mala apparuerit hypostasis; erit tunc bene timendum: quoniam erit purissimum oppressionis uirtutis.

Hypostasis diuersa in substantia, & colore mala; quia humorum diuersorum multitudinem significat.

Hypostasis talis minutarum partium est deterior: quoniam significat, q̄ natura non potest materiam expellere, nisi diuidat ad minuta.

Hypostasis, qualis farina grossa in febre diuturna cū bonis signis, dissolutionem febris significat.

Hypostasis talis si longo apparuerit tempore cum malis signis, pessima.

Hypostasis multa in febre continua, si feb. non mutetur, uel minuatur; dissolutionem corporis significat.

Hypostasis furfurea colorata quasi sanies cum sanitate renum, & uesicæ rigorem febris significat.

Hypostasis natans, & nunquam in fundo descendens cū sudore, & dolore sub hypochondriis timorem nunciat.

Hypostasis spumosa, & spuma plena, cuius albedo est per commixtionem aeris, cum ea est malum ualde egrediens a natura; & præcipuè in ægreditudine acuta.

Hypostasis, cuius superiora sunt rotunda, & mouentur, melior, quàm illa, cuius superiora sunt congelata; significat enim, q̄ ægreditudo est uelocioris status.

Hypostasis alba, grossa, quam non antecedit tenuitas, & paucitas superfluitatis, & est talis in principio, significat, quod humor est plurimus, & non digestus: nam accedente digestionem agente calore ulterius oportet hypostasim rubicundiorē fieri.

Cum in principio hypostasis fuerit pauca, & urina subtilis, & non perseverat: imo occultatur hypostasis; timendū: nam signum, q̄ materia est grossa. quod, si uirtus fuerit debilis &c. interficiet.

Sedimen rubeum pendens, in quo est declinatio ad superiora, cum est in urina tenui; significat in ægreditudinibus acutis permixtionem rationis, quod, si perseverauerit; timeatur perditio.

Hypostasis, quæ incipit pēdere, & subsidere, & ad albedinem declinare, urina ad grossitiem perueniente, salutis est nuncia.

Hypostasis perforata est, quæ in medio habet foramen: & uidetur ut circulus, quæ ab aliis fenestrata uocatur. & causatur ab impotentia uirtutis, & uiscositate materiæ: nā ex hoc, quod uirtutis non potest debite unire materiam morbo existente non acuto, arguitur longitudo ægreditudinis. quod, si fuerit acutus morbus; uerendum signum est: aliquando tamen contingit, quod in quarto die contingit; ali-

A qualem significat digestionem, & potentiam uirtutis super materiam. unde ex hoc comprehenditur, & iudicare habemus, q̄ aliis paribus abbreviabitur morbus.

Et in summa signum ab hypostasi sumptum uidetur omnibus aliis efficacius ab urina sumptis: nam hypostasis est materia humoralis, à materia morbi decisa, ut supra, hic de non naturali. & de morbo primum iudicium facimus; cum est materialis ab ipsa materia sumptum. item etiam ex hoc arguitur supra tenorem uirtutis &c. considera. nota tamen quod aliquando contingit deceptio etiam ab hypostasi ipsa: quoniam contingit, quod materia phlegmatica ipsa peccat in capite, & cholericæ in stomacho: sed phlegmatica amplius uirtutem stimulat, quàm cholericæ. & ubi hypostasis debebat esse cholericæ; erit phlegmatica &c. considera. & ex his, quæ dicta sunt ultimò concludi potest, quod urina sana, siue sani corporis, quæ est metrum aliarum, debet esse coloris citrini, uel ad citrinum trahens, de quo supra, mediocris quantitatis, mediocris subtilitatis, boni odoris, hypostasim habens albam, leuem, & æqualem, & pendentem, ut dictum est de hypostasi, uel nullam. & dicitur ad citrinum trahens propter corpora lapsa sana: tamen dicitur uel nullam propter corpus temperatum, ut supra. contingit tamē quod tam color, quàm substantia uariatur ex sexu, ex ætate complexione, diæta in qualitate, & quantitate, exercitio, accidentibus animæ, & ultimò ex his, quæ extrinsecus sunt; ut sunt frigus, calor, & huiusmodi. postremò autem, quoniam hæc, quæ scripta sunt, non sunt scripta nisi ad artis practicæ integrationem; & eius ampliorem notitiam arguimus principium, & cætera tempora ægreditudinum ipsarum: nam cum in urina non comprehenditur signum digestionis, neque ex parte coloris, neque ex parte substantiæ, uel contentorum; potest esse principium ægreditudinis. quod si pur apparet, & occultè satis; pur adhuc est principium, & finis ipsius. cum autem manifestè apparet, & licet non multum completa; tunc est augmentum. cum autem completa signa in ea sumpta ex dictis apparuerint; tunc est status. declinatio uerò cū urina ad pristinam dispositionem, in qua erat tempore sanitatis, reducta fuerit, uel quasi. & hoc totum intelligatur esse uerum in morbo materiali salubri reseruante materiam ad unicam expulsionem: nam in morbo acuto, in quo sæpe expellitur de materia, & multum non apparet hæc, ut supra. exemplum primi per iuuenes. in tertiana non apparet in principio signa digestionis: aut si apparet; sunt satis occulta. in augmento uerò: quia incipit urina, quæ erat multum ignea, remitti in colore, cum fuisset subtilis ingrossari, & ubi non apparebat sedimen: iam incipit apparere. in statu uerò color factus citrinus, uel ad ipsum declinans, urina in grossata hypostasis bona cum conditionibus, ut supra. declinatio uerò cum ad urinam in sanitate uenit, & tu exemplifica, ut in aliis humoribus iuxta ea, quæ dicta sunt supra. note tur insuper, ne cadat error in iudicando ex ipsa urina, quod aliquando urina erit ut urina sani ita, quod apparebit sana ex parte coloris, substantiæ, hypostasis. & tamen æger morietur, ut sæpe apparet in febribus pestilentialibus. unde Auicē. secunda quarti de iudiciis urinæ, quod aliquando est urina in ægreditudinibus pestilentialibus bona, naturalis in substantia sua, colore, & sedimine: & ille, cuius est, tendit ad mortem. & causa est; quoniam natura non est ausa aggredi materiam peccantem propter sui uenenositatem. unde solum agit in materiam nutrimenti, & ab ea propellit superfluitatem aquosam cum suis conditionibus iam dictis. item aduerte, quod aliquando materia morbi stat multum clausa, uel occulta, & specialiter in partibus pectoralibus, & ab ea parum, aut nihil deceditur. unde in uis communibus erit multa materia phlegmatica, quæ à natura per uias urinæ expelletur. unde urina iudicabitur phlegmatica, & ægreditudinem esse à phlegmate: cum tamen erit de cholera prassina mala. & ego hoc uidi in Benedicto de Albertis, ut supra, de urina alba. & tu ibi.

C Dubitationes de urinis.

Dubitatio. i.

CIRCA primum capitulum dubitatur, utrum urina sit Cano. Sauo. S 2 super-



superfluitas aquosa &c. ut in descriptione eius ponebatur. & arguitur, quod non; quoniam quod à natura est intentum, & utile, non uidetur superfluum esse. huiusmodi est urina. ergo &c. maior nota. minor in fine probatur: quoniam urina per sanguinem, qui secum mittitur, renes nutrit. item & ipsam uesicam alit, ut allegatis cap. ergo. item, si esset superfluitas; esset superfluitas alicuius humoris: sed non magis unius, quam alterius. ergo &c. item hæc superfluitas, uel generatur à cibo, uel à potu. quod non à cibo, hoc apparet: quoniam ipsa est liquida fluens ut potus. ergo à potu. quod non à potu: quoniam est colamentum sanguinis, & aliorum humorum, ut Isaac; sed humores ex cibis fiunt. ergo & ipsa ab eis deceditur. & confirmatur: quoniam urina ægrorum est urina: & tamen illa uidetur decidi à materia morbi; cum sit eius principaliter significatiua. ergo, ad oppositum est descriptio in principio capituli posita.

Ad dubium respondetur breuiter præmittendo ea, quæ dicta sunt in .i. cap. in declinatione descriptionis urine, ubi dicitur, quod ipsa est superfluitas secundæ digestionis, & quod à cibo deceditur, breuiter præmittendo ea, quæ dicta sunt in .i. cap. in declinatione descriptionis urine, ubi dicitur. & potu: sed magis à potu, quam à cibo; quia à temporibus aquosis, quæ ab aliis sequestrantur diuisione facta in secundâ digestionem.

Iuxta quæ ponitur hæc conclusio. urina est superflua aquositas in corporibus genita. patet conclusio: quia ipsa à natura expellitur continuè tanquam quid superfluum, quo non eget. item ipsa non nutrit, nec in corpore uidetur præstare iuuamentum. igitur &c.

Ad rationes dicendum ad primam, quod sanguis, qui cum ea mittitur; nutrit renes. consimiliter etiam & unctuositas, quæ cum ea transit ad uesicam; nutrit, siue pabulat uesicam: nam in prima digestionem etiam cum fœcibus transeunt partes chylosæ, quibus nutrit hepar, & intestina uoluptuant.

Ad secundam dicendum, quod est superfluitas totius massæ, & maximè humorum humidorum in maiori quantitate in corpore existentium, ut phlegmatis, sanguinis &c.

Ad tertiam patet, quid dicendum.

Ad quartam patet ex dictis, ut supra, pro nunc tamen dicatur tantum, quod in tempore sanitatis tota deceditur à materia nutrimentali. tempore uerò ægritudinis non acuta, ubi datur cibus satis copiosè, ut in chronica febre; tunc dico, quod ab utroque deceditur. scilicet materia nutrimentali, & materia morbi. ubi uerò ægritudo fuerit acuta, siue peracuta, & non datur cibus; tunc tota deceditur à materia morbi: maximè quando uirtus est ausa aggredi materiam. quod dico; quoniam aliquando materia existente uenenosa: ut in feb. pestilentiali: quoniam natura non est ausa aggredi, apparet urina sana: & tunc æger tendit ad mortem, ut secunda quarti de iudiciis urine. si uerò datur paucus cibus, & urina fuerit multa; tunc ab utroque deceditur, sed maior pars à materia morbi. & hoc nota propter argumenta, quæ hic moueri possunt in hoc pro præsentem, quod aliquando urina multum superfluit; ut in diabete: & aliquando in aliis morbis. unde est credendum, quod illa aquositas est aquositas genita in hepate, quæ transmissa fuit simul cum sanguine, & aliis humoribus ad humectandum membra. unde ipsa attrahitur à renibus uirtute specifica; ut chylis choleram, licet concurrant caliditas eorum, & uirtus uacui per ramos uenæ cauæ, ut supra, quod ipsa uenam cauam ingreditur, & tandem ad ramos eius, qui sunt uenæ emulgentes, perueniens ad uesicam. sic itaq; materia aquosa, quæ ab humore deceditur, non existente materia nutrimentali, hanc uiam concomitatur. & si quærat, an aquositas illa fuerit in hepate genita: dicendum quod sic, tempore generationis massæ totius: & tu considera. & ex his concludi potest, quomodo urina non est corpus simplex uerè: sed est corpus imperfectum, ut de niue, ac grandine dicimus.

Dubitatio. ij.

Vtrum urina sit nuncius fallax, uidetur, quod non, auctoritate Theophili in suo de urinis. urina est nuncius non fallax.

Oppositum dictum est supra: quoniam est ostensum quàm faciliter potest decipi medicus ex ipsa. item ex inducto in

precedenti dubio aliquando in urina pestilentiali est urina ut urina sani, prima quarti de iudiciis urine. ergo, &c.

Pro dubio dicendum, quod in habendo uerum iudicium urine oportet discurre per res naturales, & non naturales, & contra naturam: & in eius inspectione attendere omnes illas condiciones, quæ positæ sunt, quæ omnia si rectè considerabuntur; erit iudicium ab urina sumptum raro fallax. & hoc uoluit Theophilus. sed supra dictum est latius ipsam frequenter decipere medicum: eo quod frequenter non obseruantur, quæ dicta sunt. unde cum in graui morbo uideas urinam sanam, habeas pro malo signo, ut dictum est &c.

Et, si quærat, quod est certius signum, an à stercore, an ab urinis.

Dicendum, quod sumptum ab urina: nam urina significat super dispositionem hepatis, uenarum, & membrorum, ut dictum est, & ex consequenti supra totum: nam urina à principali membro deceditur: egestio uerò non. item à purioribus eliquatur, uidelicet massa humoralis: egestiones uerò non. item urina uadit ad totum, uel saltem aquositas; egestiones uerò non. item ab urina plurima signa habemus sumpta ab hypostasi colore, substantia, & aliis contentis. item urina plus consideratur, & melius, quam stercore; quoniam uisu, & odoratu sunt fastidiosa &c.

Dubitatio. iij.

Circa capitulum de colore dubitatur primò, utrum qualitates actiue dent primò colorem. quod non; quia auferunt colorem: nam uidemus, quod uinum per caliditatem distillatum de rubeo efficitur non rubeum, & auferitur color eius. item caliditati attribuitur à philosophis calefactio subtiliatio, rarefactio, sequestratio, & huiusmodi: coloratio nequaquam, ideò &c. oppositum dictum fuit, & fuit sententia Isaac. &c. dicendum, quod urina propriè non coloratur à calido, nec remittitur à frigido. & ratio; quoniam color est extremitas corporis perspicui, & terminati. urina autem non est talis. quare uirtute alicuius luminis, uel radii colorari non potest. præterea non est corpus mixtum, & color est passio mixtorum. quod autem coloretur, contingit ex admixtione aliorum coloratorum cum ea, ut quia cholera, aut sanguis, aut alius humor &c. dicendum, quod calidum de per accidens auferit colorem, cum excedit, natura agens in materiam ipsam transmutat eam ad aliam materiam. unde & in corpore nostro uidemus, quod caliditas excessiue discolorat urinam; ut in phrenesi. & hoc de per accidens. itè calidum permiscendo potest res colorare, ut patet: & hoc pur de per accidens.

Dubitatio. iiij.

Vtrum color uiridis causetur à frigido: nam supra de colore uiridi dictum est, quandoque colore adurente, quandoque à frigido mortificante causari posse. & est expressè textus Auicennæ. sed differunt in hoc, quod uiridis à calido causatus est magis intensus: à frigido uerò, magis remissus, ad albedinem tendens. & quod dictum est, patet experientia: uideamus enim tempore ueris fortificato calore solis ad bonum intellectum uirescunt plantæ, & herbæ. & in tempore hyemis aquæ stagni uirides fiunt, quæ non sunt tales tempore æstatis.

Dubitatio. v.

Circa capitulum de substantia quæritur, utrum substantia urine detur à qualitatibus actiuis. arguitur, quod sic quia fortius est dare substantiam, quam colorem. sed qualitates actiue sunt fortiores passiuæ. ergo ab eis uidetur substantia prouenire & cætera. confirmatur; quoniam substantia datur ex bona mixtione, digestionem & cætera. sed actiue hoc faciunt non passiuæ. ideò & cætera. oppositum dictum est supra. & est sententia Isaac & cætera. dicendum, quod, si cut urina non coloratur nisi ab illo, quod ei admiscetur; sic nec probatur nisi per id, quod ei permiscet. & iuxta hoc possunt poni plures condiciones. prima, quod substantia urine est à calido tanquam à causa remota. patet; quia ipsum principaliter operatur in substantia urine debitam faciendò substantiam. secunda conclusio. materia humida magis immediate est datiuæ substantiæ urine. patet: quoniam per eius mixtio-

mixtionem ingrossatur urina. &c. tertia, quod materia sicca. i. sicca complexionis, ut est melancholia, potest etiam esse immediata causa subtilitatis urinae: patet; quoniam est pauca. ratione autem paucitatis remanet urina subtilis. & hoc maxime est uerum de naturali urina: nam aliquando per uiam crisis materia melancholica multum ingrossat. quarta, quod licet ita sit; tamen de per accidens dicitur siccitatem subtiliare, ut supra in capit. de substantia, & tu ibi, & in capitulo de coloribus.

## Dubitatio. vj.

**V T R V M** diuisiones ex parte substantiae debeant esse, & sint tot, quot ex parte coloris. & arguitur, quod sic: quonia colores non multiplicantur nisi per multiplicationem substantiae. oppositum dictum est; quia non numerantur tot, & dictum est de substantia &c. quia solum quinque. prima conclusio, quod diuisiones ex parte substantiae sumptae possunt esse tot, quot sunt ex parte coloris; quia sic potest dari remissio, & intensio materiae proportionabiliter, ut datur color. secunda conclusio, quod si sint; tamen non sunt ita perceptibiles: quoniam color est sensibile per se, & substantia per accidens. tertia conclusio. authores non multiplicauerunt, &c. quoniam medici non curant de multiplicatione numeri, sed speciei. diuisio autem, quae fit ex parte coloris, multiplicat nutrimentum, ut patet intelligenti: nam unum facit ad regulationem operis, aliud non. quare de multiplicatione ex parte substantiae ultra illas diuisiones, quae positae sunt, medici non curauerunt.

## Dubitatio. vij.

**V T R V M** urina tenuis possit ingrossari. pro isto dicendum, quod notando, quod urina aliquando mingitur tenuis & postea ingrossatur, & significat principium digestionis occultum. & modus est iste. aliqualis substantia est mixta cum aquositate, & cum hoc aliqualis uentus est mixtus cum illa substantia. unde cum illa urina est primo mixta; uentus ille sua forti impulsione impellit partes grossas superius, & subtiles remanentes inferius: post modum per rororem contractam resolutio uento ascendunt, & grossae descendunt. unde sibi inuicem obuiantes in urina inducunt turbulentiā, & spissitudinem. hoc autem significat principium digestionis: quoniam in tenui non comprehenditur actio naturae, quae comprehenditur per ingrossationem urinae.

## Dubitatio. viij.

**V T R V M** color urinae prius detur, quam eius substantia. quod sic auctoritate Isaac, & Theophili: nam quod datur a fortiori agente, & facilius, datur prius: sed color est huiusmodi respectu substantiae: nam datur a qualitatibus actiuis, ut supra. substantia a passiuis. igitur, & caetera. oppositum Auicenna. primi de substantia urinae. item substantia prior est accidere: notitia definitione & tpe. 7. metaph. amplius illud prius est, sine quo reliquum existere non potest: talis est color respectu substantiae. igitur & caetera. praemittendum, quod substantia capitur hic pro liquore ipsius urinae, & non pro substantia, quae est compositum ex materia, & forma, substantia simpliciter dicta. unde talis liquor magis sub quantitate comprehenditur; cum diuidatur in mediocrem, subtilem, & grossam. secundo praemittendum, quod, licet prius dicatur multipliciter septimo metaphysicae. tamen hic capitur dupliciter scilicet prius tempore, & prius natura: tempore, quia prius producit: prius natura, quia essentia, ut animal prius est homine: nam humanitas ab animalitate dependet. tertio, quod quaedam sunt signa digestionis occulta, & illa sunt a colore sumpta: quaedam manifesta, & illa sunt a substantia urinae, & a colore sumpta. quarto, quod, ut dictum est, urina est sicut aqua, nec per se habet colorem, nisi per illud, quod ei miscetur. iuxta dicta ponuntur conclusiones, quarum prima, quod loquendo de colore, prout causatur a qualitatibus actiuis, & humorum tingentium colore, ac secundum quod aquositati adharet, & non liquoris: sic color substantiam tempore intercedit: quoniam facilius suscipitur color, quam substantia, cum sit quid specialius, se cunda, quod si color consideratur, ut sit per actionem caloris digerentis, uel assimulantis: sic substantia praecedat. tanquam causa effectum: alii aliter, ut Gordonius. praeterea praetermissa praemittens, quod, ut dictum est, substantia ca-

**A** pitur hic pro quantitate, color pro qualitate. quantitas uero, seu positio magis appropinquat substantiae, quam color. & ideo sequitur, quod secundum naturam substantia est prior colore: cum tamen secundum tempus sint simul: non enim contingit colorem dari absque substantia, nec contra. secundo praemittendum, quod licet ita sit; tamen color est magis notus medico, quam substantia: nam color urinae diuiditur in. xx. gradus: substantia uero solum in quinque, ut supra. item color uniuersaliter, ut sic, & melius a medico comprehenditur, quam substantia; cum sit obiectum uisus proprium: substantia uero per accidens. quod autem sic a medico comprehenditur, per prius perceptum iudicatur.

**V T R V M** quid, aut quomodo de urina sana, aut aegra. iuxta hoc ponitur conclusio prima, quod urinae sani hominis, & bene recti aequaliter datur color, & substantia. patet: quoniam humores uniuersaliter simul, & perfecte digeruntur in concauo hepatis, uel gibbo, & essentialiter attrahuntur a renibus: & ita essentialiter, siue aequè cito colorantur, sicut substantiantur, & è conuerso. aliter natura non operaretur perfecte. secunda conclusio. in aegris ubi materia fit calida; prius datur color, quam substantia. probatur; quia natura facit illud prius, quod facilius est. modo pauca quantitas cholerae sufficit colorare, quae non sufficit substantiare. ergo & caetera. item substantia significat digestionem, & ante digestionem praecedat indigestio. & ideo cum in principio aegritudinum occulta sunt signa, quae sumuntur magis a colore, quam a substantia; uidetur, quod color praecedat tanquam facilius, & caetera. & licet color non possit esse sine substantia, quae datur urine in principio, in qua fundatur color, est ualde remissa, & pauca, a qua non potest sumi signum digestionis sicut a colore, qui se multum manifestat; hinc dicimus colorem priorem substantia. tertia conclusio, in aegritudinibus de humoribus frigidis prius datur substantia, quam color: quoniam ex medio iam assumpto natura agit, quod facilius est: modo facilius est perturbare, ac permiscere, quam ueram humoris formam introducere, cum materia illa repugnet digestionem: modo talis commotio, ac perturbatio substantiat urinam, & non colorat: quoniam adhuc urina colorem non suscipit. igitur & caetera. quod si dicatur, nonne idem operatur natura in materia calida? dicendum, quod materia calida est magis obediens. & ideo omnis modica perturbatio sufficit introducere colorem: quod non in frigida: coloratio namque significat perturbationem praecessisse, & quod natura in materiam humoris formam introduxit. & ideo laudabilius sine substantia, quam substantia laudabilis sine colore laudabili: quoniam substantia sine colore perturbationem significat tantum. color uero significat, quod natura plus egit. ad Auicenna dicendum, quod intellexit de substantia in materia frigida: considera.

## Dubitatio. ix.

**C I R C A** capitulum de contentis urinae dubitatur, utrum hypostasis decidatur a tertia digestionem. uidetur, quod non: quoniam hypostasis ex humoribus fit, & super ipsos significat: sed humores generantur ex secunda digestionem. igitur. oppositum uidetur uelle communis schola, quae ponit hypostasis ex tertia digestionem decidi. ponitur communiter ista conclusio, quod hypostasis materialiter est ex secunda digestionem, ut argutum est: sed formaliter ex tertia. & hoc declarat color eius: nam albedo est ex tertia digestionem; ipsa namque alba est, & maxime naturalis, ut supra de ea. ex quibus inferitur, quod ab utraque deciditur: nam & ab humoribus: quoniam a phlegmate, & a sanguine magna quantitas eius deciditur; a cholera uero, & melancholia pauca. & si quaeratur, utrum a singulis membris decidantur; dicitur, quod sic: nam in unoquoque membro reperitur duplex superfluitas: una utilis, & pura, & est materia feminis, ut. 1. de Generatione animalium; alia est impura: & haec est, quae aliquando sub forma sudoris, aut insensibiliter per exercitium resoluitur, aut per urinam emittitur, & haec est materia hypostatica. & si dicatur hepar est rubei coloris, splen nigri; ergo hypostasis naturalis debet esse diuersorum colorum.

cōsidera. & ex his infertur, quòd hypostasis habet significare super membra, & ex consequenti urina.

## Dubitatio. x.

**VTRVM** hypostasis decidatur à materia morbi. & uideatur, quòd nō. quoniam deciditur in tertia digestione: sed materia morbi non nutrit. ergo. item, si sic deberet esse diuersorum colorum: quoniam materia morbi aliquādo sunt diuersa, ut cholericā, phlegmaticā, &c. oppositum, quòd per ipsam significamus super materiā morbi. pro ista uide respōsiōne ad quartum in primo dubii principio; cum quæritur, utrum urina sit superfluitas aquosa.

## Dubitatio. xi.

**VTRVM** hypostasis debet esse albi coloris. quòd nō. quoniam omne, quòd ab alio deciditur, debet assimilari ei, à quo deciditur: sed hypostasis decidit à massa humoralī, quæ nō est alba: igitur. oppositum dictum est, pro isto breuiter &c. dicēdū, ut suprā, quòd hypostasis deciditur à tertia digestione, quæ fit in membris radicalibus. & idē eis assimilatur, cum membra talia sint alba. ad rationē à massa &c. deciditur mediātē immediātē uerò à nutrimento membrorum: & hōc loquendo de natura: secus foret de non naturali.

## Dubitatio. xii.

**VTRVM** hypostasis debeat stare in fundo, cum uideatur esse quid leue separatum à materia nutrimentali, quam oportet esse grauem, & terream propter nutritionem. dicendum, quòd ipsa etiam est pars superflua, & terrestris refocata &c. idēo residet &c.

## Dubitatio. xiii.

**VTRVM** hypostasis debeat esse figuræ pinealis, cum dictum sit ipsam sapere naturam terrestrem: nā. in pineali sunt partes leues mediæ &c. dicendū, ut dictū fuit de ea, quòd in ipsa sunt partes graues, leues, & mediocres inter has. hæc autē facere possunt pinealem figuram, ut patet.

## Dubitatio. xiiii.

**VTRVM** hypostasis debeat esse secundum colorem urinae. quòd non, arguitur: quoniam, ut dictum est, urina naturaliter se habens debet esse citrini coloris, & hypostasis alba. igitur. confirmatur; quoniam urina generatur ex actione, & digestionē facta in hepate, & hypostasis ex ea, quæ fit in membris: sed hic membra distinguuntur in assimilando sibi nutrimentum, ut patet. ergo. itē potest etiam in multis casibus esse citrina, aut rubea, hypostasi existente alba, ut sæpe dictum est. ergo.

Prima conclusio. non necessariò hypostasis est colorata colore urinae. patet ex inductis ante oppositum.

Secunda conclusio. color hypostasis non necessariò color urinae proportionatur ad hunc intellectum; quoniam quod sicut color urinae colori temperatae urinae; ita hypostasis hypostasi temperatae. patet conclusio, ubi in corpore cholericō multa superfluet cholera, quæ tamen mittetur cum urina, & etiam cum sanguine, & cæteris ad membra, in quibus facta tertia digestione, aut quarta; multa superfluitas cholericā multiplicata facta hypostatica esset citrina: & sic urina esset citrina.

Tertia conclusio. pro intellectu communi est, quòd hypostasis debet esse &c. quoniam proportionari debet naturalis hypostasis hypostasi temperatae, sicut color colori.

## Dubitatio. xv.

**VTRVM** hypostasis rubea sit melior, quàm subrubea. quòd subrubea, arguitur; quoniam subrubeum albo uidetur magis appropinquare: & ex consequenti à naturali minus distare. oppositum ponit Theophilus. dicendum, quòd subrubeum est duplex: quoddam quòd antecedit rubeum: quoddam quòd sequitur. prima conclusio. subrubeum antecedens est deterius; quoniam significat indigestionem: nā. ipsum est tale propter aquositate &c. secunda. subrubeum sequens est melius: quoniam est tale per digestionem: & hoc facit pro intellectu Hip. & quæstionis. & iuxta hoc nota, quòd hypostasis alba cum conditionibus positis præ cæteris est melior maiorem notans digestionem, & naturæ dominium: deinde rubea grossa benignum ostendens humorem: deinde citrina ostendens choleram puram. postquam sequit hypostasis, ut arsenicum, albi coloris existens, & citrini notans uitellinā: mala uerò est existens lentiginosa, coloris cineritii rubei

**E** aliquantulum ex hoc notans adustionem, incendium: & per consequens maiorem lapsum.

## Dubitatio. xvi.

**VTRVM** contenta crinoidalia possunt à carne decidi. quòd non, quoniam tale contentum est grossum, & maximè à carne decisum: & tantum non potest per orificia uenarū penetrare, ut peruenire possit ad emulgentes, quòd est necessarium. igitur pro isto dicendum, quòd contenta crinoidalia possunt à carne dissolui, ut dictum est: calor nāque dissoluens prius dissoluit, quòd est facilius dissolubile. & idē prius spiritum, & calorem dissoluit: deinde humores: deinde pinguedinem, & adipem: deinde carnem nouiter coagulatam: deinde antiquam, & solidam: deinde superficiem membrorum solidorum: & tūc uenit mors; licet antea possit euenire. uerba sunt Gal. 2. prognosticorum commen. 27.

**F** Ad rationem dicendum, quòd orificia uenarum sunt multum dilatabilia: nam uidemus uenas capillares oculorum dilatari multum ex repletionē sanguinis, qui prius erat insensibilis à carne. item dissoluta certa parte iuxta naturam orificii illa impeditur à uirtute expulsua in orificia tāquam notium, & idēo potest penetrare &c. considera.

## Dubitatio. xvii.

**VTRVM** contenta crinoidalia sint peiora furfuribus, uideatur, quòd sic: quoniam sunt maiora. & idēo arguunt maiorem dissolutionem. oppositum Hip. 2. prognosticorum textu com. 27. pro isto dicendum, quòd, si hæc continua ab eodem membro deciderentur; maiora essent deteriora. modò crinoides à carne deciduntur: quoniam sunt frustra magna, quæ à neruis, uel uenis decidi non possunt: quoniam prius ueniret mors. furfurea autem ab istis membris deciduntur, & non à carne: nam, cum calor sit ita fortis, quòd adurat humores, & postea agit in carnem, tunc resoluit contenta. & idēo quoniam furfurea significant dissolutionem membrorum radicalium; hinc igitur &c. nota tamen, quòd hæc apparentia non necessariò significant mortē, ut Gal. allegato loco. sunt tamē signifiatiua mortis in febre acuta. & subdit Gal. quòd qui euadunt, longiori tempore cadunt. considera.

## Dubitatio. xviii.

**G** **VTRVM** hypostasis inæqualis, & non tincta debito colore sit bona. quòd non: quoniam hæc uidentur arguere uirtutis impotentiam &c. prima conclusio. talis hypostasis non necessariò est bona. patet; quoniam habet conditiones oppositas conditionibus bonæ hypostasis. secunda. talis hypostasis potest esse signum bonum. patet; quoniam in ea possunt esse plures bonæ conditiones, quàm malæ. igitur antecedens patet; quoniam potest esse hypostasis multum heterogenea, & bona, ut patet. igitur. nota hic, quòd absolutè uerius signum sumitur ab æqualitate, quàm à colore: eo quòd maior potentia reperitur ad æquandam hypostasim, quàm ad ipsam colorandam. quare &c.

## Dubitatio. xix.

**VTRVM** incontinuitas hypostasis sit melior continuitate. pro isto dicendum, quòd in hypostasi mala incontinuitas est melior; quia ibi arguitur maior potentia uirtutis super materiam ad resoluendum, distinguendum &c. & quòd materia minus resistit: nam, si foret continua; esset signum, quòd ipsa esset magis apta resistere: quoniam uirtus unita etc. secunda conclusio. quòd in bona hypostasi melior est continuitas: nam hæc denotat maiorem potentiam uirtutis ad uniendam, & continuandam materiam, & breuiter ad superandum &c.

## Dubitatio. xx.

**VTRVM** talis est proportio significationis hypostasis super materiam in tota dispersam, qualis est puris in significando supra materiam apostematis. & hoc dubium est motum propter unum uerbum Auicē. capitulo de hypostasi, & ad aperiendam uiam &c. ad dubium sine obiectis premitatur, quòd hypostasis est superfluitas in secunda, tertia, aut quarta digestione causata, quam contingit aliquando esse bonam, aliquando malam. secundo quòd ista comparantur, pro quāto habent significare maturationem materiæ, à qua deciduntur. prima conclusio, quòd non tantam ostendit maturationem pus de sua materia, quantam hypostasis de sua. patet

patet conclusio: quoniam semper inest foetor, qui extranea tionem quandam, cum hypostasis non ostendit, ostendit; cū non sit foetidi odoris &c. item hypostasis à calore naturali tantum fit. sanies uerò à calore naturali partim, & partim à calore præter naturam, ut patet. igitur &c. ex quibus infer tur secunda conclusio responsiua, quòd ista proportionan tur adinuicem: quoniam utraque est maturationis materiæ suæ significatiua. patet: sicq; ad quæstionem quid dicendū. nota hic, & de iudicio sumpto ab urina, quòd perfectius, & dignius est iudicium, quod sumitur ab hypostasi: nam sic ui detur sentire Hippo. 2. prognosticorum, ubi permaximè cō mendat. & Gal. in commentis: nam ipsa maximè significare uidetur super digestionem, & indigestionem &c. conse quenter sumptum à substantia: deinde ab odore, & colore, ultimò à quantitate. quare &c.

Completus est tractatus de urinis Domini  
Michaelis Sauonarolæ Patauini.

## DE EGESTIONIBVS

MICHAELIS SAVONAROLAE

EDITIO INCIPIIT.

Quid sit egestio naturalis. Cap. 1.



VM à ME de urinis satisfactum esse pu tem; consequens duxi de egestionibus tractare: cum hæc duo sint usui practi cantis hoc ordine ab astantibus sic demon strata, ex quorum recto aspectu bona, uel mala corporis dispositio compre henditur. egestio namq; & si plures for tiatur diuisiones, hac tamen sola in præsentiarum conten tus esse uolo: cum dicimus, quòd egestionum una naturalis est, reliqua præter naturam. ob quam hunc tractatum in duo diuidemus capitula: in quorum primo de his naturalibus agetur: in secundo uerò de his, quæ præter naturam, siue nō naturales nuncupant cum appositione signorum demon stratiuorum, & prognosticorum, & quorundam dubiorum annexione. & licet à medico de nominibus non sit disce ptandum, prima primi doctrina. 6. 5. cap. non tamen ipsorū quid nominis silentio prætereundum est: cum principium omnis doctrinæ sit, posteriorum. 2.

Dicamus itaque, quòd, licet hi termini egestio, excrea tio, expulsio apud nonnullos ut synonyma habeantur; tamē egestio ipsa, ut nostro deseruit proposito, uidetur importa re omne id, quod per fœteri, seu sphincterem expellitur: nā à gero, & immediatius ab egero ipsius natura trahitur. ne que hic inter egestum, & egestionem deriuatiua expe ctatur; & si egestio ultra egestum, motum ipsorū uideatur: nā egerere est extra portare, uel ferre.

E G E S T I O itaque naturalis est primæ digestionis su perfluitas in sacco genita, quæ neq; liquida est, neque exi cata: sed ad modum mellis iuncta debitæ quantitatis, colo ris, formæ, odoris: & in hora solita faciliter, sine punctione ueniens. cuius sacci caliditas causa est effectiua. ex quibus particulis primò apparet causa factiua eius: secundò quæ sunt signa naturalitatis ipsius demonstratiua, de quibus om nibus suo agetur ordine. dicitur superfluitas &c. nam facta digestionem chyli in stomacho, superfluum, quod ab eo rese catum est, simul cum parte non benè obediens in chylifa ctione eius, ad saccum transmittitur. & ibi superfluum illud & pars, quæ chylificationi non fuit benè obediens pro tem pore certo retinetur, donec pars illa debitam à caliditate sacci recipiat chylificationem, & superfluum in stercus con uertatur, quæ cum conditionibus positis naturalis uocatur egestio. & hæc conditiones maximè inueniuntur in homi ne inculpatè uiuente: nam in eo, qui indebito regimine de git, hæc non reperiuntur: deinde tātum sic successiue ad co lon expellitur uirtute expulsua eius à cholera rubea ad ipsum transmissa incitata, ut de colore eius infra. deinde sic

A pars chylificata per uenas meseraicas ad intestina inferio ra terminatas ab hepate attrahitur, siue fugitur. unde & fœ ces sic minus humidæ remanent. ad saccum uerò non uide tur, quod aliqua meseraica notabilis terminetur. & ex his apparet non solum eius causa factiua; quia caliditas sacci: sed & locus eius. unde. 16. tertii. 1. cap. & creatum quidem fuit propter iuuamenta, de quibus est, ut fœcis sit locus, in quo comprehendatur. quidam uerò modernorum putauerunt complexionem monoculi solum præparationem quan dam dare superfluitate tali: ut deinde in collo formam ster coris assumeret, ueluti stomachus cibum præparat, ut in he pate in massam conuertatur sanguineam, & est etiam pro portionale, ut supra de urina dicebatur. inquit in anatomia sua de sacco loquens. cuius iuuamentum est, ut principaliter retineat succum: & præparet ipsum in inferioribus: ut, cum in eis fuerit sic digestum; per uenas meseraicas in eis existentes attrahatur ad hepar: nam in monoculo non est meseraica, quæ habeat magnitudinem. Aui. Et recipit suc cus in mon oculo initium facile non principaliter; sed ex consequenti: sed fœx completur in colo, quod est secundū ex grossis, & quintum in ordine sic dictum: quia plura habet cola, seu cellulas: de quibus infra, in quibus stercus for mā recipit. & locatur iuxta renem sinistrum, quare frequē ter non decernitur inter dolorem renalem, & colicum. ex hoc loco accipi potest primò, quòd color colicus ex reten tione fœcum ueniens ut multum à latere incipit sinistro. secundò sic tolli potest contradictio, quæ est inter Aui. & Mundinum ipsum de inceptioe doloris colici. & tu confi dera. tertio quòd propter propinquitatem uasis fœcum ad renes non raro accidit corporis, siue uentris stypticitas ab ipsorū renum caliditate uehementi, qua ipsas sic exiccado ad motum extra inhabilitat: & tu practicè hoc benè confi dera. & pro ista opinione uidetur textus Aui. alleg. cap. in quit. & de eis est: quoniam hoc intestinum est initium reli quarum conuersionum ibi ad fœculentiam. consideret spe culator. & ex istis inferitur, quòd in sacco est uirtuosa calidi tas chylificationi appropriata, & nō solum stomacho, ut qui dam putauerunt. unde Aui. allegato cap. & intestinū, quod

B monoculum est intestinum, in quo cōpletur digestio eius, quod fuit inobediens in stomacho. puto tamen, quòd in eo non sit ita uigorosa ut in stomacho, & nisi foret præparatio in stomacho recepta, tale humidum in stomacho sic inobe diens factum non reciperet in sacco chylificationem: existi mo nanque, quòd, si cibus in sacco integer ueluti in stoma cho reciperetur, chylificationem in eo minime assumeret. & iuxta hæc fortassis quæret aliquis, nunquid in stomacho stercus generari possit: cum in eo adsit præsentia mate riæ, & caliditas uigorosior, quàm ea, quæ est in monoculo, quibus sic stantibus non uidetur, cur in eo produci non pos sit. item in monoculo generantur uermes præcipue grossi, & longi ob præsentiam materiæ, & causæ efficientis, quæ ē ipsius caliditas. & quia hæc etiam in stomacho reperiuntur hic in stomacho tales quandoque generantur. quare de ster core proportionabiliter iudicandum uidetur problema hoc neutrum est, & in se contradictionem non claudens. & possibilitas est res ampla, quarta primi de quintana. sed cre do, quòd id fieri non contingit expulsua stomachi non pa tiente: item dignitas membri ex colligantia sui ad cor per os eius. sed hic garrulet speculator, & sophista, & hic unū de sacco non tacebo, quod Ferrariæ in anatomia uidi. erat n. in homine illo ita paruus, ut uix à cellulis colon discerne retur, & tales sic habentes colicam, & dolorem intestinalē frequenter incurrunt: nam, cum debeat tantam quantitatem recipere, quanta est illa, quæ à toto cibo refecatur, necesse fuit ipsum magnum esse, & amplum: propter quod saccus dictum est, quòd contingat ipsum paruum esse, tunc super fluitas tanta in eo cōprehendi non potest, & sic inalterata ad intestina inferiora descendit. & quia indigesta, & cæte ra in ipsis uentofantur, quæ res & magis accidit talibus ingluuiosè uiuentibus, dicitur quæ neque est liquida &c. unde. 2. prognosticorum textu comm. 1. 2. Egestio, quæ est naturalis, est, quæ neq; est dura in termino lapidis, neque leuis in termino aquæ, ut fluat, & currat: sed est eius leuitas cum dispositione, cum qua possibile est, ut permanet con

C

D  
Cano. Sauo. S 4 iuncta

iuncta præterquam fluat, & currat. & loquens de ea Auic. secunda primi ultimo cap. & clarius inquit. Quæ ex egestionibus est, melior est: quæ iuncta est, quæ est similiū partium, in qua humiditas est siccitati uehementer admixta, & cuius spissitudo est sicut spissitudo mellis: ista. n. sic disposita potentiam denotat uirtutis, & materiæ æquationem, de bitamq; humidum cum sicco permixtionem, & ex consequenti bonam pepasim: nam egestio nimis humida, & similiter nimis sicca innaturalem corporis significat dispositionem, ut in sequenti cap. dicitur; cum de eius naturali substantia tractabitur. & tu ibi. dicitur debite quantitatis; quia in denominatione quantitatis debet assumptis proportionari: nam respectu illorum recessus, aut secundum augmentum, aut secundum diminutionem est innaturalis. & tu hæc sane intelligas: quoniam corporum dispositiones considerare oportet ex parte complexionis, ætatis, & huiusmodi: quoniam corpora uehementer calida multum sugunt, magnamque partem superfluitatum resoluunt corporum frigidorum respectu. & ideo considera. dices Auic. dicit, quod egestio debet esse æqualis comesto, nunquid superfluitas ex uino refecata considerata sit; dicendum, quod non: quoniam non est notabilis quantitatis, & de potantibus aquam idem. propter quod nota, quod quædam sunt cibaria, quæ multum, & copiose nutriunt, à quibus pauca, uel quasi nulla refecatur superfluitas; ut oua, caro testiculorum gallorum saginatum, uinum odoriferum, & suaue & multa, & nuges, ut theoricæ septimo. quædam parca nutriunt, & multæ sunt superfluitatis; ut rapa, caules, bautia, & quæ sunt huiusmodi. quædam uero medio modo se habent inter hæc, ut panis, & secundum Auer. caro gallinæ, annualis agni, & hœdina. sicq; & corporum uarietatem, & ciborum considerare oportet. sed quem mihi dabis, qui omnia hæc sic perspicaciter consideret. & ideo stude. dicitur coloris; color. n. debitus, & naturalis citrinus est, & proprie citrinus remissus, & non igneus. unde Auic. Color naturalis est igneus leuis tamen igneitatatis: nam si eius color esset nimium tinctus; tunc significaret cum ea foret superflua cholera. quod si discolorata foret; signum esset, quod de cholera non esset admixtum cum ea, quantum sufficit: & tunc aut oppilatio, aut alia ægritudo denotaretur, & ut credo, tenendum esse: uehementioris tamen est tincturæ, quam sit urinæ color naturalis: nam color fœcum respectu coloris urinæ naturalis dici debet, ut Auic. igneus.

Sed dicit, aliquis maior uidetur esse quantitas cholerae, quæ ad uias urinæ transmittitur, quam ad intestina. ergo magis citrinari debet urina &c. & pro isto primo notandum est, quomodo stercus naturaliter coloratur, secundò ad dubium respondebitur. & pro primo sciendum est ut. 1. 5. tertii. i. c. quod chystis est uesicula quædam figuræ oblongæ cum quadam rotunditate ex tunica unica neruosa, & collo uno contexta in concauo hepatis in media penula eius ad latus stomachi collocata in receptaculum cholerae, & euigilatione expulsiuæ intestinorum finaliter ordinata. collum autem hoc in medio hepatis ortum habet, & choleram rubeam in se recipit tempore digestionis, & depurationis sanguinis ab ea, & ad certam distantiam sic unum extenditur: deinde bifurcatur: & unus ramus penetrat in medium hepatis, per quem chystis choleram recipit. alter bifurcatur deinde, & ramus minor descendens ad duodenum uadit ad fundum stomachi, portans choleram inter duas tunicas eius ad confortandam digestionem: magnus uero pur ad duodenum terminatur, & per ipsum portatur cholera ad intestina inferiora ad euigilandum expulsiuam ipsorum in expellendo fœces. unde ad monoculum minor quantitas cholerae peruenit: sed ad colon maior, ut sic magis stimuletur uirtus expulsiua eius ad fœces expellendas in suis cellulis contentans. quare maiorem tincturam recipiunt in ipso colon: putandum nanq; etiam est per uenas meseraicas ab hepate ad colon choleram pertransire fœces ipsas tingentem, & magis, quam per uenas meseraicas ad monoculum terminatas: quoniam, ut tales supra non sunt notabilis quantitatis, ut illæ, quæ colon: colon nanque supra stomachum collocatur, & à zirbo cooperitur, ut sua humiditate præparet fœces induratas expulsiuæ. in tali itaq; situ sic plus de cholera uenit ad

stimulandum uirtutem expulsiuam: & hoc respectu eius, quæ ad monoculum uenit, & propter istam causam contingit dysenteriam in intestinis inferioribus, ut frequentius causari: & tu præctice nota. & ex his infertur, quod mutatio coloris in fœce non arguit super dispositionem stomachi, cum ab eo colorem non recipiat. & ad dubium respondendo supposito, quod cholera, quæ cum aquositate ad renes transmittitur, maioris sit quantitatis, quam ea, quæ ad intestina; nihilominus plus tingitur stercus, quam urina propter tres causas. prima, quod cholera in intestinis rem siccam inuenit, & duram: modò citrinitas cholerae plus tingit rem siccam coloratam, quam humidam non coloratam, ut est urinæ aquositas. ideo &c. secunda, quoniam cholera citrina ad intestina transmissa est pura, & non admixta. ideo plus tingit admixta, ut est illa, quæ cum sanguine ad renes transmittitur. tertia, quia cum aliqua res miscetur cum re tingente; usq; ad minima aliis paribus minus tingitur, & tincturam demostat, quam quæ solum in superficie tingitur: quoniam color non sic dispergitur: sed magis unitur: & præcipue habet hoc ueritatem, quando res, cui admiscetur, de se non est colorata respectu eius, quæ colorata est, ut supra. & sic patet, quid ad dubium respondendum sit. dicitur formæ &c. quia debet esse bonæ formæ ad rotunditatem tendens, non inflata, ut quæ uaccina &c. neque fluida: sed in suis cõuenientibus terminis stans ut sputum laudabile, & certè, quia hæc particula non est famosa, ut sub modo substantiæ comprehendit habet. propter quod eam Hip. non nominauit, 2. prognosticorum. dicitur odoris &c. quoniam debet esse conuenientis fœtoris: nam multus, ut infra, multam denunciat corruptionem. & priuatio fœtoris significat digestionis priuationem, & frigiditatem &c. ut in sequenti ca. dixit tamè Alex. Afrodiseus in problematibus, quæ conciliator noster transtulit de græco in latinum, quod quorundam animalium sterora non fœtent: eo quod sicciora sunt, paruo fruuentia cibo, ac multum extenuata, in tantum, quod stercus dorcarum (genus est equarum, & equorum) animalium aromatizat: hæc conciliator quarta problematum problemate. 110. dicitur in hora solita &c. nam ex hoc denotatur eius temperies, & uirtutis debita potentia: nam, si ante, aut post horam illam, aut cum difficultate, siue cum punctione fœces emittuntur; signum esse uiciosum ut in sequenti capitulo. & attenditur magis eius consuetudo circa numerum assellationum, & tempus exitus eius, quam circa substantiam, & quantitatem. & si queritur, quæ est hora conuenientior exitus eius; dicendum, quod hora luci proxima, in qua facta est digestio præassumpti cibi: & sic eius superfluitas expellitur, ut cedat superfluitati ex superuenienti cibo generandæ. dicitur cuius &c. & iam aperta est particula hæc. & sicut istæ particulae egestionem demonstrant naturalem; ita cum sic ab his recessus, egestio non naturalis dicitur: plus autem, & minus secundum maiorem, aut minorem ab eis recessum & ista sufficiant pro signis demonstratiuis naturalitatis eius.

*De egestionem non naturali, siue præter naturam dicta cum suis signis demonstratiuis, & prognosticis, & quorundam dubiorum annexione continens. Rub. 11.*

Cap. 2.

*De egestionem non naturali quid sit. Rub. 11.*

**I**AM EX HABITIS patet, quod omnis egestio recedens ab his, aut altero eorum, quæ in descriptione egestionis naturalis posita sunt, est non naturalis dicenda: nam, sicut accidit in sanitate respectu ægritudinis, ut quod sanitas dicit omnium integritatem: & cum sit recessus sensibilis ab aliquo eius, statim sequitur dispositio non naturalis ægritudo dicta; sic de egestionem naturali respectu non naturalis est dicendum. recipit & egestio naturalitatem ab his, quæ quandoque cum ea coniunguntur; ut sunt inflatio, spuma, sonitus, & huiusmodi, de quibus omnibus, & causis eorum statim dicamus itaque, quod egestio non naturalis siue præter naturam est humiditas superflua per ficteri egressus in stomacho, in hepate, splene, uel intestinis genita, indebita

indebita substantia, indebita quantitatis, qualitatis, quia forma, odoris, & coloris: & non in debita hora: sed cum difficultate, & punctione, & non consuetorum admixtione exiens ex quibus omnibus patebunt eius signa demonstratiua, & per quae super naturalem etiam significare poterimus: cum unum oppositorum ex alterius declaratione magis elucescat. ut ergo, quae sic tradita sunt, manifestentur magis; eo prosequar ordine, quo in de naturali declaratione actum est. dicitur namque humiditas superflua &c. nam in omni fluxu, siue cerebri, siue stomachali, & huiusmodi humiditas superflua per ficteri emittitur: cumque in locis generatur, quae, & si cum stercore associatur, ipsum non naturale reddit, quemadmodum caetera; ut uentositas, spuma, & huiusmodi, de quibus suo loco. & cognoscitur exiens tale stomachicum, siue cerebrale, & huiusmodi per signa propria distinctiua, de quibus ad plenum in practica nostra magna suis capitulis a nobis scriptum est. haec autem hoc loco non sunt adducenda; quia sic foret capitulum in cap. ponere. pro quod eis sic intactis relictis ad id, quod de substantia tangebatur, redeundum est. scito tamen, quod harum humiditatum fluxum signa significatiua non omnino silentio praeteribunt. est autem stercus indebita substantiae: quoniam ipsum est nimis humidum, & causa, ut Aui. quoniam tanta humiditas significat oppilationem, & malitiam digestionis: nam hepate oppilato, & meseraicis, humiditas, quae debebat per meseraicas trahi ad hepar, in intestinis remanet stercus nimium rheumectans. consimiliter, cum fit in stomacho mala digestio; chylus non debite ingrossatur: & sic non fit debita humiditatum resolutio ad intestina, faeces amplius humectantur. significant & quandoque debilitatem meseraicarum non trahentium, & sugentium debitam humiditatem utilem cum superfluitate tali coniunctam. significant & quandoque rheumatismum a capite ad intestina descendens rheumectans faeces. & propterea trahuntur a diarrhoea capiuntur longa sic multis humiditatibus ad intestina rheumatizantibus, aut significat regimen fuisse humidum, quale est ex assuptione ceraforum, & horum talium humidorum. quod si cum tali humiditate uiscositas coniungitur, pluries significat liquefactionem partium unctuosarum corporis, quae est cum faecore: nam liquefactio haec a calore putredinali, & praeternaturali fit. & hoc uidetur in hecticis, quando appropinquat morti, quibus fluxus talis superuenit. significat & praesentiam multorum humorum uiscosorum: & haec non est cum qualitate substantiae pro uiscositate humorum. interdum causa sunt cibaria multa comesta, & hic non digesta, & uiscosa, sicut cum fit portulacae nimia comestio, anguillarum fungorum, & huiusmodi. & sicut dictum est, a capite descendit rheumatismus facies egestionem esse liquidam, quae liquiditas causa est fluxibilitatis uentris: ita ab hepate, & splene, uel a toto quandoque fluunt humiditates reddentes stercus liquidum, & uentre lubricantes. & cognoscitur per signa propria: nam quae talis est uis humorum, ab humoribus tingit, quae a stomacho, per colore alimentum, siue chyli: & consistit si ab hepate, apparet egestio chylosa, maxime quando est ex oppilatione meseraicarum &c. & quidam putant optimam sibi esse, cum pluries in die secedunt afferentes se uentre habere obedientem. unde pro hoc nota, quod haec fluxibilitas quandoque est bonum signum, quandoque malum. bonum quidem, si bona fit crisi: malum uero, quando non fit penetratio cibi de stomacho ad hepar: & de intestinis ad hepar, ut supra dicebatur: nam in ea, quae fit bona crisi, non est sonitus, neque frequentia assellandi. in reliqua uero est frequentia assellandi, & sonitus. ad egestionem autem frequentem, & liquidam haec sequuntur nocumenta; lassitudo, uigilia, & tandem defectus uirtutis propter multum surgere. & ideo nota practice in fluxibus, sollicita, & cura, ut aeger de lecto non moueat: est enim motus ad assellam una de causis mortis, secunda quarti proprio cap. accidit & uirtutis defectus resolutione caloris euacuationem superfluentem consequente. egestio liquida, quae praecessit, postquam superuenit sudor, aut fluxus urinae, si deinde dura fit; sanitatem inferioris uentris denotat. item liquida in principio morbi apparens, cuius est euacuatio, ut minoratiua, praecipue materia ente furiosa, laudabilis est: significat potentiam uirtutis supra materiam morbi. dicitur & indebita substantiae ex parte siccitatis: nam egestio sicca significat laborem scilicet corporeum, & multam resolutionem humiditatis a calido factam, aut urinae multam

**A** prouocationem diuidentis humiditatem ex secessu iuxta aphorismum quarta aphorismorum. Urina multa secessus paucus. aut significat calorem igneum intensum ualde stercus exiccantem, aut sicca nutrientia; ut sunt assata, aut multam moram stercoris in intestinis. propter quod a calore exiccatur stercus. ut. 16. tertii de eo, quae omnia uerificantur maxime ipso stercore ente simplici. quod si contingat ipsum componi, quia humiditas cum sicco componatur, ut in emittente faeces duras, & scybalosas; haec non est intelligenda uera commixtio, quae per digestionem fit, licet quae per iuxta positionem partium oritur; tunc cum faex dura cum humiditate sic emittitur; arguendum ipsam in intestinis longo tempore retentam fuisse, & in humiditatibus uiscosis ipsam exire prohibentibus, ut pluries accidit in tenasione. & haec retentio faecum fit aliquando propter priuationem cholerae stimulantis, siue pungentis; quia debentis pungeri, & faecis exitum festinare. & ubi comprehenditur, quod causa non est in retentione multa faecum, neque in intestinis multae sunt humiditates; tunc causa esse poterit effusio saniosa materiae, uel superfluitatis ab hepate fluentis, aut a parte propinqua hepatis, aut meseraicis, quae materia saniosa non cessat fluere, donec commisceatur egestioni, & illam rheumectet, uel aliquam eius partem. & ex his collige, quod quanto egestio erit magis in partibus suis aequata, & melior permixtio partium humidarum cum siccis; tanto melior erit meliorem significans potentiam uirtutis in aequando, & minorem inobedientiam, seu resistantiam, ut supra in praecedenti cap. dicitur indebita quantitatis: quoniam magna quantitas eius, & pauca illaudabilis est: & hoc respectu assumptorum: nam defectus, & abundantia ad eandem perducit differentias. 3. techni Gal. tu itaque medice considera eius quantitatem, si est maior, minor, uel aequalis. si maior; hoc est propter praesentiam multorum humorum, qui cum ea commiscantur ex nutrimento uiscoso genitis; ut sunt anguilla, portulaca, fungi &c. aut qui in stercus conuertuntur. item multiplicatur faex in eo, qui multum comedit absolute, & in eo, qui paruo utitur exercitio aliis paribus: item quando est debilitas attractiuae hepatis, & meseraicarum: ubi parum de nutrimento attrahitur, & maxima pars eius in secessum transit, & cognoscitur: quoniam in casu hoc corpus debilitatur. item multiplicatio cholerae ad intestina saepe stimulantis ad assellam & cognoscitur per colorem eius, aut motus humorum superfluus a quocumque ueniat ad inferiora. item hoc idem praeparat debilitas uirtutis digestiuae cum fortitudine expulsiuae: inquit Aui. 16. tertii de multitudine stercoris, & paucitate cibi: namque plurimi humidi, super quos bibitur, egestio plurima est, & eius contrarii egestio pauca est. & quando cholera magnifice ad hepar expellitur; minoratur egestio: & quando non expellitur: multiplicatur. & per oppositas causas accidit paucitas earum, quia praesentia paucorum humorum, aut quia parum comedit, & specialiter comedit cibaria pauca superfluitatis, ut in praecedenti cap. de quantitate. quod etiam accidit ex artificio nutrimenti: quoniam ex assatis minor quantitas faecum fit; quam ex elixis. considera. aut plurimo utitur exercitio, siue labore resolvente: aut quando fortis adest hepatis, & meseraicarum attractio, & corpus sic impinguatur, aut paucitatem cholerae natura ad intestina inferiora transmittit, aut quies humorum superflua, aut fortitudo digestiuae cum fortitudine retentiuae; quae sic magna pars superfluitatum resoluetur &c. ut patet consideranti. & ex his praesentibus causis fluxus stercorosi, de quo. 16. tertii, quae sunt quantitas, & qualitas assumptorum, paucitas nutrimenti, quod ad membra mittitur pro oppilationem, aut debilitatem uirtutis attractiuae hepatis, & meseraicarum, ut dictum est: aut multitudo eius, quod ex cholera mittitur ad intestina ex hepate, uel splene &c. & de hoc in dubiis. dicitur indebita qualitatis, primo quia forma, ut quia non fit in suis terminis firmata, sed fluat, aut uentositatis plena, de quo infra: ut est stercus uacuum, & de forma hac, quae figura magis dici debet, leuiter pertraseo: cum non sit conditio famosa. propter quod Hip. 2. prognosticorum ipsam siluit intendens illam sub substantia collocari debere, ut supra. dicitur odoris; quoniam non debet esse in toto odore priuata: nam priuatio odoris frigiditatem magnam denunciat, uel phlegmatis dominium, aut melancholiz

## De egestionibus

lia, aut nimiam calidi resolutionem, siue à calido factam. nimius autem foetor humorum putrefactionem, ut. 1. prognosticorum cap. ultimo, aut digestionis corruptionem. & egestio foetida leuis est signum putridarum, ut cum incipit foetere plus solito, ut de urina actum est. contingit & egestiones foetidas fieri assumptorum uitio; ut in comestione allij, & pororum, & erucæ &c. & quando sterco mediatur habere, & non habere foetorem; perfectam denotat digestionem, & naturalitatem. dicitur colori, qui multipliciter significat, sicut & ipsi multi existunt, & possunt esse simplices, & compositi, siue commixti: quoniam alius subalbidus, alius terreus, citrinus, igneus, croceus, æruginosus, uiridis, indicus, liuidus, & niger. & in his, ut breuiloquus fiam, non prosequor: quoniam de eis cum suis declarationibus tractabitur statim, cum quædam ponentur signa demonstratiua, ac etiam prognostica à colore ipso sumpta. agetur de compositis: quoniam aliter naturalitati magis attinet. & ne totus silentiosus hic sim, tantum de colore dicam, quod citrinus nimis fellis significat multitudinem, ut Aui. & diminutus ualde cruditatem, & maturationis priuationem denunciat. & horum causæ ex dictis aperte sunt. & omnis color præter prædictum in egestionem naturali est innaturalis, & ipsum innaturalem reddit. dicitur & non in debita hora &c. nam in exitu foecum consideranda est hora, & consuetudo exitus eius. quod si contingat ante illud tempus tunc egredi; significatur multitudo cholerae tunc stimulantis uirtutem expulsiuam. cuius signum est citrinitas intestionis egestionis, aut significatur debilitas contentiue, siue retentiue, quæ res ex liquiditate egestionis comprehenditur. quod si tardior fuerit exitus solito; significat debilitatem uirtutis digestiue tardando digestionem in digerendo, & in separando foecum, siue superfluitatem &c. significatur & frigiditas intestinorum, quæ tardat earum foecum exiccationem, & formam. item & priuationem cholerae pungentis, & stimulantis uirtutem expulsiuam earum, aut debilitatem expulsiuam à frigiditate nocitæ: & quæ his foecibus annectuntur, causas demonstrant, de quibus statim. tardatur autem, & uelocitatur egestio ob diuersitatem ciborum in se, & in suo ordine: nam in assumptione ciborum facillime digestionis præter solitum citior est egestionis exitus. item si leuis fuerit, & solutio ne participans, ut sunt pruna, & huiusmodi, & in his qui sunt difficilioris præter solitum, & tardioris tardior redditur: item si stypticus, ponticus, grossus, aut uiscosus: consimiliter ex parte ordinis: ut cum grossum præponitur, aut subtile. & tu considera. accidit & quandoq; hæc uarietas ex parte citi, & tardi; cum attractiua est debilis, & expulsiua fortis. aut quoniam cibaria sunt multum acuta, ex quibus deciditur superfluitas acuta multum stimulans, ut esset comestio alliorum, pororum, & huiusmodi. unde citaretur exitus, & contra tardaretur. item & præsentia ulcerum in intestinis causa sunt huius, aut nimius confluxus humorum cum cibis, & huiusmodi. & quæ medio modo se habent, hos motus moderatos faciunt. considera. dicitur cum difficultate &c. nam exitus eius facilis uirtutis expulsiuæ potentiam significat: difficilis uero contrarium: sterco namque olim est foetori sibi proportionatum, in cuius exitu cum naturale est, uoluptuatur, sicut os stomachi ex cibo delectabili. propter quod in exitu egestionum non debet punctio nem sentire: sed uoluptatem. quod, si secus fiat; non sunt naturales: punctio namque superfluitatem humoris calidi pungentis denunciat, siue sit cholera naturalis, siue adusta, & color manifestat. postremò declaranda est particula illa non consueta admixtione: nam cum stercore naturali admisceri non debent sonitus, uentositas, spuma, unctuositas foecum, lenitas, sanguis, uirtus, uel sanies, uel aliquod huiusmodi; nam hæc significant stomachum, aut intestina egressa esse à dispositione sua naturali, & consequenter ipsa non fore bene disposita. sonitus autem uentositatem humido commisceri denotat. quod si sonorosus est; humiditatem fore subtilem: si obtusus; ipsam grossam, cui commiscetur, aut frigiditatem intestinorum demonstrat. quare intestina frigida habentes sunt in posterioribus multum sonori debilitate digestiue intestinorum contingente superfluitates resolueri non potentes, sed in uentum conuertentis. significat &

**E** instrumentorum angustiam, quæ non parum ex cibis eliam causatur uentosis. quandoque caliditas, aut motus, ad quem sequitur caliditas, est causa uentositatis generatiua in intestinis: sed talis est magis resonans, & minor, minusque mala. sonitus autem hic cum est paruus, & interpolatè factus, à quibusdam gurgulatio nominatur. cum autè est amplior, siue maior; rugitus dicitur. & multitudo humiditatis cum fertur cum sonitu; humiditates significat inflatiuas: nam sic ad intestina propulsa uentositatem causant, quæ si fuissent subtiliores; insensibiliter resolutæ forent. reddit egestiones non naturales commixta uentositas, ut est sterco uacuum dictum, & quod in colica uentosa emittitur. quædam uentositas est aliquando cum sono, & quæ cum uoce existit, multitudinem uentositatis grossæ uaporosæ significat, aut instrumentorum angustiam; quæ uero est absque uoce, paucitatem uentositatis, aut instrumentorum amplitudinem enunciat. & est hæc secunda minus mala. ex quibus patet differentia inter uentositatem, & sonitum: non. n. omnis uentositas sonora est. estq; minus uerenda in consuetis absque uerecundia illam emittere, quam in non consuetis: nam, si uerecundi illam emittunt; tunc illud accidit aut propter angustiam doloris, aut alienationem. est itaque consuetudo attendenda, quæ ut altera fit natura, ut Auer. prologo physicorum. & retentio uentositatum exire consuetarum colicam futuram pronunciat. propter quod Sirunneus non ster, & apud nobiles colicam sic timens inuerecundè tales emittebat, hisq; ludibrio erat. spumosa quoq; demonstrat calorem fortem eliquantem, ut in calidis, aut uentositatis commixtionem, cuius separatio est difficilis: uentositas namque sic in humiditate uiscosa clausa partes eius commouet, & ibi ampullas superficiales eleuat. quod, si contingit caliditas illas ebullire faciens; spuma alba causabitur: ut est uideri in decoctione mellis, piscis, & talium uiscosorum, in quibus sunt partes apte faciliter à calido uentofari. & Gal. inquit. 3. prognosticorum commen. 19. in fine. Et fortasse significat caliditatem superfluum, quod est, quod nos inuenimus euenire spumam exterius secundum hunc modum. in mari quidem propterea, quod uenti percutiunt aquam; sed in profunditate pelagi propter superfluitatem caliditatis. & tu considera. egestiones spumosæ significant defluxum phlegmatis à capite, & est aphorismus. 29. septimæ. & hoc in dubiis. neque sterco sanum unctuosum esse debet: nam unctuositas liquefactionem adipis, aut pinguedinis enunciat, quæ à calido fit, & liquefactionem humiditatum principalium; cum fuerit leuis, uiscosa: leuis, ut supernatet aqua cum sterco in aqua deponitur, aut si supra ipsum aqua paru per calida proiciatur, cui pinguedini si coniungitur fortis nigredo, aut uiritidas; signum est mortis: nam arguitur in membris ultimam perfectionem, aut caloris extinctionem: aut fortem, ut ultimam adustionem. considera. & de hoc in dubiis. lenitas foecum, de qua est sermo, egestionem non naturalem enunciat per lenitatem superficiæ æqualitatem intelligendo: nam, quando est æqualitas in egestionibus, & lenitas bona: tunc cum eis adsunt bona signa alia ex parte coloris, quantitatis, & huiusmodi sumpta, de quibus supra: quoniam significatur fortitudo digestionis, siue bona, & consimilis digestio in omnibus suis partibus facta; sed, quando continget æqualitas, & lenitas propter adustionem, & liquefactionem similes in partibus egestionum, cum quibus apparent signa mala, ex malis accidentibus sumpta, tunc est signum malum; quia significant materiam malam unitam, & uniformiter malignatam, & quanto uniformitas in eis maior erit, tanto deterior: cum hic comprehendatur uirtus corporis in potentia. & ideò dicebat Aui. proprio cap. & scito, non omnis egestionis æqualitas est laudabilis, neque omnis eius lenitas. & de his in prognosticis, & demonstratiuis magis. egestio autem sanguinea non est laudanda, & illam non naturalem reddit: nam cum talis apparet, aut est à toto corpore, aut à parte; ut hepate, splene, meseraicis, intestinis, & huiusmodi, uel membri mutilatione: & hæc diuersificantur dolore, aut actionum læsione; quia aut est chylosa, uel lauatiua, cholericæ, uirulenta, foeculenta, subtilis, uel grossa, nigra melancholica, uel sanguis purus, aut caro hepatis nigra, grossa, de qua tertij. 14. & de

de his in de prognosticis statim. uerum, si cum ea est sanguis clarus, aut niger non admixtus ei, sed secum coniunctus, ab hemorrhoidibus exire putabis. sanies si quidem denotat rupturam apostematis, aut intestinorum ulcera, siue materiae uirulentae purgationem omni ex corpore, secunda primi. sanus relinquens exercitium multoties egerit uirus, & saniem, quae sibi laudabilis est purgatio: cum ex hoc, uel inde anxietas remoueatur, quae ei propter priuationem exercitii acciderat. & ex his facile patet, super quae membra egestio principaliter significare habet, & dictum est principaliter: quoniam ex consequenti, & secundario super aliqua significationem habet, egestio namque cum naturaliter fuerit, significat, ut Hippo, quae sunt sub diaphragmate salubria circa principaliter stomachum, & intestina: nam ut supra, egestio materiam in stomacho recipit, & in monoculo formam. secundario autem significat hepar, splen, & huiusmodi sana esse: nam cum conditiones naturalitatis eius habet; tunc nihil extranei, aut mali, ut est humor, uirus, ad stomachum, uel intestina ab alio membro mittitur, quod ipsius bonitatem mutet: & per contrarium, cum innaturalis fuerit, alterum significat, aut malam uentris inferioris dispositionem, aut quod ad stomachum, & intestina materia mittitur ab hepate siue a splene, aut a toto, aut ab illo membro laeso. Raf. 16. continentis. si egestio his conditionibus fuerit associata; significat super bonitatem digestionis cibi ad membra factum, ut conuenit, & quod in uentre non est caliditas intensa facta de apostemate calido, aut alio. & Gal. 1. de crisi. & scribitur sic a Rasi in sexta particula, quod significat per se bonitatem egestionis, & fortitudinem eius, & per accidens, quod penetratio cibi est secundum quod oportet, & quaecumque diuersa est ab ea, quae posita est innaturalis, & illaudabilis, & malitiam significans plus, & minus. fortassis autem contra hoc arguetur sic. non minor est significatio urinae naturalis super bonam hepatis, renum, & uesicae dispositionem, quam significatio stercoris, siue egestionis naturalis super bonitatem dispositionum stomachi intestinorum. sed contingit nocumento existente in hepate, renibus, & uesica urinam esse naturalem, ergo & c. consequentia bona, & maior uidetur nota; quia ita se habet urina ad hepar, & renes, sicut egestio ad stomachum, & intestina: nam uidetur esse similis proportionalitas. & minor probatur auctoritate Auic. secunda quarti de iudiciis urinae. & quandoque est urina in aegritudinibus pestilentialibus bona naturalis in substantia sua, & colore, & sedimine. & ille cuius est, tendit ad mortem: quia patet, quod pro tunc nocitum est hepar, & reliqua membra; cum febris sit morbus communis membra totius laedens. unde quarti prima in principio. febris est calor & c. & in totum corpus procedens. & pro solutione huius pro nunc adduco tex. Auic. prima quarti de signis febris pestilentialis: inquit, & de his febribus pestilentialibus sunt, in qua non percipit eger, neque tangens propinquus multitudinem caloris, & non alteratur pulsus, & urina magna alteratione. uel tolerabiliter dici potest, quod maior est egestionis significatio, uel dic, quod etiam egestio in aliqua tali potest apparere ex consimili causa, ex qua hoc in urina reperitur. & quod dictum Hippo. & Gal. uera sunt ut in pluribus, & rarissime inuenitur oppositum: & de his, quae rarissime apparent, non est scientia, Gal. secundo de crisi, considera.

De signis demonstratiuis, & prognosticis a forma, & substantia sumptis. Rub. 2.

**E**T, cum forma sub substantia comprehendatur; de his coniunctis in suis signis sermo noster erit. liquida egestio potest esse bonum, & malum signum. bonum ut supra; si bona sit crisi: malum quidem, cum ea symptomatice sit: quando, scilicet mala penetratio cibi de stomacho, & intestinis ad hepar. aut eo quod effunditur de hepate ad stomachum, & cognoscitur res ista ex duabus differentiis. prima, quia quae est cum crisi bona; non est rugitu, neque sonitu associata. secunda, quia cum tali non est frequentia: sed paulatina egestionis emissio, ut quia rarus sit motus ad affellam cum quantitate magna: nam in laudabili crisi natura

**A** corpus mundificat, & ipsum ex humoribus euacuat in qualitate, & quantitate peccantibus, & usquequo oportet: & de hoc loquitur Hip. 2. prognosticorum, dum dixit. Liquida bona est, si sine sonoritate fuerit & c. In symptomatice contraria apparent, qui. scilicet est cum rugitu, & sonitu, & est frequentia affellandi. & ad hanc frequentiam sequitur deinde lassitas, uigilia, & uirtutis, deinde debilitas & c. sed quaeret aliquis, nunquid liquida egestio apparet ante crism uel naturae sit laudabilis, cum dicat Gal. in commento illius aphorismi quartae particulae. inchoantibus morbis si fel nigrum & c. quod nulla purgatio in principio facta sit secundum cursum naturae. dicendum, quod in principio egestio liquida apparet, & ante crism, uel tempus crisis potest esse minoratiua, & potest esse ad ultimum facta. minoratiua quidem potest esse bona maxime materia existente furiosa. item & ad huc illa existente multa, de cuius multitudine est timendum: nam secundum artem hoc facimus: primo de multa, ut in aphorismo. Inchoantibus morbis, si quid mouendum est & c. consimiliter si furiosa, ut in illo. digesta medicari & c. nam in ea non expectatur tunc digestio ultima, non est laudanda.

**B** Egestionis induratio postquam. scilicet fuit liquida a principio aegritudinis crisi appropinquante, bonum: & est sententia Hipp. 2. prognosticorum. sed dices, quomodo in crisi, uel tempore proximo potest esse bonum signum: cum tunc fiat euacuatio notabilis humorum, qui cum foete commiscetur, & ipsam liquidam reddunt, dicendum, quod idem bonum signum est: quoniam significat sanitatem uentris inferioris, & quod natura confortatur in facienda crisi remanentis materiae per aliam euacuationem. unde tota materia consumitur, aut per apostema, aut per urinam, aut per uomitum, siue per sudorem, uel alio modo & c.

Egestio aquosa liuida mala: significat enim digestionis extinctionem; cum digestio per uiam inspissationis fiat. 4. meteorologicorum, & 4. regiminis acutorum commen. 5.

**C** Digestio leuis, uiscosa, cum pauca quantitate, & albedine facta mala: consimiliter leuis, uiscosa, cum pauca quantitate, & colore citrina apparet mala; prima. n. adipis liquefactionem a caliditate non multum ignea factam denunciat. secunda uero ididem a caliditate ignea proueniens, aut ab adipe antiquo liquefactis, & cholera fieri potest uiridi, & a ruginosa. nam cum his est caliditas inflammans. & sicut dictum est in praecedenti ca. de substantia non naturali, uiscositas continget aut ciborum uiscositate, aut liquefactione a caliditate facta: utraque potest esse cum multa quantitate; licet prima sit secundum plurimum cum maiori. & medicus ex relatione infirmi in notitiam uenit ita, quod ex quantitate non habetur differentia opportuna; sed accipitur ex parte odoris: quoniam illa, quae est propter liquefactionem, est foetida ualde: quae autem propter cruditatem humorum uiscosorum non foetet. & inter has citrina deterior est: quoniam significat peioris caliditatis excessum liquefactionem facientis.

**D** Quod si quaeratur, quae est deterior; an uiscosa multa, an pauca; fortasse dicetur multa; quia maiorem liquefactionem significat; & omnem malum quantum maioris quantitatis, tanto peius. contrarium uidetur uelle Auic. secunda primi de hypostasi urinae uentositas in urina ita malum signum est, si est multa, sicut si est pauca. pro isto dicendum multa uiscositas cum multa egestione si procedit a toto corpore quantum maior, tanto deterior, sed possibile est unctuositatem, & uiscositatem a pinguedine intestinorum procedere; & tunc licet sit multa, tamen non est peius signum, quam pauca, quae uenit a toto corpore, & c. & practicus aduertat ad has egestionem pingues, quae saniei quandoque assimilantur, & existimantur, quod sit sanies. notet & in eis foetorem, cum dicat Aui. quod autem in humido, uiscoso, & plerumque significat liquefactionem, & est cum foetore. propter quod notetur, quod omne pingue est uiscosum, & non conuertitur; quia uiscositas potest esse ab humoribus crudis: tamen quandoque accipiuntur ab auctoribus, ut synonyma, ut patet secundo prognosticorum tex. commen. 20. nam in praesentiarum infirmum habeo, qui has emittit egestionem absque sensibili laesione in aliquo suorum membrorum, & in earum emissionem



sione multum debilitatur corpus totum. & certè uidi quosdam peritos in re hac multum hæsitare. & tu considera. forte hæsitabitur de dicto Hipp. qui. 2. Prognosticorum dicit egestionem pinguem mortem nunciare, cum Aui. secunda quartæ de iudiciis egestionem dicat pinguem malam esse: non tamen mortalem. pro conciliatione dicendum, quòd sola pinguedo non significat mortem: sed quòdo cum nigredine, aut uiriditate coniungitur, uel fœtore. & hoc uoluit Hippo. Aui. uerò locutus est de ea sola &c. & de hoc supra de unctuositate.

Stercus, siue egestio temperatæ essentiæ, siue substantiæ ad tenuitatem decliuis non est laudabilis, nisi cum non est cum ea rugitus, aut uentositas, neq; in sui exitu paulatim intersecatur: nam, si exit continuè, ut debet, denotatur debita potentia ad expellendum, quòd si emittitur intersecata; tunc possibile est, ut hæc intersecationem faciat uirus, aut sanies prohibentia egestionem iungi fœci primò stimulantem, ut sic diuisa expellatur.

Egestiones loturæ intestinorum similes in acuta ægritudine sunt mortis nunciæ. sed dicet aliquis contrà hæc apparent in dysenteria: & tamen non est mortalis, nisi perueniat ad frustra intestinorum. nota hic, q; tex. est Hip. 2. prognosticorum cõ. 22. & hanc partem non commentauit Gal. & fortasse non est uisum ei, quòd uerus sit, nisi illi addamus. egestiones loturæ &c. uirides, uel nigræ: & tunc uerificabitur, ut de uiridibus, & nigris infra. & tu benè considera.

Egestiones nigræ, æruginosæ, uirides, & liuidæ in morbo chronico apparentes malæ: nam hæc materiæ in tali morbo non apparent uel materiæ morbi: sed ex causa alia, quia propter nimiam putrefactionem, & quasi fixationem caloris præternaturæ. item apparent unctuosæ propter inflammationem substantialis humiditatis. itaq; exponatur illud uerbum Hip. 7. apho. apho. 6. Egestiones cholericæ, idest, nigræ, aut liuidæ æruginosæ &c. & est expositio Galeni in commento quia aliter aphorismus non uerificaretur.

De signis demonstratiuis, & prognosticis à quantitate sumptis. Rub. 3.

**D**E M O C in dubiis: & cum his, quæ supra scripta sunt de quantitate egestionum in præsentiarum nobis sufficiant.

De signis demonstratiuis, & prognosticis à colore sumptis, & citrino, & uiridi. Rub. 4.

**I**N C I P I A M U S primò à simplicibus rememorantes, colorem citrinum naturalem, tanquam sit à nobis, ut sagittatiuorum signum dicentes, quòd inter intense citrinum, & remissum ualde debet obtinere mediū. propter quod tenendū, q; omnis ab ista tali recedens, est non naturalis ut supra. quapropter inquiebat Aui. Color eius naturalis igneus est; quia parua, uel mediæ igneitat. q; si augmentatur, fellis significat multitudinem, & ex consequenti significare potest pro tunc hepatis superfluum caliditatem, si exterior non fuerit causa tingens urinam, ut alkana, & rhabarbarum. si uerò citrinitas ab hoc medio minuitur; significat cruditatem, & maturationis priuationem.

Egestio colorem igneum uehementer superfluum habes significat dispõis malitiam multoties, & multoties in hora finium ægritudinū; quia in declinatione significat maturationem. Aui. significat. n. malitiam dispositionis, quia scilicet non apparente signo digestionis, non constante èt uirtute, denotando calidū præternaturā, ualde intensum mortem prognosticatur. quando uerò in declinatione sic apparet, significat maturationem, & potentiam uirtutis in criticando, & abiiciendo morbos. tu ergo distingue inter hæc tanquam inter bonum, & malum.

Color citrinus croceus minorē quantitatem cholerae ad intestina mandari demonstrat. & licet et infra in fluxu hepatico egestiones appareat albæ: tamē quòdoq; apparet in eis color citrinus, sed remissus: quòdo. s. prouenit oppilatione meseraicarum propter caliditatem uehementem adurentem partes subtiles, ex quarū adustione citrinantur sic subtili in

**E** cholera conuersa, uel ad naturā cholerae relinquitur hoc. s. cholera alibi, quàm in stomacho generari posse. considera. in fluxu aut hepatico cholero egestiones sunt multū citrinæ, quod cognoscit, qn̄ in aliis membris non est nocumētū.

Et subsequendo de coloribus à cholera sumptis, dicendum, q; color æruginosus cholerae æruginosam abundare denotat. & est malus per uiam signi: quoniā æruginosa cholera fit per adustionem prasinæ, ut prima primi de humoribus. ex quibus accipitur caliditatem in corpore magnam fore in hepate, & in stomacho, in quo fit per adustionem uittellinæ prasinæ, quæ uittellina, & si in hepate fit plurimū in stomacho reperitur: & Aui. allegato ca. & quæ in stomacho magis generatur, duas habet partes: prasinam scilicet, & uiridem. & ærugo æris, & egestio consimiliter æruginosa, aut uiridis cholerae denotat talem.

**F** Et hic aduerte, quòd color uiridis quandoq; in egestionibus apprens frigiditatem enunciat; ut in pueris, & algoratis frequenter apparet: & est uiridis porralis, & medicus per alia signa frigiditatis iudicium deponere potest: nā hæc absq; fœtore est, & quòd color uiridis frigiditatem significet &c. lege Auic. secundo can. 3. capitulo.

Item aduertatur, in quò medici non raro decipiuntur credentes omnem colorem sic uiridem cholerae significare prasinam: quoniam, ut inquit Aui. allegato cap. de humoribus. Cum aut aduritur uittellina. s. adustio in ea efficit nigredinem, ex qua cum citrinitate mixta generatur uiriditas: nā horum duorum colorum commixtio mediū uiridem constituit; sicut faciunt pictores ex indico, & auripigmento. commixtis, ex quibus resultat color uiridis: & tunc exeunt egestiones absq; punctura, & mordicatione.

Viridis autem egestio caloris innati significat extinctionem, & similiter fusca; quia liuida utraque cum extinctione &c. propter calidum præternaturā resoluens, & corrumpens uirtutem, & ideò urina liuida mala.

**G** Viridis fœtida mortem enunciat: fœtor namq; priuatione digestionis, & materiæ corruptione, & uiriditas extinctionem demonstrat. sed quæret aliquis, nunquid cholera uiridis possit apparere in crisi aliqua febrili: quoniam si sic; tunc hoc præcipue deberet apparere in feb. sed ut Isaac de feb. cholera uiridis, uel humor uiridis non potest esse materia febris. ergo neq; in crisi apparere; cum decidatur à materia morbi. & exemplum ex dictis apparet. considera.

Egestio cholerica à princ. ægritudinis apprens significat dominiū cholerae, & non est bona: & in fine eius apud declinationem significat, q; mundificatur corpus, & est significatio bona. & quòdo separatur egestio cholerica multa, & non alleuiatur ægritudo; tunc illa est significatio mala.

Egestio unctiosa in principio fluxus apprens nō assumptione rei unctuosæ est mala, & nō mortalis: significat tñ liquefactionem mēbrorū radicalium. q; si ei cōiungitur sicut uirus citrinū cū fœtore magno; in feb. acutis est signū mortis.

Egestiones ualde citrinæ apprensibus pustulis in corpore significant corpus ægrotare, siue esse ægrotatiuum; quia neutrum decidentia. q; si similes sanis fuerint, tutum est corpus nutrire. & est apho. & ideò aduertat medicus in corporibus iuuenum, in quibus hæc pustulæ ut plurimum apparet propter gulositatem eorum &c.

**H** Egestiones citrinæ in feb. aut in alijs morbis apprens, si infirmi eis ingrediētib. facti sunt surdi, significat q; à surditate liberabunt: ut in Margarita nostra. & est aph. 28. quartæ.

De signis demonstratiuis, & prognosticis coloris albi. Rub. 5.

**C** O L O R autem albus, aut subalbus gypseum phlegma, aut frigiditatis dominium enunciat, aut oppilationem porri fellei, propter quam prohibetur aduentus cholerae ad intestina, uel oppilatio quæcunque sit in uia hac, ut apparet in icteritia. & assimilatur egestio chylo albo, à cuius digestionem separata est: quoniam superfluitas assimilatur ei, à quo deciditur in colore, & apparet egestio talis in fluxu hepatico ex oppilatione meseraicarum proueniente, de qua oppilationem infra de rubeo colore, & tu ibi. & ideò in aibus causatur sonitus; quia de raptu uiuētibus egestiones albæ sunt propter non transmitti cholerae rubeam ad intestina earum: sed uertitur ad fundum stomachi ipsa-

ipfarum, ut uirtus digestiua sic caliditate cholerae uiuificetur; cum ex crudis uiuant cibis. propter quod studeant aucupes, & magistri earum in bene aspicere egestiones illarum: quoniam, cum praeter naturam albae sunt, sollicitent ad euacuationem: quoniam aliter incurrunt gypseationem illarum. albae egestiones, quibus coniungitur uirulentia habens odorem saniei apertionem magni apostematis significat. Auic. maximè supple apparentibus, siue praecedentibus signis denotantibus apostema. albae egestiones, quae uiscofae sunt &c. ut in de substantia earum actum est, liquefactionem humiditatum aut à toto, aut ab intestinis. enunciant: & tu ibi pro his, & aliis omnino, & apparent haec egestiones in fluxu liquefactiuo. 16. tertii de eo.

De signis demonstratiuis, & prognosticis coloris nigri. Rub. 6.

**D**EMONSTRAT autem in egestione nigredo sicut in urina; quia sicut Auicem. aut adustionem fortem, aut materiae melancholicae maturationem, quia .s. morbi melancholici, aut nutriendi tingens, aut potationem rei, quae melancholiam euacuat. prima quidem mala est, quae cognoscitur ex punctura, & caliditate, quae sentitur in eius exitu: item ex febre, & caliditate tactuali, item ex acuto foetore percepto. secunda uero, quia patiens patitur morbum melancholicum, aut ex melancholia, post cuius euacuationem alleviatur ipse. item quia & in die fit critico: dicit tamen Auicem. quod melancholia pura ex suo colore tantum non sufficienter cognoscitur: sed melius, & efficacius ex sapore: quoniam eius sapor est acris, & ponticus. sed hanc noticiam buanis relinquamus. & quae est ex sapore, & hoc ex proiectione eius super terram ebullit.

Egestio autem talis melancholica, aut uomitus talis, aut urina nigra mala; quando demonstrat humorem melancholicum purum ad uenositatem transeuntem, de cuius proprietate est, quod habeat luminosam naturam propter calidum igneum illuminans ipsum, aut propter frigidum in ipsum comprimendo partes aereas luminosas. est & humor foetens ad modum lini. & dicit Auicenna. Et ad ultimum humor melancholicus purus pernecans est secundum plurimum; cum egreditur scilicet est mortis significatio: nam est signum materiae melancholicae uenositatis; quae ut plurimum interficit: tunc enim extimandum est, quod ultima adustio est humiditatum corruptio, & peremptio. & licet ita sit, contingit quandoque exitum materiae melancholicae conferre, quando scilicet fit in die critica, & praeparantibus signis digestionis, ut in statu aegritudinis ut. 4. aphorismo. commento. 21. quod si appareat in principio non apparentibus signis digestionis; tunc est mortalis. & de hoc locutus est Hippoc. 2. prognosticorum, & de prima, cum inquebat egestionem nigram mortalem fore. considera. & de ista in dubiis.

Egestio autem nigra, quae talis est aut ratione nutrimenti tingentis, ut cassia, aut ratione potus euacuantis humorem melancholicum, non est uerenda: sed in casu laudanda. & de hoc colore nigro sic in egestionibus apparente dicit Conciliator differentia. 84. liuidus, & niger mortificationem denotant calidam adustionem, uel cholera adustam, uel prauam cholera nigram: secundum tamen plus, & minus, cuius quidem pessima extat significatio, nisi euacuetur paulatinè fortasse. & primo theoricæ. uidi nonnullos hanc egerentes speciem melancholiam, ut nigram, qui cito perierunt. uidi quoque quosdam eorum hanc egerentes & post duos dies citrina facta est egestio paulatinè, & à morbo liberati sunt. & ideo medicè caue tibi à repentina prognosticatione, quod non facit amicus nolter. & subdit. uidi aequidem, in cuius cute color uiolaceus apparuit, & liberatus est post parum: quoniam uariata est melancholia, & post pusillum flauus factus est color in eorum egestione. inquit Conciliator allegata differentia. ipse quoque ego aspexi egestionem nigram melancholicam olentem corruscantem ut cassia fistula in iuvene quinque diebus, aut inde manantem, & redeuntem ad naturalem deinceps, & in eo iam uestigia leprae monstrabantur in facie. & ista quidem est pessima

**A**ma; cum non secundum uiam fuerit purgationis. unde secunda primi. Ad ultimum humor melancholicus purus pernecans est secundum plurimum, cum egreditur scilicet est mortis significatio. chymi, aut nigri exitus, seu sanguis niger multoties confert. generatur autem huiusmodi cholera uerè nigra ex humore nigro, siue ex non certè nigro, quae foex est sanguinis per modum adustionis, uel putrefactionis, de quo in dubiis: cum enim splen debilitatur non potens praetactum humorem nigrum, seu melancholiam nigram attrahere; remanet in hepate, & uasis, & cum sanguine corrupto in huiusmodi. tam prauum permutat humorem, ut & lepras deteriores inducat; caneros, herpes, & huiusmodi: & proprie cum ex melancholia generetur naturali nimis grossa. & est hic sciendum, quod humor niger tripliciter differt ab egestione nigra: primò quia cum est exterius; coagulatur: secundò non est lucidus coruscans: tertio quin super terram eiectus non ebullit, uelut acetum ita, ut musca, & uniuersaliter animalia fugiant ab eo, & opposita reperiuntur in egestione. & hic aduerte, quod egestio melancholica pura, quae super terram proiecta ebullit, est talis per adustionem melancholiam naturalis, & uocatur superfluitas non naturalis, & cinis, prima primi de humoribus: cuius sapor est acris, & ponticus, & haec melancholia est, ut supra.

**B**Egestio autem nigra, quae talis est propter melancholiam, quae à splene uenit; ut in fluxu apparet splenetico, est boni sanguinis foex, & turbulencia, & superfluitas: cuius sapor acris, & ponticus existit. & haec cum apparet; est absque noimento sensibili in hepate apparente nisi per communitatem: sed in splene sentitur noimento aut propter apostema, aut propter oppilationem, & huiusmodi. & talis cum apparet, non est uerenda, & eius exitus est absque febre, & aliis malis accidentibus ut plurimum, quae res in alia sic non reperitur. contingere autem potest, quod adsit febris ex apostemate, & quod rumpatur apostema: & ideo cautè iudica, quod possit esse in die critica, & cum de aliis signis. unde lolutio fieret aegritudinis.

**C**Egestiones nigrae, sicut nigredo foecis uini diu fluxum hepaticum protendunt, maximè quando cum eis est debilitas, & oppilatio splenis, & quod praesessit regimen humoris melancholici multiplicatiuum in hepate, & sanguine cum corruptione, & inflammatione hepatis; ut quandoque in febribus apparet pestilentialibus.

Nigredo autem egestionem ex earum longa retentione ueniens est minor illa ualde, & absque membrorum noimento apparens.

Nigredo autem, sicut fel nigrum, caliditatem, & fortem inflammationem in hepate existentem pronunciat. Et differt egestio nigra, quae est, uelut foex uini ab hac, & ab ea, à qua fugiunt muscae in tribus: primò, quia non est multum lucida, ut illa: secundò, quia non est acris odoris; sed adhæret melancholiam naturali, cuius sapor est inter dulcedinem, & ponticitatem: tertio, quia nullum ardorem, aut puncturam in recto facit.

**D**Egestiones autem nigrae, quae sunt foex sanguinis, demonstrantur per haec: quia adsunt oppilationes in splene cum debilitate eius praecedentes cum dominio melancholiam in hepate, & sanguine, & est nigredo parua absque malo odore, & decimaquarta tertii de signis apostematis calidi inquit. Hippocrates egestio conturbata nigra in principio aegritudinis acuta significat, quod in hepate est apostema calidum non magnum. hic est, & si pulsus undosus magnus frequens uelox.

Reperiuntur & egestiones foeculentae nominatae, quas sub nigris melancholicis in praesentiarum collocabimus, & ipsae, maximè quando à caliditate ueniunt; sanguini adusto assimilantur, & antecedunt eas liquefactio membrorum, & humorum, & fluxus uentris uirulentus, & sunt cum foetore, ut in febribus pestilentialibus. haec dico maximè, quando tales reperiuntur cum febre. quod si à frigiditate ueniunt; tunc sunt coloris sanguinis in se putrefacti, & non sicut caro liquefacta, & sunt cum paucitate foetoris, & paucitate nigredinis.

De signis demonstratiuis, & prognosticis à colore rubeo sumptis. Rub. 7.

**C**VM supra in principio in descriptione egestionis dicatur, quòd egestio importat omne id, quod per ficteri expellitur; hinc, cum quandoq; sanguis etiam per ipsum egrediatur; de eo ut de egestionibus rubeis hic aliquid, & fructuosum annotabo.

Egestionibus rubeis, ut carnis lotura, fluxum hepaticum lotium enunciant, uirtute hepatis sequestratiua simul cum contentiua debili facta.

Egestionibus uerò rubeis, ut asclitici sanguis, aquosum denotant hepatis fluxum, & differunt hi ex parte causarum, & tincturæ: nam causa fortior est in aquosa.

Egestio chylosa cum participatione rubedinis fluxum hepaticum annunciat ex oppilatione uenarum hepatis prouentem propter alterationem, quam recipit in uenis meseraicis: & ut plurimum materia hæc chylosa non est foeci admixta. & hic aduerte, quòd in de colore albo dictum est de hoc, & in de citrino.

Sanguis, qui ab hepate uenit aut propter oppilationem uenæ portæ, aut propter fracturam uenæ, est sanguis purus non aquosus, non ablutius ueniens subito, & in multa quantitate absque dolore.

Sanguis, qui ab hepate uenit, primò descendit, & exit absque permixtione eius cum egestione: in fine uerò aliquid permiscetur cum eo. & differt in hoc ab intestinali, qui permixtus uenit, & hic est paucus cum dolore intestinalium factus: hepaticus uerò multus, & absque dolore emittitur. cognoscitur etiã & ab eo, qui ex hæmorrhoidibus: nam qui ab extrinsecis emanat, facillè cognoscitur: qui uerò ab intrinsecis est cum dolore, & in principio est niger à foecibus separatus.

Sanguis autem, qui per hanc uiam egreditur à toto ueniens, quæ res rara est, cognoscitur per signa significatiua suæ dispositionem hepatis, & quòd corpus plethoricum est, aut habet membrum aliquod notabile mutilatum; ut manum, brachium, & huiusmodi.

De signis demonstratiuis & prognosticis à colore æruginoso uirulenti, & saniosi sumptis. Rub. 8.

**E**T, LICET de æruginoso in de citrino aliquid dixerimus; hoc tamen loco de eo tantum dicam. egestionibus æruginosas color uiridis, ut ærugo æris demonstrat, quæ à multa hepatis inflammatione, & corporis totius aduersione proueniunt. quod confirmat regimen præcedens ex usu rerum calidarum. &, quando procedit inflammatio adurens hepar; hypostasis est orobina. orobus autem tunc fragilis est, & rubeus ad nigredinem tendens: quod dicitur ad differentiam eius, quod est ex renibus. de saniosa supra dictum est, quod ex apertione apostematis cum dolore, foetore. &, si ulcus fuerit corrosiuum; quod egreditur, ad nigredinem declinat. uirulentas autem egestionibus declarat color, qui similis est colori uirulento, quæ exit ex apostemate calido sub cute subtili celato, ut apparet in quibusdam pustulis grossis calidis natis in tibiis, & brachiis. & hæc proueniunt à caliditate forti non adurente, sed liquefaciente. & de coloribus egestionibus simplicibus uolo, ut in presentiarum hæc uobis sufficiant. sit itaq; in cognoscendis simplicibus diligentia. &, si queratur, quæ significatio est deterior, siue minus mala, an quæ ex compositis uenit, an quæ ex simplicibus sit, de hoc autem in particulari dicetur dubio.

De signis demonstratiuis prognosticis à coloribus compositis criteo. f. & terreo sumptis. Rub. 9.

**C**OLORVM compositorum notitia ex ea, quæ de simplicibus habetur, habenda est: nam eorum quidam magis declinat ad latus naturalitatis, & bonitatis: quidam ad latus oppositum. & hi recipiunt diuersitatem in magis, & minus secundum uariam earum compositionem: medii autem colores ex extremis generantur, qui inter se uarietatem recipiunt etiam in significando secundum uarietatem domini qualitatum tam actiuarum, quam passiuarum, in esse debilius, & fortius. &, si hanc compositionem physicè sequi

uellemus; esset ascendere ad principia, quibus in medicina fidem debemus adhibere. etiam eorum uariatio superuacua foret; maximè, quia infinitis modis tales compositiones imaginari possumus: sufficit enim in presentiarum nobis sic de his, qui communiter occurrat, notitiam habemus, per quæ de reliquis contingere potentibus etiam docti erimus. sat nobis esse uolo, si de criteo, & terreo aliquid dicemus.

Criteus enim color permixtione nigri, albi, & crocei fit albo dominante, subdominante nigro: & amplius croceo, cum de eo minor in compositione quantitas sit. erit itaque egestio talis phlegmatica à prædominio cum participatione melancholiæ nigra naturalis, aut talis per aduersionem cum pauca cholera: dico à prædominio respectu totius massæ: nam in nigro poterit cholera aduersione dominari, quæ res comprehenditur per febrem, & alia signa apparentia significantia caliditatem adurentem, quod medicus debet benè considerare: hæc enim egestionibus demonstrant in meseraicis ueniens ad colon, & presentiam multi phlegmatis in dispositione stomachi, & intestinalium. & istæ consueuerunt apparere in pueris ingluuiosis communiter: aut propter frigus receptum, & huiusmodi, quæ habet phlegma indigestum, & oppilationes multiplicari. hic enim color sic demonstratur in parietibus à pictoribus ex permixtione albi, nigri, & crocei albo dominante in massa &c.

Proportionabiliter fit terreus ex permixtione nigri, & albi: albo dominante plus, & minus: & cum isto non est aliquid rubei coloris tingentis, & significat fortiorem oppilationem, quam criteus. & hic color niger à splene mandatur ad intestina, in quibus fit hæc commixtio. aliquando uidentur terrea subsanguinea, & tales significant super hepatis, aut meseraicarum debilitatem, ut quòd sanguis meseraicarum illas nutriturus cum egestionibus transfactis. considera quoniam de his sic à nobis grosso modo scriptum est. cupiui tamen magis audire, quam audiri: sed in perfectione tractatus hæc sic addidi. sit itaq; nobis in cognoscendis simplicibus diligentia, & si querit, quæ significatio est deterior, siue minus mala, an quæ ex compositis uenit, an quæ ex simplicibus sit: de hoc in particulari dicetur dubio. &, si quis uellet cauillare, quòd hoc modo compositionis sit æruginosus, & uiridis color, & sic sub hac rub. debuissent collocari posset, ut dictum illud fieret inconueniens de omnibus coloribus medijs: sed omnia mixtionem, & non unitam modo Auic. prima quarti de febre cholericæ.

De signis demonstratiuis foetoris, odoris, & exitus eorum. Rub. 10.

**V**OLO, ut uobis satisfaciant, quæ de eis dicta sunt supra: uerum in dubiis aliquid de foetida tangemus hic apponentes, quòd foetida similis egestionibus puerorum, & infantium in acuta egestionibus mala. Auic. & supple si à causa non fuerit primitiua.

De signis demonstratiuis annexorum, ut sunt uentositates, spuma, & huiusmodi. Rub. 11.

**E**GESTIONES cerebrales cum spuma fiunt, & ut plurimum phlegmaticæ sunt, ut apho. 7. Quibuscumque egestionibus &c. & de hoc in dubiis.

De uentositate autem tantum dicatur, quod consueti ipsam liberè emittere, cum eam postea difficulter emittunt, & quod retineri incipit; tunc expauescere debent, ne ægritudinem ex uentositate incurrant; ut colicam, dolorem renum, quandoque uertiginem, & huiusmodi. propter quod studeant clysteri, aut alio medicamine illas uias apertas facere, & naturam in materiis retentis, & uentositatibus expellendis iuuare. &, ut supra, consuetudo benè attendatur. sed forte queret aliquis de uentositate, si à calido sit, uel frigido, ut per hoc sciat significare per eam super dispositiones corporis, an calidæ sint, uel frigidæ: sed de hoc dicetur in dubiis cum in egestionibus sunt aliqua similia corticibus lupinorum in omnibus ægritudinibus; est signum mortale: quoniam à signis significat fortem dissolutionem à calido præternaturam factam in membris radicalibus.

## De unctiosa egestione. Dubium. j.

**C**IRCA ea, quæ dicta sunt in tractatu hoc, dubitatur, & primò utrum egestio unctiosa, siue pinguis significet dissolutionem membrorum solidorum. q̄ sic, dictum suprâ de unctiositate in non naturali egestione apparente, & est sententia Gal. secundo aphorismorum commẽto. 14. dicendum contra hoc. egestio potest provenire propter cibos unctuosos, & propter dissolutionem pinguedinis, ut dictum: ergo non necessario significat &c. præmittendum primò, quòd per egestionem unctiosam intelligere debemus egestionem, in cuius superficie est aliquod pingue natans ad modum olei, ut non raro est in urina uidere: secundo q̄ talis unctiositas potest provenire propter leuem pinguedinis dissolutionem, & propter dissolutionem humiditatis, magis substantificè, & propter cibos &c. & horum differentia cognoscitur. primò de cibi scitur &c. si enim erit levis dissolutio: tunc erit leuitas corporis, & non extenuatio. q̄, si fuerit propter dissolutionem humiditatis magis substantificè, erit tunc corporis debilitas, extenuatio, & hæc ad clariorem notitiam scripta sunt.

## De quantitate egestionum. Dubium. ij.

**V**TRUM magna sit egestionum quãtitas ex cibo plurimæ quantitatis assumpto. quòd sic, dictum est in de quantitate egestionis non naturalis etiam auctoritate Auic. & arguit experientia: quoniam uidemus corpora puerorum, quæ sunt multum nutrita, & multas habentia superfluitates, propter quas foetent, & foetor eorum est, ut hircorum, ut octavo therape. ergo. antecedens patet, cum sint corpora multo egentia nutrimento propter fortitudinem uirtutis assimiliatæ. ad oppositum uidetur sententia Hippo. secundo aphorismorum aphorismo. 18. pro responsione præmittendum semper paruitatem in cibis intelligendum esse, nam ex his aliqui sunt, qui copiosè nutriuntur, & paucas habent superfluitates, ut oua, & huiusmodi &c. ut suprâ. aliqui contra, ut olera. secundo quòd superfluitatù quædam sensibiliter, quædam insensibiliter per intestina, aut alia loca expurgantur. prima conclusio. aliquorum corporum copiosè nutritorum superfluitates insensibiles sunt plures. patet: quia, si copiosus nutriuntur; ergo minus secedunt: plus tamen in superfluitates insensibiles secedent propter obtusum calidi foetidi impotentis ad resoluendum propter quantitatem cibi. secunda, tota latitudo superfluitatum in corpore pueri minor est, quàm in corpore iuuenis copiosè nutriti. persuadetur conclusio sic, quia plus de nutrimento pueri conuertitur in substantiam eius; quàm proportionabiliter transmittetur &c. aliis paribus. ergo. tertia. procedendo magis theoreticè tota latitudo superfluitatum corporis temperati minor est latitudine corporis frigidi, & sicci & calidi, & sicci semper paritate supposita. conclusio ex dictis patet. quarta. corpora sanguinea pauciores omnes simul habent superfluitates merito nutrimenti, quàm alia corpora temperata, uel lapsa: quoniam, ut dictum est plus de nutrimento in substantiam earum transmutatur, quàm in aliis, ut dictum est. ergo. hæc tamen subtili indigent indagazione.

## De egestione foetida. Dubium. iij.

**V**TRUM foetida egestio mortem significet, quòd sic, Hippo. 2. prognosticorum, quòd non; quia ex hoc uidetur significari debere potentiam uirtutis in expellendo malam, & corruptam materiam, & sic tãquam inimicum exprimere, & per consequens salutem. dicendum, quòd egestionem foetidam malam esse potest dupliciter intelligi, uno quidem modo per uiam signi, & sic est mala, quia significat malam, & corruptam materiam in corpore eè, sub qua materia à natura deficit, cum non poterit eam prohibere à corruptione pessima. alio modo per uiam causæ, & sic non est mala. & tu considera. sed dicet aliquis, cuius retentio est mala: ergo egestio foetens est bona, &c. iam dictum est suprâ de foetida à causa extrinseca, siue primitiua: nunc

**A** quæritur de humoribus. prima conclusio. omnis egestio foetida est aliquo modo mala, saltem per uiam causæ; quia aliqua causa est mala, ut dictum est. secunda, omnis talis ante signa digestionis apparens, aut propter humores putridos, aut propter commixta mala est: probatur, quia omnis talis significat uehementem putrefactionem à uirtute non superata. ergo antecedens est Gal. primo prognosticorum; quia omnis talis significat putrefactionem. & quia est ante signa digestionis; comprehenditur materiam esse effrænam, & non separabilem. tertia. egestio foetens post signa perfectæ digestionis apparens est bona: quoniam significat potentiam uirtutis super materiam, & corporis mundificationem. sed dices, quomodo præapparentibus signis digestionis potest in materia tali digesta apparere foetor? considera. & ad argumentum dicitur, quòd eius euacuatio est bona non absolute: sed respectu suæ retentionis. & absolute est mala per uiam signi.

## De egestionibus nigri. Dubium. iij.

**V**TRUM egestionibus nigra, qualis sanguis uenientes sponte, & cum febre, & sine, pessimæ sint. arguitur, q̄ non. primò quia sanguis hæmorrhoidalis talis est, & non est pessimum signum. præterea exitus multi chymi nigri confert, ut suprâ, & Auic. cap. de egestionibus. item quandoque est talis apertione adubelati, & oppilationum assumptione medicinæ denigrantis, purgatione materiæ melancholicæ naturalis, ad cuius euacuationem multa sequuntur iuuamenta, prima primi de humoribus. ergo. pro responsione ad dubium præmittendum primò, q̄ nigra egestionibus à felle nigro, de quibus in aphor. 21. secunda, & in reliquis sequentibus differunt in multis: primò ratione materiæ; quia materia egestionum nigrarum sicut sanguis, est sanguis, capiendo sanguinem pro massa sanguinea, in qua sanguis dominatur, qui sanguis per adustionem denigratus est, aut per congelationem mortificantem denigrantem. materia uerò fellis nigri est cholera rubea facta fel nigrum per adustionem, aut melancholia subtilis facta sic adusta, aut egestio nigra, qualis sanguis per adustionem ulteriore fel nigrum facta. differunt secundo in efficiente; quia efficiens egestionem nigram, qualis sanguis est caliditas adurens, aut frigiditas congelas: sed causa efficiens fel nigrum est caliditas intensior caliditate efficiente egestionem nigram, qualis sanguis per adustionem ulteriore fit fel nigrum. fel etiam nigrum nunquam fit nisi à caliditate. differunt tertio in forma, & colore; quia fel nigrum est nigrius. egestio uerò nigra, qualis sanguis, non habet tantum nigorem, nec purum: sed aliquantulum rubei permixtum: ideò qualis sanguis dicta est. differunt quarto ex parte foetoris: quoniam egestio nigra foeculenta secundum Thadeum est felle nigro foetidior: quæ res potest contingere propter nigram foeculentam habere plus de humido, & esse secundum plurimum corpulentior. ergo uapores odoriferos emitte grossiores apparet foetidior, & in foetore plus perseverans: credo tamen fel nigrum esse foetoris intensioris, siue acutioris citius, & fortius impressui inodoratum propter acutiores, & calidiores ab hac felle uapores emitti. differunt quinto in forma; quia nigra foeculenta, de qua loquitur aphorismus, est coagulata. fel aut est magis liquidum, quæ differentia sane intelligenda est, dicendo uerificari hæc differentiam in felle nigro per cholera subtilis adustionem genito, aut subtilis melancholicæ: quorum humorum subtilitate remanet hoc fel incoagulatum, & liquidum actualiter. in felle uerò nigro genito ex grossa melancholia, aut èt ex egestione foeculenta præsentis propositi non probabiliter uerificatur diu adustione utriusq; materiæ amplius in grossante, nisi cõparetur fel nigrum nigra egestioni foeculentæ p̄ congelationem genitæ. differunt sexto ex parte effectuum quia nigra foeculenta partes habet grossiores: nõ aut ebullit terræ proiecta. fel aut nigrum calidiori, aut subtiliori natura participas terræ iniectum uehementer ebullit, & egestio nigra p̄ adustionem est magni foetoris: quæ uerò per congelationem est facta pauci. prima conclusio est. si egestio foeculenta nigra propter apertionem apostematatis, aut oppilationem.

num non necessario fit mortalis, ut patet; tamen, cum fuerit multæ quantitatis ante signa digestionis apparens; est mortalis. probatur hæc secunda pars; quia talis euacuatio non fit, nisi quia materia est uincens super naturam, ex qua etiam denotatur magna adustio, & putrefactio. secunda conclusio. egestio nigra fœculenta aut propter ulcera, aut propter corrosionem hepatis, aut propter caliditatem, aut propter frigiditatem eius est mortalis. patet quo ad primam partem, quia tam ulcera eius, quam corrosio denotat uehementem læsionem in eo ab adustione forti, & forti putrefactione prouenientem. quo ad secundum patet: quia utraq; qualitas cum sit uehemens; uirtutem eius corrumpit, & mortificat: nam uehemens incendium, & uehemens frigus ad eundem terminum perducunt uirtutem; quia ad mortem: nam caliditas per uiam resolutionis ita eam extinguit, sicut frigiditas per congelationem. & ex his potest inferri, quod egestio nigra propter adustionem sanguinis in uenis ante signa digestionis apparens est illa mortalis. tertia conclusio, quod egestio nigra fœculenta propter adustionem, aut congelationem apparens in statu, & post signa digestionis est salubris. hæc est de mente Gal. in commen. allegati aphorif. & patet ex causa; quia denotat uigorem uirtutis &c. ad obiecta autem patet, quid dicendum. & hic nota quod tales egestiones nigras in morbo salubri secundum plurimum præcesserunt egestiones cholericæ, aut rubicundæ, loquor de nigris apparentibus post signa digestionis. considera.

## De felle nigro. Dubium.v.

**V**TRVM fel nigrum sic in principio deorsum exiens semper sit malum &c. sine argumentis dicendum, probabiliter secundum plurimum ipsum mortales; quia significat pessimam materiam in corpore à natura non uincibilem, ut supra. quod si per superiora emittetur; adhuc est signum deterius propter denotare materiam illam malam adustam, & ut uenenosam in spiritualibus contineri. & nota hic medice, quod talis euacuatio in principio facta ab arte potest etiam dici ut mortale; quia per eam denotatur malitia, quæ & in ea, quæ sponte fit. considera.

## De egestione nigra. Dubium.vj.

**V**TRVM egestio nigra in principio dysentericæ apparens, sit mortalis. quod non, Hippocra. 6. aphorif. apho. 48. Splenicis si superueniat dysenteria, bonum. ad oppositum Hippo. 4. apho. apho. 24. Dicendum, quod dysenteria, de qua loquitur. 4. aphorif. est dysenteria hepatica, in qua fel nigrum multam moram contraxit in intestinis, ut excoriando fecerit cancrum; cum ad cancerationem intestinorum talis consequitur exitus egestionis.

## De uarietate colorum. Dubium.vij.

**V**TRVM uarietas coloris egestionum laudabilis sit. dubium hoc motum est propter colores compositos. et arguitur primo, quod sic, ut. 2. aphorismo. mutationes egestionum iuuat, &c. 16. tertii. Qui egerit species diuersas. scilicet cholericæ, & spumosi, & species pingues, & non debilitatur, non oportet, ut ipsum constringas, & perducas ad egestiones fraudulentas. hæc autem uarietatem colorum important. item ars est naturæ sequela, uarietas autem coloris secundum artem laudatur iuxta illud ueteris cum pharmaco uero melius, & quanto ampliores colores, egestiones non malæ. in oppositum; quia idem uidetur de uomitu, & sputo ut de egestione; sed tales uarii colores uituperantur. 2. prognostico. igitur &c. item. 4. aphor. quanto cunq; colores egestionum plures fuerint, peius. & pro isto est communis schola medicorum; unde Hippo. allegato loco. uariam quoque productionem egestionis significat: sed neque minus signum est mortis, quam quod lotura intestinorum profert &c. & istæ sunt rasuræ cholericæ, sanguinæ, prassinæ, & nigra, & huiusmodi, quandoque sic compositæ apparent, siue simul: quandoque uero singulariter exeuntes sunt ut modo nigra, modo citrina, & huiusmodi: uarietas nanq;

**E** colore significat præsentiam multarum digestionum in corpore exeuntium. unde natura indiget longo spatio, ut possit eis resistere: & cum multiplex ægritudo sit fortis; non potest nisi in multo tempore natura resistere, quæ si debilis sit; erit mors magis expectanda, quam salus. & in respondendo ad dubium dicendum primo, quod diuersitas egestionum in colore in duobus laudatur casibus tantum. primus est, quando critica, post digestionem, & in die critico, & signo critico. secundus est, quando talis apparet propter potationem medicinæ fortiter pertransuentis: in his enim casibus mundificatio expectata significatur: in aliis uero adustionem, liquefactionem, & multitudinem humorum corruptorum. unde decimaquarta tertii. est quandoque in expulsionibus colorum diuersorum leuitas, & pro ampliori, & clariori horum notitia præmittendum, quod diuersitas coloris egestionum, aut egreditur ab arte per pharmaciam, aut sponte siquidem primum: aut pharmacum effrænitat, uel non. si ergo effrænitat; malum: prauam enim dispositionem causat in corpore. si uero non effrænitat; tunc aut pharmacum habet euacuare plures humores, & illas si euacuat; bonum. si unum tantum, & plures euacuat; malum saltem per uiam signi: cum sic significetur præsentia multorum humorum in corpore, quos natura non poterat gubernare: & sic sponte emittit. si uero fluant huiusmodi colores cum humoribus, aut sunt omnino prauis corrupti, uel non tales, sed aliquantulum adhuc naturalitati attingentes; & tunc ponuntur hæc conclusiones. prima, quod ipsis sic in principio morbi apparentibus absque signis digestionis uirtute ente debili est signum prauum. secunda, quod ipsis sic apparentibus, & cætera uirtute ente robusta signum est prolixitatis morbi. ex quibus inferitur, quod diuersitas colorum in egestione ante signa digestionis apparens absolute mala est dicenda. tertia, quod uarietas hæc in statu apparens cum crisi perfecta est signum optimum. quarta, quod, si fuerit cum crisi diminuta; tunc, si colores mutantur in melius, & uarietatem non perdunt; omnino bonum signum est: & hæc respectu euacuationis in principio factæ: non autem eius, quæ in ultimo fit; quia in crisi perfecta, & talis habet significare super mediocritate bonitatis, ut primo crisium; cum dictum sit signa digestionis de se semper esse laudabilia breuitatem morbi denotantia. dixi autem per se: quia potest materia esse digesta: non tamen subsequetur salus: eo quod uirtus expulsiva non potest illam educere, ut in sanie contenta in pectore, prognosticorum secundo, & merito; cum altera sit uirtus naturalis, quæ digerit, & altera expellens animalis. quod si humores diuersorum colorum innaturalium penitus fuerint; tunc non solum plures, sed unus tantum iudicatur malus. unde aphorismo, quarta. Aegritudinibus quibuscunq; incipientibus si cholera nigra sursum, uel deorsum subierit; mortale cum omnem euacuationem laudabilem digestionem oporteat præcedere. si uero tales in statu egrediantur præcedentibus signis digestionis cum constantia uirtutis; possunt in laudabiles conuerti, quamuis non amittant uarietatem coloris omnifariam: cum natura non possit eos mutare propter ipsorum proximitatem; permutantur tamen in melius, ut in colores naturæ minus oppositos. unde ibidem commentator; quam multum tales egestiones uidimus semper pestilentem ægritudinem longam periculosè habentibus, & saluandis: non tamen apparebunt principiantibus ægritudinibus, aut augmentantibus colliquationes cholerae flauæ existentis cum egrediebantur: quarum cholera postea nigra, quem admodum fœx sanguinis apparebit. quare theorica. 1. uidi nonnullos egerentes hanc speciem melancholicæ, ut nigræ, qui cito perierunt. & ex his apparet solutio ad argumenta in oppositum. ad primum iam quid dicendum, apparuit. egestio autem diuersorum colorum in statu etiam non est omnino bona: cum de ratione maturationis sit mutare quæcunq; est tamen bona semper quid: ut illius, quæ fit in principio, utrunq; laudabilis est respectu illius, quæ accidit sponte, dum modo ars euacuet per aliquod tempus, antequam natura eadem, uel sequenti coacta euacuasset, egestio huiusmodi uaria non eest magis mala ea, quæ sponte: imo deterius fortasse; cum uirtus fuerit pharmaco fatigata. considera. dicta sunt hæc ad intelligentiam argumentorum, quæ fieri possent. & cum dicitur mutationes

iones egestionum iuuant: uerum est, dummodo colores eius ordinatè egrediantur semel uicissim, ut quòd natura unum primitus disponit ad exitum, deinceps alium: licet non sit simpliciter bonum: eo quòd eius corpus lapsum mōstrat. in sano autem hæc minime reperiuntur. cum igitur alibi inueniatur; melius est, ut paulatinè minus alteratiuè post alium emittatur, quàm si omnes inalterati, uel etiam alterati, dummodo non fiat transmutatio ad humiditatem radicalem principalium, quæ ab eius semota parte, & natura corrumpitur de facili. & pro responsione ad dubium quidam posuerunt plures conclusiones. ad id, quòd de arte tangitur, dicendum, quòd neque egestio multorum colorum laudatur simpliciter secundum artem; cum laudabilius esset si simplicis foret: sed comparatione ad eam, quæ sponte diuersorum fit colorum, item aliqua possunt fieri per artem, quæ non per naturam, & contra; licet nulla ars naturam imitare tur: non tamen ipsam attingit. unde Auicenna quarto Meteorologicorum, ars debilior est, quàm natura, neque consequetur eam; licet multum laboreat: ars enim semper sequitur naturam rectè operantem. si autem non oppositè; sed potius corrigit illam, consideret lector, quis est hæc omnia considerans.

Et pro horum clariori notitia quæritur, an melius si-  
gnum sit egestionem esse unius modi, quàm uariam. quòd uariam esse; melius sit, est Hippocra. 2. aphorismorum. 10. aphorismo. in uentris fluxibus mutationes egestionum iuuant: & 2. prognosticorum textu commento. 27. ubi laudatur uomitus permixtus, & uituperatur purus. in oppositum quoniam bona egestio quantò æqualior, tantò melior. ergo consequentia tenet quòd purus est æqualior. & antecedes patet: quia secundo prognosticorum textu commento. 20. prima conclusio. quòd egestio, & uomitus quantò simpliciores, & puriores sunt, tantò puriorem denotant humore ab alio humore minus refractum: & sic peiores sunt. conclusio est Galeni secundo prognosticorum commento. 37. que ratione confirmatur: quoniam illa tantò sunt peiora, quantò maius incendium significant, aut maiorem frigiditatem; sed uomitus, & egestiones quantò puriores, tantò significant maius incendium, aut frigiditatem. ergo maior nota, minor colligitur allegato loco. secunda conclusio. egestio, & uomitus uarii sub illa intensione humorum apparente, sub qua uomitus purus, aut pura egestio, peiores sunt, quàm si essent puri. probatur: hi enim denotant tantam malitiam, ut purificent: & cum hoc materiam diuersam, igitur antecedens notificat casus. tenet consequentia; quia materia talis est à uirtute minus separabilis. tertia egestio, pura, & uomitus ut plurimum breuiorem annunciant ægritudinis terminum. patet conclusio: quoniam ex diuersitate materierum prolongantur ægritudines. quare tertia non pura longior est pura. & ad rationem in oppositum. quòd egestio ceteris paribus quantò æqualior, tantò melior. idèd posita æqualitate multorum humorum egestorum, quantò eorum egestio erit æqualior, tantò melior, significans maiorem potentiam uirtutis æquantis, & minorem resistentiam materię.

**De uentositate. Dubium. viij.**

**V**ENTOSITAS à calido fiat, uel à frigido. quòd à caliditate uidetur textus Galeni circa illum aphorismum. Quibus circa umbilicum, & pectinem. & confirmatur: quoniam hydrophis tympanites, cuius materia est uentositas, à caliditate fit; ut decima quinta terti de eam; item Auic. in de eo, quòd bibitur, & comeditur, inquit. Quod intestina calida, & fortia multam faciunt uentositatem. præterea materia uentositatis est humor frigidus phlegmaticus, & talis non potest in uentositatem mutari, nisi à caliditate: quoniam frigiditas non subtiliat, sed ingrossat. in oppositum: quoniam uidemus frigida facere uentositatem, & calida destruerè. & idèd in doloribus uentosis calida applicamus.

Ad dubium dicendum, quòd uentositas generatur à calido diminuto respectu materię, in quam agit: nam, quando talis calor egit in materiam uiscosam, uel aliam, ipsam sic

**A** subtiliando, & non potest ipsam resoluerè; illam in uentum conuertit: sed frigiditas non mouet materiam illam à sua natura, & sic omnimoda frigiditas non facit uentum, neq; omnimoda caliditas, sed diminuta ut supra: nam fortis resoluit. sed hic nota, quòd aptitudo materię, ut in uentum conuertatur, multum operatur. & idèd considera. huius sententiæ fuit Gale. 6. de accidenti, & morbo, quo in loco hæc similitudinem ponit. in aere multum frigido non fit nebula neq; in aere multum calido. in multum frigido quidem nõ fit; quia non est ibi causa, quæ mouet uapores aquosos ad hoc: neq; in multum calido: quoniam tanta est caloris potentia, ut totum grossum, quòd in aere est, resoluat. & per hæc patet, quid ad argumenta dicendum sit.

De spumositate.

Dubium. ix.

**V**TRUM spumosa egestiones significant defluxum phlegmatis à capite; quia uentositas existens in stomacho, aut in intestinis potest commisceri phlegmati stomachi, aut intestinorum: & sic egestio egredietur spumosa, ut patet. secundo; quia contingit materiam cholicam spumari, & uentofari. igitur ad oppositum Hippoc. quinto aphorismorum aphorismo. 29. præmittendum primo, quòd per spumosas egestiones debemus etiam intelligere egestiones habentes spumam albam citrinam plus attestantem cholæræ: debent & habere tenacitatem in spuma phlegmatica magis attestantem. item aphorismis maxime uerificatur, quando adest catarrhus, quòd cerebri repletionem, & defluxum ab eo comprehendimus: item quòd spuma fit ex magnis ampullis adiuuicem fortiter commixtis, ut per ea sic denotetur illam uenire à partibus longinquis phlegmaticis, ut est cerebrum. sicque in summa debet esse alba tenax, & in partibus suis fortiter commixta, magnas habens ampullas. quòd, si cum his aderit catarrhus, certior rem facit significationem. & ad argumenta dicitur ad primum, quòd egestiones cum uentositate sic à stomacho, uel intestinis uenientes non habent illas condiciones propter materiam in illis membris non esse ita commotam, sicut comota est in cerebro. considera. & si quis de eis plura expectaret dubia; legat in secundo prognosticorum, & in aphorismis, quibus in locis multa perleget, quæ nostro proposito practico necessaria non sunt uisa.

Completum est egregium opus de Pulsibus, Vrinis, & Egestionibus Excellentissimi artium, & medicinar doctoris famosissimi Domini Magistri Michaelis Savonarolæ Patauini gratias referendo infinitas Deo glorioso immortalis, eiusque genitrici Mariæ uirgini, & toti curiæ triumphanti. Amen.

## TRACTATUS

## DE VERMIBVS

### AD ZANARDVM CAMBIATO-

**D**OMINO REGINVM.



**M**ICHAEL SAVONAROLA Patauis Zanardo cambiatori Regino salutem. Vti proprium est ueræ, & solidæ amicitia; qua uicissim tenemur: quemadmodum tu me fortunis communicatis, ego & te maxime diligebam. postea uerò quàm industria tua amorem nostrum; cui more humano superaugeri aliquid nequibat: tu sacri officio aspersione maiorem fecisti ita, ut & tu quoque nati mei cura, & charitate ex mysterio diuino pater sis, te multò magis amaui, quam obrem meritis tui conuenit, ut gaudium, & passiones tuæ æquè meæ sint. itaque gerens animo quàm sepe ex infestatione passionis uermium filiorum tuorum dolore conficiaris, motus sum ex dilectione tua opem tibi fer

Cano. Sauo.

T 3 re:

re: ut & tu quoque, quando suffragia philosophorum tibi ab-  
sunt; possis ex me doctus adiumentum aliquod natis afferre  
tuis. accipe ergo uir carissime aliquarum uigiliarum me-  
rū munus, quod tibi destino, ex omni genere eiusmodi mor-  
borum, atque remedium excerptum cura mea, auidus pro-  
lis tuæ uitæ remediare, quantum ars præstare patitur.

Hunc quoque tractatum in quinque secabo capitula: in pri-  
mo quidem de definitione uermis, eiusque speciebus dicetur  
inuestigando eius generationis loca: in secundo de causis in-  
trinsecis, & extrinsecis ipsius: in tertio de præseruatione cor-  
porum à uermibus: in quarto de cura, & signis uermium: in  
quinto de prognosticis à uermibus sumptis.

*De definitione uermis, eiusque speciebus. Cap. 1.*

**V**ERMIS est animal ex putrefactione in uentre cali-  
ditate uiuificatiua generatum, cuius tres ab auctori-  
bus nostris species com muniter ponuntur. prima  
quarum appellatur lumbrici longi, rotundi, & graciles, ab  
aliis serpentes, uel scarabei, similes ramis portulacæ, qui in  
superioribus intestinis generantur. alii lati in intestinis gros-  
sis, & inferioribus nascentes: ab aliis cucurbitini nominatis;  
quia seminibus cucurbitæ sunt similes, ut primo interiorū,  
ad instar seminum cucurbitæ, filo unius in alterum coniu-  
ctorum, qui ascarides, & buffones secundum quosdam dicū-  
tur, in grossis fiētes intestinis, & permaximè in colo, & per  
omnia se dilatantes adeo, ut in stomachum concurrant pro-  
pter alitionem, hominem etiam mox caninè famescere fa-  
cientes: sunt enim longitudine maxima colligati ita, ut retu-  
lit mihi quis secopulam. 15. pedum mensuram emisisse. ex-  
tant & tertii parui, graciles, minuti, uermibus casei, uel ace-  
ti similes, qui in recto nascuntur intestino. quorum diuersi-  
tas ex humorum, ex quibus generantur, & locorum, in qui-  
bus nascuntur, diuersitate contingit: humor enim, ex quo ge-  
nerantur, est phlegma, ut dicetur in sequenti capitulo, quod  
aliquando putrefit in intestinis superioribus, & adhæret in  
testino sua uehementi uiscositate, super quod non domina-  
tur diuisio, & separatio ex parte attractionis hepatis. unde  
primæ speciei uermes generantur interdum ad quantitatē  
cubito longiorem. alii ab humiditate separata generantur  
minorata propter hepatis attractionem continuam, & pu-  
trefactionem, & multitudinem conturbationis fœcis, ue-  
lut hi, qui sunt tertiæ speciei. reliqui uerò ab humiditate in-  
ter has media: sicut qui in colo, & monoculo generantur.  
unde sciendum, quòd quidam asseruerunt uermes in mono-  
culo, & colo tantummodo generari fundantes se super tex-  
tu Auicennæ. 16. tertii tractatu. 5. 2. cap. Et fortasse non gene-  
rantur nisi in colo, & monoculo: deinde sparguntur de late-  
re ad stomachum, & ex latere ad anum. & potest eorum  
opinio sic colorari in longaone propter ipsius rectitudinē,  
latitudinem, & continuam fœcum egressionem generari  
non ualent. ergo &c. patet consequentia. & assumptum pro-  
batur; quia eorum materia stercore depelleretur ante eorū  
generationem. similiter neque in superioribus propter purū  
nutrimentum, & imputrefactum in illis retentum, & exic-  
cationem uehementem illic factam. ergo &c. sed, licet istæ  
rationes apparentes sint; tenendum tamen est uermes in a-  
liis intestinis generari posse, ut declaratum fuit, & amplius  
infra declarabitur. & ad Auicennam dicendum, quòd nihil aliud  
uoluit, nisi quòd nulli, uel ualde pauci generantur in intesti-  
nis superioribus à longaone respectu eorum, qui in intesti-  
nis mediis concreantur. ad rationes eorum, ad primum di-  
cendum, quòd in longaone generari possunt, & maximè cū  
tempus secessionis tardatur: & modica enim quandoque pro-  
ducuntur temporis mora, nec continuè ex emissionem fœcū  
educuntur: cum parui sint, & intestino maximè adherentes.  
præterea fœx liquida currens non esset apta educationi ipso-  
rum; imò quandoque inuentum est ipsos non educi medici-  
na solutiua. in intestinis superioribus etiam contingit ipsos  
generari, sed non in corpore sano benè regulato. & hoc  
pult ratio: sed in non benè regulato ex parte quantitatis  
cibi, qualitatis, tempore, artificio, & ordine contingere  
posset in materia ibi existente corrupta, ex qua posset,  
& cætera.

**E** SED CIRCA hoc rationabiliter dubitabit aliquis, utrū  
contingat uermes alibi generari. & arguitur primò, quòd  
sic: uermes generantur ex putrefactione, ut dictum est, & di-  
cetur amplius. ergo, ubi inuenitur putrefactio sufficiens ad  
uermis generationem; ibi deberet uermis generari posse:  
sed in stomacho potest reperiri, ergo &c. consequentia ui-  
detur nota cum toto antecedente. secundò ad principale. in  
stomacho generantur, quæ sunt magis præternaturam, quàm  
uermis, ut cholera innaturales, horridæ, apostemata, &c. er-  
go &c. tertio stomachus ex complexione superiori, tum ex  
regimine puro, tum ex peste potest similiter per omnia se  
habere, & disponi, sicut intestina inferiora: quæ autem eodē  
modo disponētur, similes effectus habere poterūt. ergo &c.  
pro isto facit experimentum: nam ægros uidemus uermes  
uomere, qui non nisi in stomacho generari potuissent. item  
ex aure nonnulli egressi sunt parui, qui uerè alibi tanti, &  
tales generari non ualuisse. pro isto facit etiam auctori-  
tas Gal. 3. apho. cō. 27. Benè autem intelligimus in stoma-  
chis puerorum, & in intestinis cibos corrumpi, & putrefie-  
ri. unde horum uermium materia fit. ad oppositum est sen-  
tentia Arif. 4. Meteoro. inquit, Animal non fit in ipsa digestio-  
ne, sicut quidam aiunt; sed in segregatione putrefacta, & in  
inferiori uentre: deinde ascēdit sursum: dignum est enim in  
superiori uentre. unde Alex. propter quod frequenter in in-  
firmitatibus euomuntur: putrefit enim in inferiori segrega-  
tum. & confirmatur ratione sic. uermes generantur ex putre-  
facta segregatione, ut declaratum est, & declarabitur. sed hoc  
non fit in superiori, uerum in inferiori: cum in superiori di-  
geratur cibus, & transducitur in hepar uirtute expulsionis  
stomachi, & intestinorum, & attractione hepatis, & propin-  
quitate meseraicarum, & partium nobilium. & cōfirmatur  
idem secundò, ubi uiget calidum multum digestiuum humi-  
di, & determinatum, & uerè fortis exiccationis, putrefactio  
non potest contingere, neque uermes inde generari; cum fiat  
ex putredine, cuius signum; quia eis nutriuntur producti,  
ut apparet in muscis. ex quibus concluditur uermes in sto-  
macho generari non posse.

**G** Pro responsione ad hoc dubiū præmissis, quæ tacta sunt,  
& dicentur in sequenti cap. ponantur hæ conclusiones. in  
stomacho corporis ægrotatiui, uel quasi ægrotantis contin-  
git, licet raro, uermes generari posse. hanc conclusionē pro-  
bat auctoritates Gal. & rōnes ante oppositū adductæ. unde  
Conciliator differētia. 101. in oibus partibus exceptis uita-  
libus eos reperio quāque generari. secūda cōclusio. in stō cor-  
poris sani nō contingit uermes generari. hanc conclusionē  
probant auctoritates, & rōnes post oppositū factæ. rōnes er-  
go hinc inde uadunt uis suis. sed, ne error cōtingat, est sciē-  
dum, quod non omnes uermes, qui euomuntur, in stomacho ge-  
nerantur: sed quāque uermes ad stomachū de inferioribus mo-  
uent ita, quod contingit quāque; emitti per os, & lubricos, & asca-  
rides; imò quāque; et emittuntur per nares. &, licet quidā exi-  
stiment, quod ignoretur locus, in quo tales nascantur, existimo  
uerisimile, quod in intestinis generati ascēdunt ad stomachū, et  
per uomitū ad palatū educuntur, & per anfractuofum nasi  
meatū ingredientes per nares foras impetuosè emittuntur.  
sed quæret aliquis; in quo differunt hi, qui in stō ab aliis, qui  
alibi generantur. &, licet usque nunc à doctoribus meis nihil  
comperiā, cū plurimi eorū opinentur ipsos in stō generari  
non posse: tamē, ut uia ad ueritatē indagandam reperiatur;  
existimo probabiliter dicendum ipsos ab aliis in quatuor  
differre, loco, colore, figura, & quantitate. Loco patet.

**H** Colore; quia ut frequentius sunt aliis albiore: nam, cum  
phlegma albedini atteste sui natura, & stomachus sit eius  
lacuna. 13. tertii ex quo uermes generantur, ut dicetur, ni-  
hilque; uel quasi nihil cholerae multiplicet in eo hntis eius co-  
lorē uariare, præsertim in infantibus, & puberibus. in quibus  
ut plurimum uermes gnantur; sequitur &c. ad quod cōcurrit  
lac his ætatibus sumptū. aliorū uerò color nō ita albus est, p-  
pter continuam cholerae transmissionē ad intestina ad cui-  
gilandam uirtutē expulsuā fœcū habētis phlegma, ex quo  
uermis gnatur, multo plus tingere, & colorare: cum quo ta-  
mē stat ipsos quāque; in colore sibi inuicem assimilari. figu-  
ra; quia similes cucurbitinis, & fortassis uerius cucurbitini  
appellari deberent: cū figurā accipiant à loco, in quo nascū-  
tur,

ur, stomachusque cucurbitæ similis est, tertia tertii trac. A primo ca. primo, & primo colliget de anatomia stomachi.

Quantitate, quia maiores sunt cucurbitinis, minores longis, & paruis maiores.

*De causis intrinsicis & remotis uermium. Cap. 2.*

**C**AUSARVM alia propinqua, seu intrinseca: alia remota, seu extrinseca. propinqua sunt, quemadmodum aliorum naturalium quatuor: efficiens, formalis, finalis, & materialis.

**E**FFICIENS duplex: particularis, & uniuersalis. particularis est caliditas spiritalis ex putredine consurgens. unde. 3. aphorif. allegato commen. putredo sola non est sufficiens generare animal: sed calore sufficiente indiget. de uniuersali uero, cum magna reperiatur controuersia inter Platonem, Aristote. & alios, cum locus hic non sit hmoi disputationis; dicendum cum Arist. quod causa uniuersalis est agens naturale, quod mediante caliditate putredinali concurrente etiam supercoelesti sic eam materiam disponit: ut de eius potentia educatur forma uermis, quæ est eius anima, ex quo sequitur, quæ sit eius formalis causa,

**F**INALIS similiter est duplex: uniuersalis, & particularis. uniuersalis est mundi complementum, & ordo: mundus n. ut sit completus, & ordinatus, omnem speciem requirit. particularis uero est: quia natura de possibilibus facit, quod melius est. 2. phys. cum ergo in intestinis reperiatur materia putrida, ex qua aptus est uermis generari; melius est, ut ex ea producat animal, quam ipsam suæ putredini reliquat. item uermes in pauca quantitate generati ita, quod corpori non inferatur nocumentum, sunt iuuatiui: imo cum ex putredine sint, ex putredine nutriuntur, uelut muscæ, & similia. unde intestina à talibus mundificant, & cum eis educuntur, unde corpus purius relinquitur. & propter similem causam creatæ sunt muscæ, & cimices: & huiusmodi genera uermium, ut mundum ab aliquibus putredinibus, quæ in aere à terra sunt, purgent, ne tales hominibus, & aliis utilioribus animalibus nocumentum inferant. sed statim diceret aliquis, uideretur, quod multò melius foret, ut natura illam materiam suæ putredini relinqueret, quam ex ea uermes generarentur; cum multa mala accidentia; ut epilepsia, mania, tremor cordis, charabitus, colica &c. ex eis corpora incurrant, ut. 16. tertij. allega. cap. eaq; non rarum morti exponantur. item natura transmittit choleram rubeam ad intestina ad abstergendum, & mundificandum uiscera à suis superfluitatibus, ut tactum est, quæ huiusmodi putridam materiam educeret, & cum minori corporis nocumento. ergo &c. pro his dicendum, & ad primum loquendo absolute, quod melius est, quod natura ex tali materia putrida uermem generet, quam suæ putredini reliquat: cum animatum sit inanimato eligibilius. sed loquendo respectiue dico, quod si in parua quantitate generantur, ut dictum est paulò antè; melius est ipsos ex tali materia generari, quam &c. ut Aui. 16. tertij. 1. cap. de anatomia intestinorum. sed, si in magna quantitate generantur; tunc deterius est, & hoc in respectu ad corpus: cum quandoque ipsum ad perniciem ducant. ex quo sequitur, quod eius finis est iuuatiuus, & etiam nocitiuus, ut etiam sensit Conciliator allegata differentia. ad aliud dicendum, quod licet natura choleram rubeam transmittat ad intestina &c. non tamen semper transmittit, ut in ictericia citrina. item quandoque materia est uiscosa adhaerens, quam cholera non est sufficiens secum trahere, unde remanens putrefit,

**C**AUSA MATERIALIS est duplex: extrinseca, & intrinseca. intrinseca est humiditas phlegmatica insipida, alba, & uiscosa, in unum condensabilis, & compactibilis, quadam putrefactione putrefacta, non tanta quanta est putrefactio materiae febrilis, & apostematis; nam talis non est animationi apta, ut. 4. Meteor. quod etiam hac uia inuestigari habet; quia humiditatum, quæ in humano sunt corpore, alia sanguinea, alia cholericæ, alia melancholica, alia phlegmatica. non quidem ex sanguine generantur primò propter necessitatem ipsius pro nutrimento, & augmento membrorum carniformium, & radicalium: secundò propter amicitiam

ipsum ad naturam; nam ipsum custodit reclusum in uenis tanquam thesaurum: tertio quia non uenit ad loca generationis ipsorum. quod, si contingat ipsum fluere; tunc emititur celeriter per secessum, aut conuertitur in apostema, uel in putredinem uergentem ad naturam cholerae illorum pernecatuq; unde Hipp. 6. aphor. Si in uentrem sanguis effundatur; necesse est in saniam conuerti. neq; est cholera rubea, cum sit amari saporis: nam sapor amarus contrarius est generationi, & conseruationi ipsorum. item talis est calida sicca ignea: ex tali enim nihil generatur: uel nutritur. 2. de generatione animalium. neque ex nigra; cum sit sicca ualde, & frigida, putrefactioni spumosa inepta, & ad materiam, & ad alimentum ipsorum, cum multum appareat remota ab eorum naturis. cum ergo ex his tribus generari non possint; sequitur necessario ipsos ex humiditate quarta generari, quæ est phlegma, uel phlegmatica materia putrida &c. ut dictum est: ad quod concurrunt color eorum, nam, ut uisu apparet, albedine phlegmatica participant. contingit tamè quandoque alios aliis minus albos fore: imo quasi citrinos.

**B** similiter quandoque rubei uidentur: quandoq; quasi nigri eius diuersitatis causa contingit propter commixtionem phlegmatis cum sanguine, cholera ru. uel nigra. unde horum colorum uarietas contingit. quod sint ex phlegmate, etiam eorum tactus manifestat, & nutrimentum cum ex humiditate phlegmatica nutriantur. ex quibus infertur primò uermes magis generari in ætate infantia, & pueritia, quam in alia ætate. patet correlarium; quia in talibus ætatibus corpora multiplicat plus phlegmaticas materias, & indigesta propter cibos, quibus utuntur, & eorum ingluuiè. ad quod concurrunt, quod calor in eis magis hebetatus est non potes ipsas resolvere, quemadmodum in aliis: sed benè animare. unde remanentes putrefiunt, & uermes inde generantur. infertur secundò, quod magis generantur post biennium; quia, & si ante biennium adsit materia multa cum lacte nutriantur, quæ est materia uermium aptissima: tamen quia calor in eis est hebetatus multum, quod est agens principale; hinc est, quod in eis non multiplicantur: quemadmodum in sequenti ætate, in qua calor dissoluitur ab humiditatibus

**C** ad quod concurrunt, quod eo tempore incipiunt uti cibariis grossioribus ab eis non benè digestilibus. unde &c. & si dicatur contrà, plures uidemus mori ante biennium; quam post, quod contingere non uideretur, nisi ex eorum maiori multiplicatione. ergo &c. pro isto dicendum, quod dato, quod ita sit: illud tamen non contingit ex multiplicatione maiori: sed ex debilitate uirtutis maioris. unde post biennium plures, & magis infestant usque ad quinquennium: illas tamè maiores infestationes, & frequentiores melius ex uirtutis fortitudine maiori tolerant. propter quod non ita moriuntur &c. & hic fortasse fuit mens Aui. 16. tertij tract. 5. ca. 1. §. illo. & ascarides secundum plurimum generantur in eis, qui separantur ab ætate infantia. ex quibus sequitur, quod in nouitate natis uermes generari non possunt: & hoc propter nimiam sui caloris hebetationem, ut Gal. 3. aph. allegato commento. infertur tertio probabiliter uermes aliis paribus minus generari in iuuentute. probatur; quia in iuuentute multiplicatur cholera generationi eorum inepta ut supra, item eo tempore sunt exercitia fortia, & calor fortis est. unde tales humiditates resoluuntur, ad quod concurrunt eorum optima digestio. infertur quartò ipsos plus in senectute, quam in iuuentute, & minus, quam in pueritia multiplicari. prima pars, & secunda correlarii patet ex præcedentibus. sed diceret aliquis contrà. iuuenes sunt magis inordinati ualde, quam senes: propter quod in eis multiplicatur phlegma crudum, indigestum, quod est materia uermium, & calor potentior ad animandum. ergo &c. confirmatur: quia in senibus multiplicantur humiditates nitrosæ, quæ non uidentur conuenientes materiae: sed indispositæ magis generationi uermium, cum materia, ex qua generantur, sit insipida, ut dictum est. ergo &c. item experientia uidemus iuuenes senibus frequentius incurrere. pro isto etiam facit autoritas Aui. 16. tertij trac. 5. 1. cap. Et ascarides secundum plurimum generantur in eis, qui separantur ab ætate infantia: sed rotundorum plurimum cum infantibus: deinde cum adolescentibus, & minorantur in senibus.



bus adhuc patet, quid dicendum intelligenti. infertur quoniam ipsos alios paribus plus in foemellis, quam in masculis concreari, patet ex dictis. infertur sextò masculos phlegmaticos plus aliis uermibus abundare. unde & communiter dicimus, cum uideamus puerum album mollem satis carnosum; hic puer sacculus est uermium. unde & bruni à uermibus saluiores fiunt.

**CAUSAE EXTRINSECAE,** seu mediatae sunt cibi lenes uiscosi; sicut triticum, faseoli, fabae, lac, caseus, & praecipue recens, & generantia humores crudos aquosos indigestos; ut olera humida, carnes crudae, herbae uiscosae, fructus, & praecipue aquosi: ut poma, persica, pruna alba, & rubea magna, & breuiter, quantum aquosiores, tantò deteriores: ut cerasa &c. & quaecumque pastilia, ut luneli, macarones, & huiusmodi, repletio nauseatua, coitus superfluus, & immediate super cibum factus; & uniuersaliter quaecumque habentia uirtutem digestiuam debilitare, & impedire; ut inordinata ciborum assumptio, & similiter potus inordinatus, immoderatum exercitium, & balneatio post comestionem, & balneatio cum aqua calida, & similibus. & credens tibi magis complacere hic seriatim subscribam simplicia quaedam generationi uermium aptissima. triticum coctum, uel crudum, panis azymus, uinum rubeum grossum, faba, faseoli, lenticula, cucurbita, folia caulium in aestate, rapae, cappares, coepe, carnes porcinae, bouinae, uaccarum, anatum, cigni, anserinae, capreolinae, leporinae, quaeleorum, auium in aquis degentium, omnia interiorum genera; hepar, intestina, cerebrum, pinguedo, pisces praecipue tinchae, & alii uallosi, uua immatura, pruna rubea, magna alba, poma dulcia, & citrina cruda, & immatura deteriora: pyra, mespila, iuiuba, cytonia cruda, pepones, cucumeres, anguria, fungi, glandes, castaneae, auellanae recentes, nuces, lupini immaturi discolorati, plura alia hic notari possent; sed tibi nunc hic quae sunt in usu magis, pauca sufficiat, ad generationem uermium maxime adiuuant uenti praesertim septentrionales: nam, cum tales frigidi sint ualde: habent uirtute multum debilitare. & praecipue in pueris se ab his non tuentibus. unde uirtute in eis debilitata male celebratur digestio, quare in eis multiplicatur uermium materia, & si in eis geniti sunt, commouentur quam primum; quia aerem frigidum, & frigus fugientes corpus perturbant. propter quam causam existimo pueros Bassanenses à uermibus tam frequenter molestari. ad eorum etiam multiplicationem non parum facit temporis constitutio: nam in autumno generantur ualde; quia autumnus, & si sit frigidus, & siccus; quia tamen est tempus inordinatum, & debilitat calorem naturalem. 3. aphor. com. 11. unde indigestiones multae fiunt, & humores crudi multiplicantur, quae est causa generationis uermium. ad quod concurrunt, quod praecessit tempus fructuum, ex quibus generati sunt humores multi phlegmatici, indigesti, & aquosi. uere etiam generantur; quia cum hyeme corpora multo repleantur cibo; rationabile est, ut multis abundant superfluitatibus: quae cum hyeme latent; superueniente caliditate ueris commouentur, & à caliditate alterantur, & putrefactioni disponuntur: cum calor naturalis etiam propter caliditatem exteriori debilitetur. quare fit impotentior ad huiusmodi humiditates regulandas. propter quod putrescunt, ex quibus uermes non pauci generantur.

*De praeservatione corporum à uermibus. Cap. 3.*

**PRAESERVATIO** corporum à uermibus duabus rebus completur: una per administrationem debitam rerum non naturalium; altera per debitam rerum medicinalium administrationem.

**RES** uero non naturales sunt sex, ut prima primi c. aer, cibus, & potus, somnus, & uigilia, motus & quies, inaniatio, & repletio, & animi accidentia, de quibus seriatim dicendum: primò de aere.

Fugiant aerem frigidum, uentosum, praecipue septentrionalem. eligant aerem temperatum similiter, potius ad calidum quam ad frigidum, & ad siccum magis, quam ad humidum declinantem. & quia in pueris difficile foret haec seruari: idè rectificet aer eis in domibus, & cameris, ut ac-

**E** cendatur ignis in camera cum lignis iuniperi, aut cedri, aut ex lignis persici, aut ex quercinis siccis. super quo ponatur ad comburendum absinthium, folia persici, uel folia persicariae, cortices citri, radices granatorum, & cortices eorum, radix filicis, hederæ, & alia quamplurima, quae diligens scrutator in sequenti capitulo pernotabit. confert iuueni to maximo suffumigium factum ex myrrha, & aloe, uel absinthio, uel cortice citri, nunc ex uno eorum, nunc ex pluribus, ut magis placebit. unde uolentes pannos à tineis custodire imponunt eis corticem citri, uel absinthium. similiter uolentes brolia, seu uiridaria construere circa pedes arborum, absinthium seminant, ne à uermibus edantur.

**Cibi,** à quibus se custodire debent, in praecedenti cap. scripti sunt. sed eis convenientes sunt cibi calidi, & sicci, in quibus non est uiscositas, & in quibus est absterfio; ut aqua ciceris &c. & ibi in complexione temperati, & qui substantiam habent mediocrem: non tamen teneram, ut facile corrumpantur: neque duri, ut repugnent digestionem, quales sunt hi. panis frumenti bene coctus, & fermentatus. conuenit etiam sumere ante mensam tres, uel duos bolos panis furei cum carui, cymino, uel aniso confecti.

**Carnes** uitulinae, arietinae, castrati, francolinae, turdorum, herbae, blitis, quae & si sit stomacho mala: tamen à proprietate ualet. quare sumatur de ea in parua quantitate addita altera herbarum, quae suam malitiam corrigat; ut mentha, & sic de singulis. saluia, portulaca, betonica, carnes pullinae, gallinarum, caponum, haedinae, agnellinae, praesertim affatae perdicum, coturnicum iuuenum, auicularum paruorum in arboribus, pratis, & fructigensis degentium, summitates caulium in hyeme, & brodium eorum, ruta, lactuca, calamentum rosmarinus, borago, scariola nouella, endiuiia, petroselinum, foeniculus, mentha, origanum, marrubium, tanaceum, santonicum, anisum, maiorana, hyssopus, serpyllus, satiregia, pulegium, abrotanum, leuisticus. quae coctae comedi debent. ex quibus industrius coquus fercula quamplurima componere poterit, & tortellos cum farina tritici, & uitello ouorum facere. & inter agrumina oleum coctum, & crudum & scaloneae crudae, & similiter coctae, porrum, & melius est coctum duabus aquis. & licet similia agrumina stomacho noceant, quia tamen à proprietate, & complexione manifesta prohibent generationem uermium, & generatos interficiunt: hinc laudantur: sed tamen dentur in parua quantitate, & cum cautela, & ante mensam. confert etiam ferculum ex brodio cicerum rubeorum, in quo bulliant radices foeniculi, & petroselini. item panatella ex brodio caninum dictarum, cum qua bulliant radices iam dictae: & cum uitello, & absque. item ferculum ex radice petroselini, uitello oui, pane contuso, addito pauco casei ueteris, & pauco croci, & praecipue adultis. item panatella cum oleo communi, & pauco croci, optima pro infantibus. item dentur tortelli ante mensam ex santonico, farina hordei, uitello oui, in oleo communi cocti ter ad minus in hebdomada, similiter ex marrubio, uel aliis, de quibus supra. & in ferculis uti potest pipere, praecipue hyemali tempore in aestate uero cinamomo, aut canella, & in temperata quantitate, & cum carnibus suis uti potest hoc falsamento, allium cum pipere, petroselino, mentha, & aceto. & fructus, quibus uti potest, sunt oliuae salitae maxime ante mensam, medulla ossis persici, dactyli, passillae, amygdalae dulces pineoli, cytonia affata, ficus siccae, poma in pasta coctae, amygdalae amarae phystici, uua bene matura, nuces siccae, de quibus Aui. 2. canon. Multus uero usus eius educit uermes paruos, & ascariades. & Serapio de nuce, & auellana. Et, quando ex eis amplius comeditur, expellunt ascariades: quia tamen difficilis digestionis extant; debent sapientes matronae saepe, & in modica quantitate pueris suis bola facere. nota tamè, quod usus bolorum in infantibus est causa indigestionum multarum, quae sunt ut supra causae uermium generatiuae. quare cum cautela, & prudentia sunt administrandi. sit eius uinum rubeum clarum, secundum Patauos goretum, si possibile est austerum, non potens multum, nec nimium debile, ne stomacho noceat: sed inter haec mediocre: sed aliter pueris, aliter adultis, ut tua prudentia bene nouit: pueris nanque debilius dandum est, & si tale haberi non possit: sed solum

nigrum

nigrum, aut album; laudo magis album subtile attenda semper eius mediocritate: uinum nanq; nigrum grossum est in digestibile multū. propter quod stomachus eo nocetur, et est causa multiplicationis humorum crudorum. item, si est potens, quale est uinum gropellum Bassanense, ultra hoc, quod difficile digeritur, sua caliditate resoluit uirtutem naturalem. quare facit in pueris humores crudos indigestos non paucos multiplicari, propter quā causam existimo pueros Bassanenses ita frequenter, & grauius à lumbricis agitari. laudatur etiam uinum maluaticū; quia sua qualitate manifesta opponitur generationi uermium: secundò sua proprietate cordiale existit: quapropter uirtus uitalis confortatur, & confortata iuuat naturalem. item de facili in spiritum conuertitur; cum sit naturæ nimium amicum. unde credo multum his auxiliari, qui non febricitantes à uermibus molestantur. datur tamen cum oleo oliuæ communiter, & indifferenter pueris habentibus uermes, siue febricitent; siue non, & indubiè auxilium affert, ut experientia manifestat: laudo magis ipsum dari lymphatum ente febre cum oleo uiolaceo, aut omphacino, quod sua proprietate uermes necat. & dosis est uini maluatici ab unc. 5. usque ad unc. i. 5. & pro qualibet unc. uini ponatur drach. i. olei uiolati. & detur mane.

Puerorum somni, & uigilia ab ipsa natura regulatur. sed in adultis debet utrunq; temperari.

Motus, & quies puerorum etiam difficilè normizari possunt, sed eligibilis est, ut post cibum immediatè non moeantur, quemadmodum in adultis, qui quiete, & motu temperato uti debent.

Fugiant inanitionem, & repletionem: nam unum per uia aggrauationis: alterum per uiam resolutionis uirtutis digestiuam debilitaret. unde uermium materia causaretur. habeat uentris beneficium bis in die, si possibile est. abstineat à coitu præcipuè post repletionem, ut dictum est.

Omnia deponant accidentia, quæ uirtutem habent debilitare; ut ira nimia, tristitia, & huiusmodi, & gaudeant pro posse. hæc sub breuitate pertranseo: quoniam & si dilectio puerorum tuorum causa fuerit, ut in hac materia scriberè, in quibus hic attentè obseruari nō possunt; uolui tamē Deo iuuante, & adultorum utilitatè hæc pauca notare: ut & tuis puberibus in duriori ætate proficiant.

PER ADMINISTRATIONEM rerum medicinalium corpora altero modorum generari habent: uno per ea, quæ interiori suscipiuntur; alio per ea, quæ extrinsecus applicantur. ea uerò si quæ intrinsecus recipi debent; sunt suffumigia, potiones, pilulæ, confectioes, pulueres, electuaria &c. suffumigium sit ex myrrha, aloë, absinthio, cortice citri, interdum ex lignis lauri, bis saltem in hebdomada. potio de qua fumere debet bis in hebdomada, uel ter in autumnno, uere, & interdum in ætate suspecta.

Recipe aquæ absinthii 5. iiii, aquæ graminis 5. iiii. uini granatorum 5. i. & hoc tempore frigido. tempore uerò calido sint partes. ii. aquæ graminis tertia absinthii. dosis in pueris est ab 5. i. usque ad 5. ii. in adultis usque ad. iiii. & exhibeatur mane: & si possunt; dormiant post assumptionem eius parū per. & die, qua faciunt suffumigium, non potent aquam, & quando bibunt, & quo, non suffumigentur. pilulæ, quarum usus interuallatus à generatione uermium præseruat: quarum descriptio colligitur. 17. continentis.

Recip. aloes partes. ii. myrrhæ, croci, ana partem. i. conficiantur cum uino maluatico. dosis earum in pueris est à granis. v. usq; ad 5. i. in adultis à 5. usq; ad 5. ii.

Confectio ad hoc maximè ualens. R. perlatum, seu margaritarum 3. 5. rhabarbari torrefacti, santolinæ, siue sementinæ an. 3. i. terræ sigil. cornu cer. usti. ana. 3. 5. zucchari optimi lib. i. 5. & cum aqua ros. fiant formulæ parua. 3. ii. & accipiant adulti formulam unam, infantes mediā. ex quibus pulueribus conficias electuarium utile.

Puluis maximè apud nos communis. R. sementinæ. 3. 5. in pueris, in adultis. 3. i. cum melle: quandoq; cum uino dulci detur summo mane: sed tempore calido detur cum aqua graminis, & pauco zucchari.

Puluis alius optimus. R. zedoariæ. 3. i. boli armeni. 3. i. 5. de quo detur, ut dictum est. & per pueros intelligo in præ-

A senti, qui sunt ab annis duobus usque ad annos quinque: & per adultos, qui sunt ab annis quinq; usq; ad. 9. uel. 10. & p infantes illos, qui sunt ab anno uno usq; ad duos, quibus debetur dosis minor in proportione ipsorum ad pueros, quæ est puerorum ad adultos. & cōsimiliter uelis imaginari suo modo de iuuenibus, & senibus, quo ad dosim eis conuenientem: ut quia maior esse debet, quàm in adultis &c.

Illa uerò, quæ per exterius applicari possunt, sunt suspensiones, sacculi, unctioes, balnea, ut collis puerorum suspendantur lupini sicci, & benè maturi, frustum zedoariæ, aut diptamni, corallus rubeus optimus. de suspensionibus breuiù dicetur infra.

Fiat sacculus ex absinthio, inétha, rosis, corallo rub. aloë, & puluere diptamni, qui occupet continuè locum medium inter stomachum, & umbilicum amplectendo utrunque extremum.

Unctio, ex qua continuè Dei auxilio iuumentum inueni non paruum. R. olei mastichini, cytoniorum, spicæ, mirtellæ ana 3. i. olei absinthii, amygdalarum ama. an. 5. 5. mastichis, gariophyllorum, lambruscæ, méthæ, coralliorum, aloes hepaticæ, boli. ar. an. 5. 5. ceræ quod sufficit, de qua puerorū matres debent temporibus suspectis eorum stomachos inungere de fero, cum uadūt dormitū, uel mane cum surgūt semel in die. confortat stomachum mirabiliter, & uermium generationem prohibet.

Balneum. & aquæ cisternæ, in qua bulliant aliquæ ex herbis iam dictis, in qua puer aliquanto tempore teneri debet & sit interuallatum ualde, ut in hebdomada semel. & de his hæc pauca sufficiant.

## De signis, &amp; cura uermium.

## Cap. 4.

SIGNORVM quædam communia, quædam propria. cōmunia sunt cursus saliuæ, & humectatio labiorū in nocte, & eorum exiccatio in die: propterea quod caliditas expanditur in die, & coartatur in nocte. cum ergo spargitur caliditas; attrahitur humiditas cum ea. quare uermes incurrunt famem, & attrahunt à stomacho. quare exiccatur superficies continua ei ex superficie oris, & labii, & adiuuat ad exiccandum aer exterior quare laborat infirmus in humectando labium suum cum lingua. & quandoq; accidit eis rixa, & horribilitas locutionis, alienatio propter eleuationem malorum uaporum ad cerebrum. unde incurrūt accidentia Karabitus, nisi q̄ non colligunt pilos, neq; patiuntur sodam. accidit et eis Itridor dentium, præcipuè in nocte: & pluribus horis sunt quasi masticates aliquid, & appetūt extrahere linguā. & accidit eis saltus, tremor, & clamor in somno, & agitatio formæ, & ita aduersos eum, qui euigilat eos. & accidit nausea, uomitus, & tristitia super cibum, & intrinsecatur uox, & debilitatur pulsus, & egestio eorū. Sim plurimum duras; casus appetitus. & accidit eis sitis, à qua nō satiatur. & q̄q; cōtorquentur, ac si forēt epileptici. & q̄q; euomunt eos hora sitis, & diuersificantur in colore, & similiter oculi eorum, unde lucetes fiunt. item sub oculis est color plumbeus. & quandoque inflantur uentres eorum sicut hydropicorum. & in multis dum dormiunt; spumam ab ore emittunt. & quandoque sudant sudore frigido. fœtor oris, uentris gurgulatio, guttæ sanguinis per inferius, pallor faciei. nota tamen, quod plurima horum in corpore alicuius pueri apparere poterunt: in quo tamen nō erunt uermes, ut materix putridæ cholericæ, quæ facient alienationem, punctioem intestinis, tortionem, grauitatem, uomitum, casum appetitus, sitim: & sic de aliis. & ideò diligens medicus debet notare tempus præteritum, & præsens, cibaria, quibus usus est, & utitur, & de aliis habentibus uermes generare.

D SIGNA PROPRIA longorum sunt, quia habent commotionem oris stomachi, & mordicationem ipsius cum pūctioe eius, quod sequitur ipsum, & difficultatem deglutiti di, & casum appetitus secundum plurimum, & nocentū ex cibo, & lubricitate. & q̄q; nocent pulmōni, & cordi: & q̄q; accidit tussis sicca, & tremor cordis, diuersitas pulsus frigiditas corporis, & sunt somnus, & exiccatio non secundum ordinem, pruritus nariū, intuitus, palpitatio, apertio oculi

oculi declinantis ad clausionem: quandoque rubent eorum oculi: quandoque offuscantur: quandoque tenduntur uentres eorum, & fiunt hydropici: quandoque accidit fluxus uentris.

Latos habentibus secundum plurimum appetitus multiplicatur: quoniam secundum plurimum à stomacho elongantur. quare non nocent ei, & rapiunt cibum, & mouentur tempore famis motu nocente debilitante uirtutem, & sunt cum punctione, & grauedine incidente in eo, quod sequitur umbilicum, & citrinatur eorum cutis.

Paruos autem significat pruritus ani, & inseparabilitas commotionis ad ipsum. & quandoque adeo fit fortis, donec accidit syncopis, & habens eos inuenit sub hypochondriis suis, & dorso grauitatem.

Signa eorum, qui sunt in stomacho, sunt grauitas stomachi, corrosio eius, eructatio habens foetorem uermium, nausea, frequens subuersio, uomitus, cum quo egrediuntur mordicatio oris stomachi, tremor cordis, frequens, febris, sitis, à qua non satiatur, deiectio appetitus, impositio digitorum in ore ad extrahendum aliquid, caliditas magna supra stomachum, anhelitus frequens, & magnus, punctio cum exclamatione uehementi, ac si forficibus puugeretur, & multa alia, quæ supra de lumbricis dicta sunt. exitus tamen eorum similiter, & aliorum sunt signa propria, & infallantia.

**CURA VERMIUM** diuina gratia iuuante quatuor perficitur: primò regimine debito: secundò eorum interfectio ne: tertio euacuatione ipsorum: quarto eorum corrigendo sua accidentia. primam rem complent cibus, & potus reificari secundum causæ contrarietatem, & digestionis complendæ oportet; ut sint cibi subtiles, facili digestionis: & boni chymi, qui non corrumpantur, calidi, & sicci, nec uiscosi, ut dictum est in præcedenti cap. unde, quia ut plurimum in eis prosterntur appetitus, & præcipue in habentibus longos, & hos, qui in stomacho generantur, ne eorum uirtus cadat; consulo succurrendum fore cum frequenti administratione cibi: tum etiam ut uermes habeant quid fugere, ne nutrimento deficiente sua inducant accidentia: laudo, n. ut exhibeatur brodium pulli cocti in aqua sublimationis graminis, aut absinthii, uel pro pauperibus simul ponatur gramen, & filigo ad decoquendum pullum. hoc idem de aliis carnibus intelligas supra in 3. cap. enumeratis, item tempore frigido dari debet brodium pulli cocti cum aqua decoctionis anisi, uel foeniculi. similiter, quia ut plurimum à siti non saturantur, dentur huiusmodi brodia cum pauco uini lymphati, & sit uinum, ut supra. item fiat distillatio pulli, uel gallinæ, & impleantur corpora ipsorum gramine, filigine, & aniso specialiter tempore calido: frigido uerò mentha, santonico, & semine caulium. item fiat contusum ex pullo, gallina, uel aliis carnibus cum rebus alterantibus, facientibusque ad uermium mortificationem, de quibus dictum est, & copiose satis infra dicetur. item ponantur cicera rubea in aceto. dimittantur per .x. horas, & ex eis cum pullo, aut aliis carnibus fiat ferculum, uel panatella, uel cotusum, uel aliud ut diligens matrona facere consueuit.

Item panatella cum oleo omphacino, & pauco croci, si non adest febris intensa. item ex herbis iam dictis fiant fercula: oua forbilia recentia cocta in aqua, in qua bullierit gramen, anisum, cyminum sunt maxime conuenientia; quia sic cocta omnem intentionem in se recipiunt. unum tamen sciendum est, quod habentes uermes debent cibari bona hora, ne nutrimentum subtrahatur eis, & conuertantur ad intestina, & mordicent, & corrodant ea: nam, ut dicit Auicenna. Quidam dixit ei se uidisse eos perforasse uentrem quod apud se maximum reputat. ego tamen uidi uermes egredi per umbilicum, & plures alii præsentem se iam uidisse dixerunt.

Potus eorum sit uinum rubeum, clarum, austerum, uel odoriferum, album, lymphatum cum aqua graminis, aut en diuie, uel aqua decoctionis harum, uel aqua dulcis cocta cum aniso, uel gramine, uel absque his. quidam dant continuè maluaticum bene lymphatum cum altera aquarum: & non uitupero. item de mane sumant uinum maluaticum, uel aromaticum lymphatum cum oleo uiolaceo, aut omphacino, & iuuamentum magnum reperio. confert & non parum si

**E** in uino, quod eis administratur, continuè infusus sit panis affatus. & si abhorreret uinum; dentur aquæ simpliciter iam dictæ, uel aliæ factæ ex herbis iam dictis: uel dicendis. item cum his aquis detur semen caulium frequenter, & est iuuamentum ualde: cum. n. prolixum foret omnia sic particulariter scribere; necesse est in re hac prudentia, & congregatione uti; in aliis uerò, quæ debito regimini attinent, sit conueniens ordinatio ad confortandam digestionem, & ad ipsius perfectionem, ut dictum est in præcedenti capitulo.

Secunda res perficitur per medicinas uermes interficientes, quarum quædam sunt communes omnibus generibus: quædam propriæ. communium quædam simplices: quædam compositæ: & simplicium quædam calidæ, quædam frigidæ: & calidarum simplicium quædam sunt peruenientes ad tertium gradum, quædam non. peruenientes ad tertium gradum utiles, nisi fuerit febris, uel apostema sunt amari, & acuti saporis contrariatis. & qualitatis, & sapore illis. quas magis diligunt ipsi, ut sunt dulces, & unctuosæ, quales sunt infra scriptæ.

**H** **MEDICINAE** simplices communes uermes interficientes.

**A**pium, uel semen eius bibitum aqua lupinorum, aloecum melle, uel absque sumpta, uel bibita, betonica, puluis eius bibitus, chalcantii 3. i. cum hydromelle. colocynthis cum melle adultis: pueris uerò cum succo absinthii emplastrata. diptamnus, puluis eius, eruca cum uino sumpta, eupatorium, succus eius cum nucleis persicorum umbilico emplastratus, filix, radix eius triduo potata cum aqua mellis. fel. omnia genera, & sumpta, & emplastra. granata acetosa, lupinus decoctus, & linitus supra umbilicum, & suppositus cum myrrha, & melle, & puluis eius cum melle bibitus item panis factus ex farina eius cum aqua graminis, & succo absinthii, & pauco aloes, umbilico calidus emplastratus uel supra stomachum positus, mirrha cum melle potata, methastrum potatum cum aceto, nigella comesta, aut uetri applicata, similiter cocta in aceto: & ligno pini emplastrata super umbilico, nux indica antiquata, & comesta solutione eos educit, os calcanei tauri combustum, & puluerizatum potatum cum aqua, uel uino, opopanax cum succo absinthii, & pice, corpori emplastratum, uel cum hydromelle bibitum, poma arancia comesta, psyllium bibitum, persici folia emplastrata supra umbilicum, & succus eius potatus cum fluxu eiicit eos: persicaria supra umbilicum emplastrata: raphanus cum aceto, & melle sumpta, ruta, oleum decoctionis eius bibitum, & succus eius cum aceto forti, & pauco aloes, & panis affato calido, stomacho, & similiter umbilico positus est singularis medicina. rosarius, puluis radices eius bibitus, serapinum cum uino sumptum, & est mirabile sinapis potatus cum aqua graminis. dosis est ʒ. i. scilla super se gestata, staphisagria, semen eius cum melle bibitum, semine alexandrinum, siue sementina cum melle, aut uino dulci sumpta, taurus, ex felle ungetur umbilicus, uernix cum aqua mellis potata urtica, semen eius cum hydromelle, & sale potatum, hyssopus, decoctio eius, uel puluis eius cum melle bibitus, aut semen eius tritum cum brodio, uel uino, hypocisthidis sumptum, zedoaria bibita cum hydromelle, & super se gestata, & in omnem modum administrationis. quod que de aliis semper intelligere debes.

**H** **MEDICINAE** frigidæ. Acetum in hora somni secundum aliquam eius quantitatem sumptum, & ratione fortis penetrationis cum aliis iunctum confert iuuamento maximo. ideoque, ut potes, cum aliis, ut unctioibus, & emplastris misce. cortex radices mori, decoctio eius, decoctio arboris granati acetosi, & muzi, lac asinæ suppositum, & similiter in magna quantitate potatum. & si de eo haberi non potest; sumatur caprinum, aut uaccinum: rubus: decoctio eius bibita.

**COMPOSITARVM** medicinarum uermes interficientium quædam recipiuntur ad intra: quædam corpori extra applicantur. communes, quæ per interiora assumuntur, sunt suffumigia, potiones, confectiones electuaria, pilulæ, pulueres, clysteria, suppositoria. fiat suffumigium ex myrrha, aloes, & pulpa colocynthidis, aut ex ligno mali granati, aut ex foliis cum ramis persici, aut ex aliis supra descriptis. & indifferentes

indifferentem potest fieri suffumigium tam per superiora, quam per inferiora, ut operi necessarium erit.

**POTIOES** ad hoc ualentes sunt syrupus absinthii, prafij, uel calamenti, in tempore calido, aut existente febre, cum aqua portulacæ, graminis, aut endiuæ, aut filiginis, aut plātaginis: aut miscere secundum casum imminentem calida cum frigidis, ut dando prius ab. ʒ. ʒ. usque ad ʒ. i. syrupi absinthii, aquæ endiuæ, aquæ menthæ. ana pro ʒ. i. syrupi ponēdo ʒ. ii. uel circa aquæ. adultis uerò in quantitate maiori: & sic de aliis. item, ut dictum est, detur singulo mane uinū maluaticum cum oleo uiolaceo, ut dictum est, uel omphacino.

Item. Rec. succi menthæ, panis asii, aceti fortissimi, misce in modum falsamenti, de quo dabis ante cibum, & ligabis in pulsibus brachiorum: ad quod et iuuat eius odoratio.

Cura antiquorum efficax, & experta. Rec. granorum piperis. ʒ. ʒ. & duas radices rapistri, & duas radices antiquæ fabæ lupinæ, & radices granati acetosifere, & coque cum quinque li. uini, donec tertia pars remaneat, de quo detur a ʒ. ii. usque ad ʒ. ii. ʒ.

**CONFECTIO** Rec. ligni aloes. ʒ. i. gingiberis, macis. ana ʒ. ʒ. cornu cerui usti ʒ. ii. pulueris extremitatum menthæ, marrubii, zedoariæ ana ʒ. ii. zuchari ru. li. i. ʒ. consimiliter ex aliis simplicibus uariæ cōfectiones confici possunt, de qua accipiat puer a ʒ. i. usque ad ʒ. i. ʒ. adulti usque ad ʒ. ii. ex his etiam pulueribus electuarium confici potest.

Electuarium optimum. Rec. fantonici li. ʒ. pyrethri, panis asii in aceto extincti ana. ʒ. iii. cornu cerui usti in aceto extincti ʒ. ii. seminis canapis, cymini, cinnamomi ana ʒ. i. nigellæ ʒ. ii. lupinorum ustorum, salis ar. nasturtii ana ʒ. ʒ. absinthii, abrotani, origani, carui, baccarum lauri ana ʒ. i. thymi, gingiber. ana ʒ. ii. cardamomi ʒ. i. seminis caulium ʒ. i. mellis quod sufficit: detur mane ieiuno stomacho a ʒ. i. usque ad ʒ. ii. uel. iii. & non comedat usque ad duas horas. & ex his pulueribus fiant pilulæ addito aloē ita, ut sit tertia pars omnium. similiter conferunt pilulæ supra descriptæ. quare de his suprafedeo.

Pulis optimus. Recip. cornu cer. usti, donec albeat, centaureæ, menthæ, pulegii, lysimbrii, absinthii, fantonici, lupinorum amarorum ana ʒ. iii. ʒ. utatur de hoc puluere ad quātitatem mediæ nucis cum lacte, aceto, uino, melle, uel quomodolibet aliter. pro quo sciendum, quod ingeniari debemus ad danda ea, quæ dicta sunt agris uno modo, uel alio, dummodo ea recipiant: tales enim modi sic facile scribi non possent propter agrorum diuersos modos, usus, & appetitus.

Item detur hic pulis. Rec. sementinæ ʒ. ʒ. cornu cerui usti, boli ar. ana ʒ. ʒ. cum uino dulci, aut melle, tempore frigido: calido uerò cum aqua graminis, & pauco zuchari: & hoc in adultis. pueris uerò detur medietas totius quantitatis: infantibus uerò secundum proportionem, ut supra.

Clystere commune. Recip. aquæ decoctionis origani, absinthii, corticum granati li. ʒ. olei uiol. ʒ. ii. ʒ. salis ʒ. i. ʒ. & augeatur, & diminuatur quantitas, ut ætas expetit. & sit in tempore æstiuo cortex dupla ad origanum, & absinthium: hyemali uerò sit omnium pars æqualis. communiter tamē, & bene fiunt clystera ex lacte cum pauco zuchari. sed maxime confert tale, quando per horam ante præcessit inunctio stomachi, aut emplastratio uentris, ut dicetur. pro quo notandum, quod semper in tali passione dulcia per inferiora: amara uerò per superiora administrari debent. fiant suppositoria longa subtilia ex melle cum pauco sale confecta, quæ ponantur bis, aut ter in die. item fiat inunctio ficeris cum melle, & felle uaccino præcipuè in pueris: & hoc de compositis.

Communia, quæ per exterius applicantur, sunt unctioes, emplastra, epithemata, embrochationes, cataplasmata, sacculi, & balnea.

Unctio, in qua gratia Dei mirabilem effectum inueni. Recip. succi menthæ ʒ. viii. centaureæ minoris, fantonici, lupinorum amarorum ana ʒ. i. gentianæ, absinthii ana unc. vii. aceti expressi de pane assato li. ii. unc. viii. succi arancii unc. vii. ceræ quod sufficit. fiat unguentum, de quo ungantur tempora, pulsus, nares, & stomachus. communiter tamē inunguntur huiusmodi loca ex theriaca, & benè, & perma-

ximè si febris non est intensa, & caliditas aeris non obsistat & non prætermittatur inunctio totius dorfi ex oleo uiolaceo: & hoc ter in die: febri. n. & uermibus opponitur.

Oleum contra lumbricos Michaelis Scoti. Rec. abrotani unc. ii. absinthii, gingi. corticum lanceolæ ana unc. i. stochados unc. iii. gentianæ unc. ii. corticum radices mori unc. ii. mali granati, & persici, frassini ana unc. ʒ. radicum graminis unc. ii. polii, sauinæ ana unc. ii. linguæ auis unc. ʒ. aloes unc. i. terantur omnia benè, & dimittantur per. 8. dies in li. viii. olei communis, & aceti lib. ii. octauo uerò die bulliant lento igne, donec herbæ recentes sint benè coctæ. postea dimittantur infrigidari aliquātulum, & cola, & addatur aloē indicam, & benè puluerizata simul mixtis, & referua. & de hoc oleo inuge regionem cordis: & si tolerat; da ei bibere ʒ. i. cum uino albo.

Emplastrum. Rec. absinthii, persicariæ, uermicularis, fantonici ana M. i. ʒ. succi menthæ: succi prafsi ana unc. ii. olei absinthii, mastichini, rosati ana unc. iii. farine lupinorum li. i. aquæ decoctionis graminis quod sufficit, & cum pauco croci fiat emplastrum, & superponatur uentri usque ad os stomachi. & sub emplastro comprehendas cataplasma; cum cataplasma non sit aliud quàm lene, uel molle emplastrum.

Epithema cordiale. Rec. aquæ buglossæ, ros. graminis ana unc. ii. terræ sigillatæ, boli ar. corticum citri ana. ʒ. ʒ. corallorum rub. ʒ. ii. ossis de corde cerui ʒ. i. croci, camphoræ ana ʒ. ʒ.

Embrochatio optima, & mihi consueta. Rec. menthæ, absinthii, rosarum ana M. i. centaureæ, diptamni, gentianæ ana ʒ. i. zedoariæ ʒ. ʒ. aloes ʒ. i. ʒ. terræ sigillatæ ʒ. ʒ. boli ar. ʒ. i. bulliant in quinque lib. uini albi aromatici, si non adest uomitus. si uerò adest; sit uinum nigrum stypticum usque ad consumptionem quartæ partis uini. deinde accipiatur spongia, & infundatur in uino, & expressa stomacho applicetur & reiteretur ter ad minus: postea ungetur stomachus unguento iam dicto: & fiat bis in die ante prandium, & ante coenā, & si aderit febris intensa, aut si caliditas magna erit aeris; fiat ebullitio dictorum in aquæ cisterne, & uino secundum proportionem duplam aquæ ad uinum.

Cataplasma similiter, & sacculi ex simplicibus iā dictis componantur, ut magis placebit. unde quia de his larga meditatio fiet inferius; hic facile subsileo.

Balneum. Recip. lupinos amaros, & paleas filiginis, & gramen: fac bullire in duabus quartis, uel unā aceti optimi & intret patiens in eo facto prius suppositorio ex melle, aut clysteri ex lacte, ut dictum est. & omnes illa die exhibunt, si Deus uoluerit.

Sed pro his, & dicendis tres canones sunt obseruandi, primus, quod in administratione medicinarum uermes interficientium stomachus liniatur rebus stypticis, & proprie in quibus est uirtus uermiu interficientiu; sicut sumach, hypocysthis, acacia, lutum sigillatum; quod & cum uino ad intra cum eis dari potest, ne ab earum malitia stomachus noceatur. secundus, cum bibuntur huiusmodi medicinarum; oportet, ut stringantur nares uehementer, ne aliquid mali uaporis ad caput perueniat. tertius, quod cum emplastris, & unctioibus & c. quæ stomacho applicantur, misceri debent, quæ habent stomachum confortare, & rectificare appetitum: nam, ut dictum est, in talibus quasi semper appetitus prosternitur.

DE MEDICINIS propriis uermes interficientibus sciendum, quod in administratione earum quatuor oportet diligenter attendere: primò earum speciem: secundò potentiam, & uirtutem: tertio tempus: quarto locum: & modum, speciem ut propriis propria, ut dictum est, & dicetur, administrentur.

Potentia, ut interficiendo cucurbitinos fortioribus: lumbricos uerò debilioribus: paruos uerò minus potentibus. tempus, ut ministres istas tempore uacuitates; quia tunc nihil prohibet medicinas ad eos peruenire, & ipsi magis famentes ad eas magis trahuntur. locum, ut interius approximanda approximemus, non approximanda deneges.

DE MEDICINIS propriis lumbricos interficientibus. Aqua salsa potata, anisum comestum, uel potatum, alliu in aceto coctum, uel crudum comestum, bolus armena cum uino

vino sumpta: si non adest febris, & si adest cum uino multum lymphato, calamentum, succus eius potatus, uel clysterizatus cum oleo uiolaceo, uel communi cum sale, & melle, coctus amarus cum melle sumptus, & suffumigium ex eo factum diptamnus cum melle, aut aqua potatus, uel comestus, uel aqua decoctionis eius, endiuia amara comesta, foeniculus, semen eius bibitum, myrtus cum uino sumptus, portulaca, semen eius bibitum, & est mirabile, cum multum sumitur, pulegium comestum, uel succus eius bibitus, filigo, aqua eius potata, santonicum comestum ut supra, stercus muris bibitum triduo. dixit Democritus, quod nihil fortius inuenit ad omnia genera uermium. thymus potatus, uermicularis, succus eius unicornu, eius raxura cum uino, aqua decoctionis granatorum, absinthium coctum cum lentibus, aut sumptum cum melle, cordumeni aur. i. cum uino, aut cum melle sumptum, cyminum assatum cum aqua graminis: mulieres tamen communiter accipiunt id mixtum cum melle, & plantis pedum apponunt: sed melius, si fieri, & loca circumstantia ungerentur: gramen in omnem modum administrationis, origanum, succus eius cum melle potatus, prassium, succus eius cum melle, uel mulla sumptus, sumach in aqua dissolutum est mirabile: si cum eis est fluxus, siler montanum cum aqua sumptum, salua comesta, uel quouis modo sumpta, terra sigillata dissoluta cum uino est mirabilis, arnoglossa, succus eius potatus, uel puluis eius, & praecipue habentibus fluxum uentris, trifolium cum aceto bibitum, caulis, semen eius cum aqua graminis, & est commune, & iuuatiuum ualde, coriandrum, semen eius bibitum tribus diebus cum rob, cornu cerui ustum, donec albeat, & in aqua graminis extinctum, & cum uino potatum, chamepyteos cum melle: indicum cum aqua absinthii sumptum, mentha, succus eius potatus cum melle, uel exterius stomacho applicatus, oculus christi expertus inunctus, uel potatus, uel emplastratus, pyrethrum cum aqua potatum, stercus pecudis cum oleo, & melle inunctum. dicunt quidam, quod si ex hoc spina dorsi inungatur; multa capita lumbricorum per spinam dorsi egrediuntur: quibus abscessis aegrotantes curantur, quod uix a me creditur; quamuis se uidisse testentur. & nota, quod aquae distillationis horum simplicium sunt in hoc casu maxime conuenientes. ideo stude.

Medicinae compositae in duplici differentia reperiuntur: nam earum quaedam per interius assumuntur: quaedam ab exteriori applicantur. ea uero, quae per interiora assumuntur, sunt suffumigia, potiones, confectiones, electuaria, pulueres pilulae, clysteria, suppositoria.

Suffumigium fiat, ut dictum est paulo ante, de communibus.

Potio. Rec. sy. prassii ʒ. i. aquae absinthii, aquae endiuiae ana. ʒ. i. boli ar. terrae sigillatae an. ʒ. ʒ. augeatur, diminuaturque; dosis ut opus est, quod in dicendis, & dictis intelligi habet.

Item. Rec. aquae distillationis portulacae ʒ. ii. cornu cerui usti ʒ. i. detur mane ieiuno stomacho: uel

Reci. succus portulacae ʒ. ʒ. sumach, terrae sigillatae an. scr. i. hydromellis ʒ. ii. similiter ieiunè, item sy. acetosus simplex similiter compositus factus cum aqua distillationis graminis, & siliginis, uel alterius simplicis iam dicti, uel plurium maxima conuenit. ut

Recipe talis syrapi unc. i. aquae, quam magis diligis unc. ii. similiter confert syrupus de mentha, syrupus de endiuia amara.

Aqua ad lumbricos optima, quae post, & ante cibum indifferenter dari potest. Rec. santonici, pulegii, polypodii, seminis portulacae, menthae an. ʒ. i. costi ʒ. ʒ. mellis lib. i. aquae distillationis graminis, uel decoctionis eius lib. iiii. bulliat usque; ad consumptionem medietatis aquae, de qua administretur medius cyathus paruus, uel plus, uel minus pro uice, ut exoptulat aetas.

Potio alia. Recipe sebesten numero. x. seminis portulacae unc. i. radicem graminis. M. i. fiat decoctio, & clarificetur cum unc. iiii. zuechari. & detur cum succo cytoniorum, aut uino granatorum.

Electuarium optimum. Recipe santonici ʒ. iiii. centaureae absinthii, cornu cerui usti ana ʒ. iiii. pyrethri, lupinorum amarorum an. ʒ. ii. calamenti, pulegii, origani ana ʒ. i. nigellae, sileris montani an. ʒ. ʒ. abrotani ʒ. iiii. gentianae, utriusque ari-

stolochiae ana ʒ. ii. menthae, croci ana ʒ. i. ʒ. mellis quod sufficit. de quo detur mane, & sero cum aqua graminis ad quantitatem grossae auellanae. & sicut hoc, ita multa electuaria ex iam dictis simplicibus confici possunt, quae sapientiae practicae relinquo.

Confectiones ex his pulueribus, seu speciebus confici possunt, ut industrius apothecarius facere facit. item confectio supra descripta optima, & mihi consueta. quare de his taceo.

Puluis. Rec. seminum caulium, cornu cerui usti an. ʒ. ʒ. aloes scro. i. foeniculi ʒ. i. extremitatum menthae, boli ar. an. ʒ. ʒ. & cum lacte detur. ʒ. i. aut. ʒ. aut minus: & consimiliter ex aliis alios pulueres congrega.

Pilulae, & alia solutiua in sequenti particula describentur.

Aenemata, sciendum primo, quod talia clysteria non debent administrari, ut paulo ante dictum est, nisi per spacium horae, uel mediae post assumptionem rei interficientis uermes, aut eius applicationem: secundo quod talia confecta esse debent ex amaris dulcibus admixtis, ut sub dulcedine, quae est eis amica, lateat uenenum, ut hamus sub esca piscis. tertio, quod ut fiat diuersio a partibus superioribus; licet imponere aenemata ex rebus dulcibus solum confecta, & est commune, non praecedente exhibitione, aut applicatione alicuius rei.

Fiant suppositoria ex melle, hierapicra, & pauco salgemae, uel ex aliis, ut liber: quodque de clysteriis dictum est, idem de suppositoriis intelligas.

Ea uero, quae per exteriora applicant, sunt unctiones, emplastra, cataplasmata, embrocha, epithemata, sacculi, balnea.

Unctio mihi consueta, & iuuatiua ualde Rec. succi menthae unc. viii. centaureae minoris &c. supra descripta de compositis uermes interficientibus.

Unguentum aliud. Rec. ligni aloes, croci an. ʒ. ii. farinae lupinorum unc. ʒ. fellis tauri unc. i. hierapicrae unc. ʒ. olei amygdalarum amararum unc. i. terrae sigillatae, cornu cerui usti, lumach an. ʒ. i. cerae quod sufficit, aceti fortissimi unc. ii. de quo unguentur tempora, pulsus, nares, stomachus usque ad umbilicum.

Aliud expertum. Rec. abrotani assati, seminis coriandri, seminis myrtillorum assatorum, cornu cerui usti an. partes. ii. aloes hepaticae partem. i. cerae partem. ʒ. misceantur cum oleo nardino, maltichino, rosato, de absinthio, & myrtino ana quantum sufficit, & addatur parum aceti.

Unguentum Archimenidis confortans stomachum interficiens, & expellens lumbricos, & ualet ad fluxum. Rec. absinthii, menthae siccae, rosarum cum stypticibus, santonici, farinae lupinorum ana unc. i. panis asini infusi in aceto fortissimi unc. ʒ. fellis tauri ʒ. ii. ʒ. scrop. ʒ. aloes unc. ʒ. cornu cerui usti ʒ. ii. spicae, mastichis, galliae muscatae, gariophyllorum, calanii aromatici, macis, nucis musc. galangae, karui ana ʒ. i. ʒ. hypocisthidos, acacie, sumach, berberis ana. ʒ. ii. ʒ. scrop. ʒ. cum oleo myrtino, succo menthae, & cera confice.

Item, Rec. fermenti unc. i. croci ʒ. i. aceti expressi de pane assato, quantum sufficit ad incorporandum: de quo unguentur tempora, pulsus, & locus medius capitis, ubi est commissura: nam reprimit malos uapores ascendentes ad caput, qui mala accidentia inducunt aliquando, ut subeth, & similia. & scias, quod ex rebus simplicibus iam dictis fiunt olea preciosa ualde, & alia, ut practicante plus placebit, unde notes unum, quod ab Aggregatore habui: uidit uermem medii digiti cum quatuor pedibus diuisum capitis, & corticis, nec ualuit theriaca, nec aloes: sed oleum absinthii, in quo submersus fuit capite, & ipsum praesto interfecit.

Emplastrum. Rec. succi menthae, succi absinthii ana unc. i. myrti, sumach an. ʒ. i. abrotani, prassii, portulacae ana M. i. aloes ʒ. i. ʒ. mastichis ʒ. ʒ. pulpae colocynthidos unc. ʒ. seminis alexandrini ʒ. ʒ. fellis tauri unc. i. olei omphacini unc. ii. olei amygdalarum amararum unc. ii. farinae lupinorum quantum sufficit: cum pauco croci fiat emplastrum, & consimiliter ex aliis pluribus simplicibus plura conficiantur emplastra.

Cataplasma. Rec. mentham uiridem, similiter absinthium, abrotanum, gramem, pulegium ana partem. i. fac bullire, & post ebullitionem ea accipe, & infra duo incisoria exprime: & sic calida, & expressa stomacho applices. & scias, quod neque

neq; embrocha, neq; cataplasma debet permitti infrigidari: sed renouetur calida continuè.

Embrocha supra mihi consueta sit in omnibus tibi memoria: si tamen aliam cupis, ex rebus aliis tibi conficias.

Epithema super est adeo utile, & commune, ut eo solo nunc, & in sequentibus contentus ero. ex rebusque in embrocha positis sacculum conficias.

Sacculus alius. Recipe absinthii, menthæ, origani, persicariæ, rosarum ana. M. s. deinde accipiatur testula, uel testus ignitus, & cum uino albo, uel nigro, ut opus est, extingatur, & statim superponatur dictæ herbæ, addito puluere aloes, & gariophyllorum. & sic calefactæ, & in panno lineo inuolutæ stomacho applicentur: & sic renouentur bis uel ter. deinde cum unguento dicto stomachus ungetur. sed differentia est inter primum, & hunc; quia primus frigidus gestari potest, secundus uerò minimè.

Balneum ex rebus magis gratis, & habilioribus conficias nam, cum ad dictū loquar increpabile; iudico sic omnia ad particularia trahere.

**D**E MEDICINIS interficientibus ascarides simplicibus, uel compositis, abrotanum, semen eius cum melle sumptum, ceruus medulla eius circa umbilicum emplastrata, chamæleon, alba radix cum uino styptico bibita, in quo decoctum sit polium montanum, similiter exterius applicata, karui cum uino, uel melle potatus, lac acetosum cum semine apii bibitum, uel syrupo acetoso, lupinus decoctus, & linitus supra umbilicum, & suppositus cum myrrha, & melle, item puluis eius bibitus cum melle, raphanus cum aceto, & melle sumptus, succus eius cum aceto forti, & pauco aloes, & pane calido affato umbilico appositus est medicina singularis, aristolochia longa intus, & extrà applicata, centaurea, succus eius potatus, uel puluis, colocynthis cum melle adultis: pueris uerò cum succo absinthii supra umbilicū emplastrata, enula radix eius exiccata cum aqua graminis sumpta. dosis est drach. i. succi radice eius drach. iiii. cum pauco mellis potatæ mirabiliter conferunt. nux in quantitate comesta, rhabarbarum in omnem modum & cætera, serapinum cum melle sumptum, sinapis potatus cum aqua graminis, dosis est scrôpu. i. staphisagria, succus eius cum melle, absinthium, syrupus eius, similiter cum marrubio, & puluere lupinorum umbilico emplastratum. similiter succus eius, cum puluere persicariæ, & nucleorum persici, & centaureæ cum foliis persici emplastratum. filix, radix eius cum aqua mellis potatus, granatum, radix eius cum uino bibitus, gentiana cocta in uino sic, q̄ ad medietatem redeat, & in potu exhibita, persici folia emplastrata supra umbilicum, & succus eius potatus cum fluxu eiicit eos. persicaria similiter cum succo absinthii umbilico emplastrata, portulaca succus eius potatus urtica semen eius cum hydromelle, & sale sumptum, ginger cum aliis mixtum.

Compositarum medicinarum & c. quædam per interius, quædam exterius administrantur ut supra. ea uerò, quæ per interius dantur, sunt suffumigia, potiones, cōfectiones, electuaria, pulueres, pilulæ, clysteria, suppositoria.

Suffumigia sunt, quæ scripta sunt supra, quibus addi potest aliquod ex simplicibus iam dictis; ut aristolochia, serapinum, staphisagria & c. ut magis placebit.

Potiones sunt syrupus de absinthio, oxymel scylliticum: ut Rec. syrupi de absinthio, oxymellis scyllitici ana libr. s. misceatur cum hac decoctione. Rec. enulæ unc. i. abrotani, calamenti ana unc. s. bulliant in aqua sufficienti usque ad consumptionem tertiæ partis.

Item Recipe corticum radicum mori, corticum radicum malorum granatorum, enulæ ana. s. ii. gingibe. calamenti, sinapis, seminis apii ana. s. s. bulliant in aqua sufficienti usq; ad consumptionem duarum partium, deinde coletur, & colaturæ addatur parū aceti, & bibatur de ipsa mane medius cyathus paruus, & minus ut supra.

Item Recipe medullas ossium cerasorum, persicorum, & tere, & cum aqua calida exprimas, & cola per peciam, & cum syru. uiola. da bibere. alias potiones ex aliis simplicibus conficias.

Confectio. & centaureæ, karui ana drac. i. colocynthidos drac. s. seminum portulacæ drac. i. radice granatorum, myr

ti ana drac. i. s. radice enulæ exiccata scrôp. ii. zuccha. lib. iiii. & cum aqua endiuæ fiat confectio.

Ex eius pulueribus electuarium componere poteris.

Puluis. Recipe farinæ lupinorum unc. ii. santonici unc. iiii. fiat puluis cribratus, & cum melle conficiatur, & dentur drac. ii. cum aqua, uel uino mane, uel minus ut supra.

De pilulis dicetur in sequenti particula.

Aenema. & centaureæ minoris. M. i. corticum radice mori, lupinorum, enulæ ana. s. ii. prasii. M. i. bulliant in aqua modo prædicto: & fiat ænema mane, & sero, similiter ex lacte addito pauco centaureæ.

Suppositoria cum his, & melle conficiantur.

Ea uerò, quæ extrinsecus administrantur, sunt unctioes, emplastra, embrochæ, cataplasmata, epithemata, sacculi, balnea.

Vnctio. & absinthii, abrotani, menthæ ana drach. v. colocynthidos, centaureæ minoris, seminis urticæ, agarici ana s. s. aloes caballini. s. ii. aceti fortis expressi de pane affato s. s. ceræ quod sufficit.

**B** Item aliud expertum. Recipe foliorum persici, granorum lupinorum, absinthii ana. M. ii. terantur fortiter, & fiat puluis, cui addat aloes caballini, colocynthidos ana drac. i. s. terræ sigillatæ drac. s. aceti fortissimi expressi de pane affato drac. ii. s. ceræ quantum sufficit, & fiat unguentum, & ungetur uenter inferior.

Ex eisdem potest fieri emplastrum: ut Recipe foliorum persici, granorum lupinorum, absinthii ana. M. i. aloes caballini, colocynthidos ana drach. i. s. bulliant in aqua, & aceto ana. & super umbilicum, & renes cum fascia liga, & statim educit uiuos, & mortuos. probatum. item centaurea decocta in oleo de persicis, & super umbilicum emplastrata. expertum. item emplastratur uenter ex melle, si sine febre fuerit: & cum lacte si fuerit febris, & post horam pulueriza desuper aloem caballinum, & puluerem colocynthidos, & miraberis effectum.

Aliud emplastrum. Recipe farinam lupinorum, & git, aloes parum, & scamoneæ parum, & distempera cum succo absinthii, & abrotani, & felle tauri, & superpone uentri. item fel bouinum cum radicibus cucumeris agrestis benè tritis, umbilico superpositum, occidit ascarides, & uentrem laxat. item prasium, absinthium, centaurea, & lupinorum farina in aceto forti cocta, & umbilico posita ipsos necat.

**C** Item. Recipe absinthium, marrubium, folia persici, git, aloes, aceti parum. & cum farina lupinorum fac emplastrum, & superpone uentri. consimiliter de aliis alia fac emplastra. & scias, quòd remedia: quæ conferunt lumbricis, conferunt & cucurbitinis, & è conuerso: sed aliter, & aliter, ut ex dictis patet. sunt tamen quidam practicanes, qui procedunt cum his, quæ dicta sunt in cura lumbricorum, & eo ordine: sed saluo semper meliori iudicio non parumper errant.

Ex his fiat cataplasma ut supra. similiter de epithemate super sedeo ut supra.

Embrocha. Recipe panem assum in aceto forti benè mollicatum, & exprime per peciam, & cum liquore misce succum absinthii, symfibrii hortensis, succi foliorum persici, persicariæ, centaureæ, aristolochiæ longæ: & cum oleo modico, & aceto ponantur omnia in olla ad bulliendum, & facta ebullitione asperge puluerem aloes caballini, & colocynthidos ana drach. ii. fellis tauri drach. i. pulueris lupinorum drach. i. s. & misce: & peciam infusam, aut spongiam sic calidam super umbilico pone, & miraberis. ex aliis confice.

Sacculi, balnea similiter ex his fieri possunt: & quia datus est supra modus componendi ea, ne longus uidear; his paucis te contentum uolo.

**D**E medicinis interficientibus paruos. Parui etiam interfici possunt eodem modo, & ordine, quibus supra. sed, quia alia uia melius, citius, faciliusq; curari possunt, iudico hos ordines, & modos non prætermitti. scias tamen, q̄ ea, quæ dicta sunt in cura cucurbitinorū, cōferūt iuuamēto manifestō ī cura horū paruorū. unde quidā ex solo suffumigio ex stœchade marino p̄ inferius factō à paruīs curatus ē. un

de in hoc casu suffumigia per inferius facta mirabiliter con-  
ferunt. duo sunt, quibus principaliter curantur, quæ nemata sci-  
licet, & suppositoria.

Clystere paruos interficiens. R. aquæ salis, succi foliorū  
perfici, decoctionis radicū mori, corticum granatorum,  
an. ʒ. i. aloes ʒ. i. ʒ. olei omphacini ʒ. i. & ualet proprie, quan-  
do adest caliditas.

Aliud. R. aquæ hordei. li. ʒ. pulpæ colocynthidos, aloes  
an. ʒ. i. olei ʒ. i. ʒ. item ad hoc ualet hiera quælibet cū aqua  
graminis, & filiginis clysterizata. consimiliter cōponas alia  
ex simplicibus ualentibus contra cucurbitinos. item confe-  
rūt, ut dictū est, aquæ salis clysterizata, & sifr, in quibus po-  
nitur nitrum: sed tunc custodiatur anus, ut nō proueniat ad  
tenasmonem cum suppositoriis facientibus ad hoc.

Suppositoria sint ex melle, hiera Galeni, aloes, pulpa co-  
locynthidos, & ex aliis iam dictis. item accipiatur radix e-  
nula recentis, & de ea fiat suppositorium: deinde asperga-  
tur aloes, & supponatur. item fiat suppositorium ex lardone  
recenti, aut falso, & melius, & sit longum, & in extremitate  
ligetur fortiter filo longo, & imponatur, & cum per horā  
steterit; trahere filum, postquā trahes suppositorium uermi-  
bus plenum sicq; renouabis eum, & post horam fac ut dictū  
est, & curabitur æger indubiè, si Deus uoluerit. item cōfert  
inūctio loci cum oleo de persicis, uel amygdalis amaris, aut  
lotio eius cum aqua rutæ, uel absinthii, uel persicariæ. item  
inūctio ficteris cum felle uaccino extra, & intus, confert  
manifestè: & hoc ut operi physico pertinet.

**D E C U R A** per incantationes, & breuia. Fit tamen  
cura uermium apud non paucos breuibus, & incantationi-  
bus, quibus horum tanta inest fiducia, ut omnia alia & expe-  
rimento, & ratione corroborata spernant; asserentesq; phy-  
sicos experientis, ac scientia graues, puerorum passionem  
quidquā minimum cognoscere: sed hos inter uulgares cō-  
numero; & si quando literis, ac dignitatibus affluant. sed, ut  
quando cum his ludere possis; hæc subscribam breuia, & in-  
cantationes uulgari opinione firmata.

Breue commune † In nomine patris † & filii † & spiri-  
tus sancti † Amen. † Lubrica lubricaria, quæ es infra cor-  
pus, & animā, si es massa, cito reuertaris in aquam: & si non  
es massa; citius te destinas Amen. † Iob † Iob † Iob † Libe-  
ra domine famulum tuum talem à uermibus, & à fauonibus  
& ab omni infirmitate. Amen. † Christus uincit † Christus  
regnat † Christus imperat † Amen. † v † v † G † † † † ali-  
qua † corobantur † tion † sen † atiopa † fac ipsum suspendi  
ad collum pueri per alium uirginem, & dicat interim, quod  
suspendit puer tres Pater noster, & tres Aue maria ob reue-  
rentiam Dei, & gloriosæ Mariæ, & sancti Iob.

Aliud scribe in carta uirginea, & liga ad collū pueri † Ali-  
bua † zoroban † tion † son † atiopa † fiat ut supra incantationes.

Abroba † arabrum † foram † brotonium † scribe hæc  
uerba in ligno, aut uitro, & permittas ea sicari; & cum sic-  
ca sunt; abluere ea cum uino, aut aqua, & da bibere patienti,  
semper dicendo Pater noster, & Aue Maria ter cum signo  
crucis: & hoc tribus diebus de mane.

Aliud † Lumbri † colubri maledicti † sicut uenistis cū  
uento † ita † ite † ad mare † bibite † aquas salas † & nō ste-  
tis † amplius † in corpore † talis † signatur sero, antequā  
sol tendat ad occasum: & semper fac crucem supra umbili-  
cū pueri, & facias tribus sero, & dicas, & dicere facias om-  
nibus, qui ibi sunt ter Pater noster, & ter Aue Maria ad ho-  
norem Dei, & sanctæ trinitatis, & sancti Iob.

Aliud † Aputis † Aputariis † de locis † maioribus † lu-  
cis † & feris † dicas hæc uerba in aure pueri dextra, antequā  
comedas, & scribas hoc uerbū in ungula pedis dextri. Iob.  
& dum scribis dicas hæc uerba † Verbum patris † & fac. i. † si  
lius patris † & factus † redemptor mundi miserere nobis † &  
fac. b. † Et dixit mihi, qui me docuit se habuisse ab illustri  
Principe seniori Duce Mediolani.

Aliud † In noie patris, & filii, & spiritus sancti. Amen. † Si  
cut Iob uermes habuit: & si habuit; mortui sunt per miseri-  
cordiam Dei. unde qui uermes habent, sic moriantur, & in  
aqua efficiantur in uirtute Dei. dicatur mane in aure pueri  
dextra ter. & fac personam tenentem patiētem in brachijs  
dicere ter Pater noster, & Aue Maria ad honorem Dei,

**E** sanctæ trinitatis, & sancti Iob.

Item scribe super ungula pollicis pedis dextri † Iob in  
uentre † uermes † in fronte † habuit † In nomine patris, et  
filii: omnia ut supra.

Aliud commune, & principale. Accipe unum bacile, aut  
catinum plenum aqua, & unam cazolam ferream, in qua po-  
nantur carbones igniti. deinde, proiice in dicta cazola quan-  
tatem, quam uolueris plumbi: & fac continuè sufflare, ne  
carbones extinguantur, & tam diu quod plumbum lique-  
fiat: deinde pone bacile, aut catinum supra caput pueri, &  
cazolam super bacile, aut catinum: postea dicas, & dicere  
facias omnibus, qui ibi sunt ter Pater noster, & ter Aue Ma-  
ria ad honorem sanctæ trinitatis, & sancti Iob. postea dicas  
ter infra scripta uerba signando semper dictas res cum cruce  
† In creatus pater † In creatus filius † In creatus spiritus  
sanctus † Aeternus pater † Aeternus filius † Aeternus spi-  
ritus sanctus † postea cum cazola fac signum crucis super a-  
quam: & dicas ad honorem Dei, & totius curiæ coelestis,  
& beati Iob, & funde plumbum in aqua faciendo crucem  
in aqua cum dicto plumbo: & hoc facias de mane, cum sis  
ieiunus, & signa puerum tribus uicibus, & liberabitur si  
Deus uoluerit. & hæc de incantationibus, & breuibus suffi-  
ciant, quorum uerba uenerari debemus, & si naturalibus nō  
consonent &c. nota tamen, q̄ in his incantationibus nō pa-  
rum latet periculum animæ. & ideo ea relinque, & eos de-  
lude, qui ea sequuntur, & tanquam sortilegijs habeas, quos  
multum despicio.

**D E M E D I C I N I S** solutione uermes educentibus.

Tertia res completur medicinis uentrem soluentibus, ip-  
sosque educentibus ad extra, quarum quædam simplices,  
quædam compositæ.

Maximè simplices uermes educentes sunt absinthium, pi-  
lula ex eo facta, aloes in omnem modum administrationis,  
allium ut supra, attriplex, semen eius bibitum, agaricum bi-  
bitum, centaurea, ut supra, colocynthis, carthamus, epithi-  
mum, ut supra, enula, succus eius ut supra mirabilis, fel tau-  
ri, grana nil, ut supra, nasturtium, nigella, ut supra, oleum in  
quâtitate bibitum interficit, & educit eos, oleum omphaci-  
num educit cucurbitinos, polypodium, sementina, siue san-  
tolina ut supra administrata, & breuiter omnes medicinae  
laboriosæ educentes à Mesue in suo de consolatione scri-  
ptæ. inter quas Auicem. autoritate antiquorum de ireos  
mentionem facit. sed omnibus melior est aloes: quoniam  
mortificando, & sine nocumento educit eos. & de his labo-  
riosè soluentibus non cures; cum de benedictis ad tui pro-  
positum habere poteris. notandum, quod, licet iac, & huius  
modi dulcia, & unctiosa non educant uermes; sunt tamen  
causa dispositiua, ut educantur. quare eorum immisio per  
clystere, aut inunctio ficteris, aut partium eius est, causa de-  
scensus eorum ad locum expulsionis. consimiliter dicen-  
dum de aliis amaris non educentibus super stomachum,  
aut uentrem positis; quia sui amaritudine fugant uermes,  
ad expulsionis loca. Lac, & aliud dulce in magna quantita-  
te sumptum est causa mortis eorum, & remissionis acciden-  
tium malorum.

Medicinae compositæ sunt hiera quælibet, & præcipuè  
Gale.

**H** Item. R. scehæ, absinthii ana ʒ. iiii. pulpæ colocynthidos  
ʒ. ii. salis indi, saui. i. sumatur cum aqua mellis ʒ. ʒ. uel cir-  
ca. & quamuis ista sint multum utilia: tamen, quia multum  
horrida sunt; non curabis de eis, cum alia habere poteris,  
quod, & de aliis supra positis huiusmodi intelligas, quæ ap-  
posui, ut uidear uigilasse, ut debui.

Item. R. cymini, nitri, foenugraci ana aur. ii. item nitri,  
piperis, cordumeni an. partes æquales. eius dosis sit à ʒ. ʒ. us-  
que ad ʒ. i. item cymini indi, mastichis, granorum lauri ana  
conficiantur cum melle, & sit dosis in mane cholear. ʒ. uel  
circa, & tantundem in sero, & quandoque additur enula-  
item pilulæ de absinthio, ut dictum est.

Item Recipe medullæ calsiæ fistulæ ʒ. ʒ. dissoluatur cum  
ʒ. iii. aquæ decoctionis turbith in adultis, & coletur, & de-  
tur ante diem. pueris uerò ʒ. ii. cum ʒ. ii. aquæ decoctionis,  
nucleorum, persicorum, uel amygdalarum amararum. item  
pilulæ de rhabbaro.

Item.

Item. Recipe turbith, lupini amari ana drach. iiii. siclae drach. i. salis nit. costi amari, calamenti, polii ana drach. v. fac puluerem. & pueris da cum hydromelle drach. 5. uel circa, & adultis plus hæc ad ascarides, & lumbricos sunt maximè conferentia: paruis uerò magis ænemata, & suppositoria.

Clystere cum aqua, & sale, aut cum aqua calida, & nitro: & clystere fortius ex centaurea, carthamo, hyssopo, pulpa colocynthidos, & baurach. & ex eis, quæ colligunt eos in ano, est caro pinguis solida, ut lardo ut supra. Rec. medullæ cassiæ si. 5. 5. dissoluatur cum. 3. iiii. decoctionis turbith addita drach. 5. aloes, & clysterizetur.

Item. Rec. hierapicæ drach. ii. pulpæ colocynthidos. drach. i. aquæ decoctionis absinthii. 3. iiii. olei. 5. i. salis parû & fiat ænema & hic de compositis.

Quartam, & ultimam rem complent diuersæ medicinz secundum diuersitatem accidentium concomitantium, ex quibus est febris. quare oportet tunc, ut administres frigida, ut semen portulacæ, granata, & cætera ad intra. ad extra uerò ut uermicularis: intus, & extrâ, ut acetum. similiter coriandrum præparatum, attriplex, & similia.

Item continuè inungantur ex oleo uiolaceo dorsa eorum, & non præmittatur. & non administres calida, uel frigida nisi moderatè: & hoc in cibis, & potibus: ut exigit dispositio. & cum ex fluxu uentris debilitantur; necesse est uti his, quæ uelociter nutriunt cum fortitudine, ut aqua carnis, & alia, quæ sunt boni chymi: & maximè in pueris. item cibentur ante motum uermium, ut inuenientes nutrimentum, non inferant nocumentum corpori. estque motus eorum plurimum sero, & mane. & ordinetur cibus eorum, ut sit paucus, & permixtus aliquibus interficientibus stypticis confortantibus, ex quibus propriè est sumach, mirtus, coriandrum, & similia: confortant enim stomachum, & excitant appetitum. & si timetur, qd cadat; confortabis stomachum cum epithematibus, & emplastris, in quibus est stypticitas, & interfectio, & eductio suauis, non deiciens uirtutem: & propriè sunt aloes, absinthium, & pilulæ factæ ex eis cum succo cytoniorum, uel menthæ &c.

### De prognosticis à uermibus sumptis.

Cap.

**S**EMPER malum signum est, quando uermes in febribus apparent; quia significant læsionem partis, & corruptionem materiæ peccantis: item quia sunt ex toto genere præter naturam: uermes tamen in febribus tripliciter apparere possunt: in principio. s. medio, aut fine.

Vermes in principio apparentes; si uiui sunt; sunt malum signum: significant enim materiam febris pestiferam, & uenenosam, à qua fugiunt. si mortui; bonum: quia significant,

quod sint ex mundificatione.

Vermes in medio apparentes semper sunt malum signum, siue uiui, siue mortui: febris enim concomitans uermes, semper malum; quia consumit nutrimentum uermibus. unde mouentur ad quærendum ipsum, & figuntur in intestinis, & affligunt habentes eos ualde. & iam retulit mihi quidam se uidisse eos perforasse uentrem ut supra. secundo, quia augmentant putredinem, ex qua generantur. tertio, quia inflammantur uermes, & calefiunt, & angustiantur, & ita magis mouentur. unde patiens magis molestatur.

Vermes in fine apparentes si uiui sunt; bonum signum; quia significant corporis mundificationem, & fortitudinè uirtutis ad eam, si mortui; malum: quoniam ex malitia uidentur esse materiæ. similiter eorum exitus cum egestione, si uiui sunt, bonum.

Et parui quidem sunt minus nociui: quoniam sunt à principiis elongati, & quoniam apti sunt, ut cum fœce expellantur: sed si magni fiant; sunt omnibus deteriores: quoniam ex deteriori materia existunt. ideo in eorum expulsionem est festinandum. longi sunt post ipsos minus nociui: quia non sunt ex materia ita putrida, sicut cucurbitini. cucurbitini igitur aliis sunt deteriores. si quis uellet; posset probabiliter defendere longos cucurbitinis deteriores fore, ut comparatione facta inter nocumentum, quod sequitur ex malitia putredinis cucurbitinorum, & quod sequitur ex propinquitate longorum ad principalia, ut qd plurimum noceant sua propinquitate, quàm ascarides sua malitia materiæ. sicque suo modo de his, qui in stomacho concreantur. sed signa horum supposita consideres.

Exitus uermium cum sanguine per secessum malum: indicant enim nocumentum magnum in corpore, & in intestinis.

Exitus uermium cum uomitu signum malum: significant enim stomachum malis humoribus grauari.

Cum uideris puerum anhelare frequenter, eiusque anhelum frigidum senseris, & corpus eius tumefieri; sequenti die morietur.

Si approximaueris digitum oculo eius, & oculum palpitando non claudat; est signum mortis proximæ. & hæc pauca de prognosticis tibi sufficiant: nam signa prognostica, quæ mortem ex uermibus consequuntur, mortem, & aliam, quæ ex aliis causis fit, ostendunt. ideoque, si ad plenum te informare uellem; nimia prolixitate, alienaq; nostro proposito immiscuisse increparer. qua de re te obsecro his paucis contentus sis.

Et sic feliciter tractatus de Vermibus  
explicit. Deo gratias.



DE BALNEIS ET THERMIS NATURALIBVS  
 OMNIBVS ITALIAE, SICQVE TOTIVS ORBIS  
 PROPRIETATIBVSQVE EARVM

Ad Illustrem Dominum Borsium Estensem Castrinoui  
 Tortonenfis Dominum

Michaelis Sauonarolæ Illustris Principis Domini Leonelli  
 Marchionis Estensis Physici Libellus.

P R O O E M I V M.



**V**M generosum animum tuū, quæ maximè delectarent, mi Illustrissime domine, mecum animo sæpe cogitarem, uerba quæ ardenti animo repeterē, quæ grauitèr nō raro te dixisse meminī, inter res principū gloriosas corporis sanitatem locum obtinere non mediocrem; id mihi in mentem uenit: ut quædam ad te conscriberem, quæ ad tuæ exoptatæ sanitatis robur maximum accedere sentires: ut uitæ tuæ prolongatio, quàm mihi cara existat, sic facillè intelligeres: nam in longæuum à Deo optimo duci sic mortales omnes cupere, affectareque deberent; cū excolendisimæ uirtutis, ac uirtuosorum hominum non mediocris zelator habearis. tua equidem sententia apud omnes principes extollenda nimis, & grauisissima semper esse deberet: tum quia nullus fortunæ successus: tum omnium sensum dulcis, ac nimis blanda dilectio, ita sanitate uacante, quàm grati esse possunt. nec enim humanorum omnium actuum stabilis, ac gloriosa sedes est, quam colere, strictèq; amplexari, firmiter tenere principes maximè omni cum studio, cura, diligentiaq; deberent: nam tanta fuit apud ueteres philosophos dignitas eius, & excellētia, ut nonnulli ueram hominis felicitatem esse prædicarint. qua ex re dignos medicos principes extollere, cæterisq; præferre deberent: & ita muneribus eos obligare, ut in eorum sanitatē omnē suā curam, omnēq; suum studium alia omnia postergando, conuerterent. neque hoc in loco præteribo, quod memoria dignum facio à magnifico Pandulfo Malatesta actum, qui cum plurimum ciuitatum Brixia, Pergami, atque Fani dominus esset; Magnificos dominos hos ad commensandum accersit: Illustrem uidelicet Nicolaum Marchionem Estensem, Ioannem Franciscum Mantuæ primum Marchionem, Carolum Ariminensem de Malatestis, Malatestam de Pisaurio, Malatestam de Cesenis, quos in mensa, suo certo cū ordine collocauit. stabat enim extra digniori in loco honorata sedes, quam cæteri eum occupare debere putabant, & admirantibus his, quos sanitatis dignitas latet Iacobū Reginum à uariis nominatum famosum physicum suum manus traxit; & illum ea in sede magnificè locans inquit. Sede hic nostræ sanitatis gloriosè pater, quem magnificare, extollereq; principes omnes sic deberent. quod enim nobis regnum est sanitate uacante? cumq; cerebrum, stomachusq; tuus non mediocri humiditate abundet, & totius habitudo humida sit, ac parumper carnosa: quorum dispositiōibus sic lapsis balneum quàm plurimum salutis afferre iudico: cum & ratio, & experimentum ad sic iudicandum mihi facillè suadeant; arbitratus sum sic de ipso, annexisque suis ad te scribere, ut facillè tua illustris dominatio sententiā meam hanc commendare, extollereque ualeat: nam res hæc ita tibi spero plana fiat, ut prope alterius iudicio non egeas. uerum cōsiliū Medicorum tuorum non spernas, quos dispositionū corporis, temporum, locorumq; uarietates non latent, quæ ad diuersa prosequi Medicos sæpe compellunt. eritq; libel-

Iacobus  
 Reginus

**F**lus hic tibi, ut spero, gratisimus; cum in dies, & horas sic legēdo doctior euades. & in his præcipuè, quæ te maximè delectabūt. & plurima laude, ac memoria digna, magnaq; sub paruo titulo inuenies. communitatiq; hominum fructuosissimus, quem & literis latinis, & uulgari sermone cōscribā, ut etiam apud quos literarum cognitio latet, gloriosum nomen tuum effundat, apud quos & libellus maiorē sibi uēdicabit autoritatē; cū erit tuo noīe sic insignitus. &, ut tibi magis complaceam, quod summè cupio; quædam de balneo aquæ simplicis calido, & frigido, uinoso, oleagineo, lacteo, sicco, aereo, & igneo in hoc nostro codice congregabo: ut præsentibus, & posteris opus hoc fructū non mediocre sit allaturum, quod in duos diuidam libros. De balneo nanq; de quo actum est, & eius annexis, primus erit: de naturali autem, & artificiali secundo dicetur loco. & antequā ad instituta prosequar; dominationē tuam obsecro: ut æquo aīo patiat: si quandoq; ad quædam medicinalia digressionem fecero: nam, cū ea fructuosissima, ac tibi periucunda futura sperem; et te non mediocriter delectabunt, auidioriq; aīo libellus hic perlegendus sic exoptabitur. quo fiet, ut ad plures perueniat, apud quos & gloriosum nomē tuū sic prædicabitur, laudabiturq; nec parū benedicet, cū ad tā fructuosum opus congregadū causam dederis. & si plurima, ac multa uolumina scripserim, quæ apud doctissimos uiros laude digna fiunt, pro quibus Deo summo nostro semp gratias deo, quas saltem possum continuè agens: pro his tñ duobus operibus, quorum alterum illustrissimo Principi fratri tuo transmisi, quod physiognomiæ Speculū intitulauī: & hoc quoque tuo nomine insigniui, longè magis Iesu optimo me debere sentio; cum ante me neminem legerim, qui eas materias ita diuersas, eoq; modo, & ordine cōscripserit: & eo magis cū sapientibus græcis, quos latini literis usq; modo minime superare potuerunt, quibus non parū debemus hac in parte, qua ualui; sic etiam illis per me satisfactum esse intelligam: nam Theodorus græcus bonarum literarum doctor, & nostræ uniuersitatis gloriosus rector, duo opera hæc literis latinis in græcas transduxit, id opinatus etiam apud eos uolumina hæc non parum frugi, & accessuri sui honoris esse debere, cæterisque omnibus, à quibus doctrinam suscepimus: nam ex his, quæ plana de balneis totius italię copiosè, atq; perlucidè scribentur, cum his, quæ in ultimo capitulo libelli posita sunt, poterit quilibet ardens indagator naturas, proprietatesque cæterorum rectè scrutari: nam thermæ omnes his, aut consimilibus mineralium naturis participat de quibus diffusè, ac clarè actum est, quibus facillè intelligere debes, mi Illustris domine, quantum tuæ famæ, tuæque perpetuandæ uitæ libellus hic noster accedet, pro quo tibi cariorem me sic fieri facillè intelligo, & ad utrunq; sic enixus, ad conceptum opus prosequar, dicemus itaq; in primis quid balneum sit, quotue eius species, ex quibusque componitur, proprietates, iuuamenta, nocumenta non omittētes, horas, & modos, & tēpus ingressionis, & egressionis eius, quibusq; conuenit, quibusue disconuenit, regulas tenendī regiminis subiungentes, neq; interpositis dubiunculis hæc omnia uocabunt, quæ duobus libris explebuntur, & prosequentes enunciemus.

Author  
 hic copo-  
 suit librū  
 cui titulū  
 est physio-  
 gnomiæ  
 speculū.

Theodor.  
 Gaza li-  
 brū de bal-  
 neis & de  
 physio-  
 gnomia, i græ-  
 cum tra-  
 duxit.

De

De esse balnei, & de balneo aquæ frigida simplicis. Cap. I.



**P**VD VETERES medicos balneum, stupha, lauacrum, hos terminos reperi scito, & ceteris balneum constitui genus, quod Conciliator noster differentia. 128. sic describit. balneum corpus est subtile, uel liquidum corpori circumferentialiter occurrēs actualiter ipsius immutatum. quibus inducuntur flumina, in quibus homines se balneant, balneum sic dici posse, aeremq; in dorū sclauo ad illum se transferent; quæ equidem fatenda sunt uiri autoritate. at, quoniam quæ ad hominum communitatem scribuntur: si id fieri possibile est, & non nisi cum recta ratione scribere eniti summa quoq; diligētia debemus: ut sic cōtatis magis, atq; magis cōplaceamus. qua ex re subiungam descriptionem aliam, & non nisi cum ratione positam mentes uulgarium magis demulcentem. consueuerunt nanque & balneum pro loco nominare, quod uerius balneatorium dicitur: ideoq; ut & loci, & balnei materiam comprehendamus; uenia prius petita dicemus.

Bal. est locus constructus natura, uel arte factus, in quo est corpus subtile, uel liquidum corpori circumferentialiter occurrēs, uel occurrere aptum, ut sit ipsius secundum qualitates manifestas, uel occultas actualiter immutatum & dicitur ut Vgutio bal. à balinou græcè, quod est latinè interpretatum animi anxietatem tollens, ac mœrorem. neq; hoc interpretatum paruifacio, cum Diana, cæteræq; Deæ ac Nymphæ mentium suarum quàm magna oblectamenta, fontes, lauacraq; sic coluerint. isq; Patauorum mos fuit antiquus, quos balnei deriuatio hîc non latuit, tanta etenim fuit balneorum naturaliū Patauis oblectatio, ut ad eas dulcis transitus omnem suum mœrorem prorsus ex mentibus excuteret. qua ex re domos pulcherrimas, hortulos, & quæ menti amœnitati accedebāt, circa balustrium summa cum diligentia fabricabant, & mente angustiantes socios à mœrore suo, ut absoluerent, ad balnea conducebant, & usq; in præsentiarum apud Italicos id uulgatur, spatiatum ad balnea transeamus, & quoniam dominas sic ad publica loca duci inhonestum tatis esse uidebatur; in ciuitate plurimas cōstituerunt stuphas, quas nobiles, & matronæ, uirginēsq; et meo tempore singulis hebdomadis cateruatim sollicitabāt, quibus in locis gaudiosas cœnas celebrabant. hæc autē loca honestissimæ matronæ magna cum pudicitia obseruabant. uerū surrexerunt ex eis postea quædam de synagoga Semiramidis, quæ ea honestissima loca ad lenocinios actus luxurix perduxerunt: & sic pecudum lupus cultos factus est. uerū, si bal. quis ea, qua decet rationē contemplantur, non longinquum est, quin mentem, & eius corpus ab anxietate alleuiant, de quo post. & ad descriptionis partes rediens enuncio, qd id, quod de loco positum est, pro forma accipiat. cum uerò subtile, uel liquidum additur; pro materia teneat. quodq; additur corpori circumferentialiter & pro loco, & pro forma. quodq; corporis immutatum, pro efficiente, & sine. sicq; quatuor cum causis descriptio hæc compleatur est enim materiale attingens, subtile corpus, aut liquidum: subtile quidem quia aereum, quod ut idem proprius bal. dicitur; cum corpori sic circumferentialiter occurrat magis lauacro. liquidum uerò; quoniam aqueum, aut alio liquore cōfectum. additumq; est circumferentialiter occurrēs ad tollendam eorum diuersitatem, quæ aut intus assumuntur effectum balnei inducentium, aut extra applicatorum, sic corpori circumferentialiter non occurrentium, ut interius missa, ac clysteria, aut quæ in parte situantur extrinseca, ut calefacientia euaporatoria, & quæ his simulantur. diciturq; per qualitates manifestas, & ut dubio satisfaciam, in quo Neapolitani ciues usq; ad horam hæc medicos accusantes quàm plurimum uexantur. existimauerunt autem, ut cum suorū balneorum proprietates occultas inscriptæ literæ indicarent: quibus ex omni ægritudine languentes omnes curabatur; eas inuidia, & lucri causa medicos aboluisse, de quo post in secundo loco. estq; actualiter positum, ut quæ poten

**A**tia calida, aut frigida sunt, à balneo excludantur, quod actuale existit per se, ut calefaciens, aut & infrigidans, & huiusmodi. & si per accidens calidum quandoq; infrigidet, calorem resoluendo naturalem, aut poros aperiendo, quos aer frigidus subingreditur, aut dissoluendo choleram eam, quæ in motu ponēs ad intra corpus, faciatq; supra sensibilia mēbra discurrere. quare frigus accidet, & rigor in corpore, ut in putridis est uidere.

Thermæ autem, stupha, & lauacrū, ut species balnei sunt ut actum est. nam thermas appellamus balnea calida, ex terra nascentia à thermon græcè, latinè calor.

Thermæ.

Stupham autem nominamus locum undiq; uallatum, cuius aer, & parietes per medium calefiunt, siue id ab igne fieri contingat, siue ab aqua, aut simplici, aut minerali, aut composita.

Stupha.

**B** Quibus inducatur furnum stupham uerè nominari non debere, cum eius aer, aut parietes per ignem immediatè calefiant, & dicitur furnus a phos græcè, latinè ignis; unde furnus ignis urna, & quæ ab igne stupha calefit, sicca dicitur: quæ uerò ab aqua, humida, uel aerea nuncupatur. uerū, si furnum calidum, cuius ignis non extinctus fuerit, aliquis rectè contemplantur, in corpusq; humanum grandes eius effectus, ut calefacere, resoluerè, humiditates exiccare, ut in cura tympanitis est uidere, quæ balnei calidi operationes sunt principales, fortasse eum balneum siccum nominare non uerebitur, de quo post.

Furnus.

Lauacrum uerò ad balneum liquidum humidum magis propriè se extendit à lauo ueniens. uerū ut Princeps, à medico de nominibus non est disceptandum: ei enim rerū intentiones sufficiant. estq; secundo diuidendum: quoniam aliud simplex: ut aereum, aqueum, & huiusmodi: reliquum compositum, quod duplicis maneriei existit. quoniam aut naturale, ut sulfureum, piceum, & huiusmodi, aut artificiale, quod arte construitur, herbas, frondes calidas, aut frigidas in balneo decoquendo, aut in aere sternendo secundum ipsius utilitatem à medico intentam, de quo secundo agemus libro.

Lauacrū.

**C** Et tertiam subiungentes diuisionem, cum omne perfectum super tria ponatur, dicemus, qd aliud frigidum est, reliquum calidum, & ex aqua dulci utrunq; factum: nonnullum uinosum, & aliud oleagineum, & in primis de balneo aquæ frigida agemus: cum & prius natura sit de eo declarantes, quæ de unoquoq; balneo declarare promissa fuere. & ut quæ dicenda sunt; facilius memoriæ commendentur, cum ordo ad memoriam faciat; statui his ordinem suis cum areolis sic inscribere: ut prima uidelicet sit electio, de qua in fine capituli: secunda operationes: tertia membra capitis: quarta membra pectoris: quinta membra nutrimenti: sexta membra iuncturarum: septima uulnera, & ulcera: octaua febres, ex quibus iuuamenta, & nocumenta aperientur. nona hora ingressus, & egressus: decima quibus conuenit, & disconuenit: undecima regimen.

**E**t sic balneum aquæ frigida dulcis (quia de falso suo loco) amplexantes dicamus, qd est corpus liquidum, frigidū corpori circumferentialiter occurrēs, ipsiusq; actualiter immutatum. apud quæ uerba, & flumen balneum nominare possumus. pp quod hæsitabit, an tpe magni estus, & alio pueris, iuuenibus, senibusq; balneatio in flumine sic oibus ferè cōsuetæ ad corporis salubritatē accedat: cuius dissolutio ex octaua, & nona areola magna sui ex pte reseruat.

**O**perationes. Balneum aquæ dulcis actu frigidū, & simplex infrigidatum est per se, & humectatum, & oppilatum, & constipatum, & humorum cholericorum calidorum ingrossatum, coloris naturalis extinctum, abstersium sordiciei cutis, & aliorum membrorū mundificatiuū. positum estq; per se, ut noscamus per accidens aquam frigidā calorē ipsum uiuificare posse: ut in mēbris, & poris resolutionem inducere, humores et frigidos resoluerè. unde. 5. aphor. aphor. 2. 1. est autem, ubi in tetano, siue uulnere iuue ne benè carnosæ ætate media frigida aquæ multa infusio caloris reuocationem facit. calor uerò hic liberat. eodēque loco &c. in articulis dolores, & tumores sine uulnere podagram, & spasmos horum plurima aqua frigida multa infusa refrigerat, & attenuat, & dolorē soluit. an hoc loco

tacebo, quod etiam memoria satis dignum facio, quod neque ad laudem, neque ad gloriam scribo: sed ut sentias me tuis quandoque inuilem non fuisse: sed laude apud eos dignum, honore, ac non paruo precio: nam cum recolenda memoria Nicolaus Marchio genitor tuus gloriosus primum iuncturae manus dextrae podagra, ac spasmus non mediocriter uexaretur, ut accersito presbytero se in manibus domini committere staret; se pluribus horis languentem me ad curam uocauit: & cum plura medicamenta tentasset, quibus a dolore podagrico liberari consueuerat, neque ulla ex parte conferebant, ut spe omni sic prorsus destitutus foret, ait. ecce, mi pater, in manus tuas commendo corpus meum: sentio etenim sic me mori, & ne in longum sermo trahatur: respondi. si tua meis praecipis obtemperabit dominatio; ab hoc nefando dolore te illico liberabo. & ad uotum mihi subiiciente se, aqua frigida multa sic super iuncturam sparsa eum absolui, ut quasi statim dolor ad non quantum remitteretur, paululumque post somno quieuit, & expergefactus, doloris initium sentiens, uocitabat, ecce uenit inimicus: & iterum cum aqua frigida super iuncturam per Franciscum medicum sic effusa dolor tollebatur. deinde quietabatur somno, & apud excitationem iterum initium doloris sentiebat: & cum aqua iterum Franciscinus occurrebat, sicque somno, deinde cessabat: actumque est ita usque ad crepusculum, quo in tempore longis horis dormiuit, dolor in totum cessauit, a quo ex postea amplius molestatus non fuit. Balneum enim aquae frigidae, & si per accidens calorem uiuificat: quoniam per antiparistasmum non tamen id in omni operatur corpore: quoniam in debili extingueretur. quare consulo debiles calore, & gracilium membrorum a balneo aquae frigidae se abstinere, praecipue in eo moram contrahendo. quare studeant parentes, ne eorum puer tales ad flumina natando pergant: hos enim putridas febres, & chronicas, malasque aegritudines in cursuros sic facile intelligant. extinguitur enim calor sic, humores putrescunt ex oppilatione, qua humorum putridorum prohibetur transpiratio; membraque debilitantur principalia: & sic in causis malis fit additio malarum aegritudinum productiuus. frigidum autem compositum ex componentibus uarias fortitur actiones, ac proprietates, quas enumerare difficile foret.

**Membra capitis.** Laedit hos, quibus cerebrum debile est: quibus uero cerebrum calidum, & forte si humidum fuerit; balneatio leuis, & moderata aquae frigidae post lotionem cum lixiuio calido facta conferre uidetur, & in assuetis praecipue, ut mos ultramontanorum est: nam sic cutim inspissat, calorem reuocat, ac fortificat, humiditates, ac uapores sic resoluit superfluos. quare etiam a rheumatismo iuuantur. & magistri aetuariorum postquam calefacti homines stupida egredi querunt; antea super ipsos aquam frigidam effundunt, ex pericia docti, non ratione. uerum inter uirtutes hominum, & eorum figuram, siue habitudinem non discernentes sic saepe errorem committunt. quare in debilibus, & membrorum gracilibus aquam non super eos; sed circa eos effundere salubrius est: tum itaque, mi domine, medicos tuos hoc loco diligenter consulas: nam, cum operatio haec apud Italos praecipueque capitis, insueta sit; apud nonnullos fortassis denigrabitur, qui & si rationibus cedent; in alienam forte uertentur sententiam, qua ex re colendus est eis nostrarum matronarum usus, quod post capitis infantium lotionem aqua frigida frontem, & faciem, & partes colli sic irrorant etiam, lixiuio acuitatem extinguere intendentes. & oculorum in aqua frigida submersio oculos roborat spiritus confortando uisuos, & ad resolutionem uaporum iuuando.

**Membra pectoris.** Nocet pectus habentibus debile, & in eis uocis raucedinem inducit, & tussim. cor eorum laedit, & illos ad uarias aegritudines disponit.

**Membra nutrimenti.** Stomachum uehementer laedit, praecipue frigidum, & debilem. fortem uero, & bene uallatum confortat, digestionem fortificat, appetitum excitat ad cibum, & choleram exacuendo, uentrem lubricat, dolorem excitat intestinorum, tenasmonem inducens; renes offendit debiles, & frigidos, & in coitu debilitatem praestat, & matricem laedit. uerum in fluxu menstruorum rubeorum cholericorum balneum aquae frigidae in eorum retentione mirabiliter operatur, ut nonnulli experti praecipiant mulieres sic in eo sedere.

**E** Membra iuncturarum. Neros, & iuncturas ex se laedit, & praecipue debiles: & si quandoque eo per accidens, ut actum, iuuentur.

Vulnera, & ulcera. Nocet uulneribus, & uulneribus sua cum frigiditate. unde, 2. 2. quintae. ulceribus quidem frigidum mordax cutim indurat, dolore sine sanie facit, rigores, spasmos, foetores, & tetanos.

**Febres.** In fortibus robustis febres excitat ephemeris: in debilibus, & gracilibus, ut actum, putridam.

**E T, Q V O N I A M** breuiloquus esse intendo, & ad ea, quae magis frugi sunt, accedere: ut tibi; magis complacere, hic mouebitur dubium, an uidelicet balneum aquae frigidae in regimine sanitatis conueniat, cuius dissolutione magna sui ex parte caetera aperientur areolae: nam, cum ex balneo aquae frigidae plurima membris nostri corporis nocumenta accedant, ut ex areolis apparuit; in conseruatione sanitatis sic accedere minime uidetur, estque febris prouocatiuum. dux medicorum de ingenio septimo. uirtutesque omnes laedit, calorem extinguit naturalem: cum sit in ultimo frigida, & ut philosophi aiunt, frigidorum primum. frigiditas amplius in opus naturae ingredi non uidetur, ut Princeps, & Hipp. In aqua nullum bonum inueni, praeterquam in acutis datur morbis. estque ut medicina, cum corpori applicat, ut post. quod autem sic medicinale est, in regimine sanitatis numerari recta cum ratione non uidetur. sensere autem contrarium omnes medicinae auctores. ob quod & dissolutio non absque graui difficultate aperienda erit. & ut lymphidius dicenda capiantur; suo cum ordine paucis conclusionibus perstringam, qua de re dicenda erunt.

**Prima igitur sit conclusio.** Balneum aquae frigidae moderate sumptum in regimine sanitatis accedit, quae ex iuuamentis balnei stabilitur. estque accipiendum antiquos non parum in balneo aquae dulcis studium apposuisse, de quo post. & si in balneo calido magis, frigidum tamen non neglexerunt. in regimine autem sanitatis frigidum laudarunt balneum, etatem, uirtute, figuram, ac tempus praesens considerantes: accidentiaque corporis; ut uomitum, uentris fluxum, uigilias, dolorem intestinorum, stomachi debilitatem, rheumatismos, & hmoi, in debilitatem corporis uenientia non postponentes, id uolentes prius, ut ex parte aetatis pueri, ac senes ab usu balnei aquae frigidae se abstineant. quae nostra est sententia.

**Secunda conclusio erit.** Pueros. n. sic ab augmento prohibet: quoniam aqua frigida inspissat, & membra indurat, quae eo pro tempore extensione indiget, & mollificatione. senibus uero nocet: quoniam calor in eis quantitate, ac qualitate diminutus frigiditati aquae resistere non potest. sed fortassis interrogabitur, ut quid apud homines ita uetusta balneandi consuetudo, ut tempore aetatis pueri magis iuuenibus, ac senibus in aquis continuis diebus natent: id enim dicendum esse arbitror balneationem in aquis currentibus non sanitatis gratia: sed delectationis magis, ac ut natationis artem adipiscatur, ab hominibus quaesitam, ac continuata esse. nam, cum submersione in aquis nimium timuerint, in quibus non raro diuersis ex causis uersari habent, etiam in fugiendam mortem natationis artem coluerunt. qua quidem in balneatione etiam non parum recipiunt oblectamenti. sicque magis delectationis gratia, ac mentis solatii natant.

**Tertia conclusio.** Pueris robustis balneationem interpolata suis cum conditionibus conferre dicemus: nam per balneum ipsum eorum calor sic ad interiora propulsus fortificatur. quare super humidum fortior factus ipsum melius extendere poterit & membra in longum producere, & superfluos humores sic facilius resoluet. quod si dicatur, Princeps pueros sic balneari prohibet. id intellige continuato usu. propter quod interpolata dicebatur. etiam pueros intellige; quia iam decimum pertraserunt annum: conditiones. n. haec sunt, moderatio ex parte aeris, ut ibi uentus non sit, sed radii solares. sitque aetas, & hora feruoris. aetas: quia circa meridiem. sitque uenter uacuus. ob quam rem ea in die balneandus in prandio parum comedat, & solito tepestiuius. & ante aquae ingressione totum corpus fricet, ut sic tractus calor ad exteriora membra ipsa a frigiditate aquae melius tueatur. sitque in aqua moderata, a complexionem, compositionem, habitudinem, ac uirtute indicatione sumpta, in qua subsistere in pueris ipsis melius facio. cum aquam exierit iterum exiccando fricetur, induaturque &c. deinde cibetur

cibetur satis copiosè, & minus bibat: quoniam pro tunc appetitus ad cibum maior factus est, quam ad potum: & digestiua facta est fortior, & minus humectatione indiget. & attendenda sunt accidentia dicta, ne ex his, aut eorum aliquo uexetur ipsum ingredi prohibente. tu itaq; cōsidera. debet autem ilico secundum se totum ingredi, & non paulatim, ut ipsius membra omnia subito dura fiant: nam, si primò secundum unam tantum ingrederetur partem; tunc natura illi intenta alias desereret: ut ad omnes simul occurrat. subito itaque in aqua se proiciat. natura autem illam subitam, ac repentinam sustinebit mutationem, si corpus robustum fuerit, non infirmum, neque debile. uerum in hoc antiquorum morem commendo magis, qui balnea aquæ dulcis frigida sibi particularia præparabant illam in frigiditate moderantes. quòd si in regimine sanitatis principes, & nobiles eo uti desiderant; laudo magis, quòd particulare est, cuius moderatio nostra consistit in potestate. laudatur aut magis flumen, dum quæritur delectatio.

De senibus autem id puto dicendum esse. senibus primis habitudine carnosus robustis suis conditionibus natatione moderatè factam nō nocere. quòd si Principis uerba in contrariam uerti sententiam uideantur; ea de debilibus, ac fecundis interpretanda sunt. & post de pueris conditiones scriptas attendant, ne ante balnei, uel aquæ ingressum coierint, fuerintq; multo exercitio usi.

Iuuenes uerò ex balneatione, aut natatione singulo die facta. quibus conditiones insunt, de quibus actum; ut ætas, & huiusmodi; quique ab accidentibus absoluti sunt, salubritatem fortiatur: cum id egerint non præcedente uomitu, neque grandi euacuatione, & huiusmodi: calor. n. sic in eis ad intra propellitur, uigoraturq; ut inde fortior sit in digestionem, in exitu ad exteriora, ad quæ superflua sunt ad extra propellendo, resoluendo, & huiusmodi. unde Dux medicorum. 11. therap. Si quis fuerit iuuenis, fortis, bene carnosus, constitutio calida, & sicca, si in piscinam natatorium immiseris frigidam; non nocebitur secundum tale tempus. frigidum quoque in hoc schemate membra non percutit, neq; mortificat: imo fortius ipsa congregat, & confortat, & iuxta hoc notent hi, quibus balneatio nimium grata est, ut aqua nō sit radiis solaribus calefacta, aut tepida: quoniam ut. 24. problematum. 14. aqua sic calida morbosa est uirtutem debilitans digestiuam. tepida autem mollificat uirtutem exoluens: ut Dux septimo de ingenio. quibus inducatur balneationem in aquis stannorum tempore æstus periculo non uacare: mora autem eius in aqua moderatur ad lenitatem, & ad corporis tolerantiam. his itaque omnibus inducitur, sic areolis postremis satisfactum esse, oppositionibusque in contrarium quæstionis adductis: nam moderatè applicatum confert, & naturam, & calorem adiuuat ut actum est.

Cumque id concessum sit aquæ frigida balneum in regimine sanitatis accedere, sitque semper generosus animus tuus noua, & insueta audis intelligere fortassis scire cupies, si balneum aquæ pluuiialis, aquæ fontis, uel fluminis salubrius accedat: nam, cum aqua pluuialis subtilior uideatur, minusque frigida sit ad lædendum: primò cum rarior sit; eligibilior erit, etiã sic sua remissiori frigiditate minus lædet. eoq; magis cum caliditate Solis, & astrorum participare uideatur. generatur autem ex eleuatione uaporum, siue exhalationum humidarum, qui à caliditate Solis, & astrorum non absoluuntur, ut magno placuit philosopho in Meteor. hæc autem aquæ subtiliores sunt. unde primi secunda. & ex aquis quoq; laudabilibus sunt aquæ pluuiæ, & præcipue quæ in æstate ueniunt, & ex nubibus, cum quibus tonitrua adsunt. quare æstiuæ conuenientior cum caliditate maiori, ac subtilitate participare uideatur hyemali. induciturq; quòd est salubrior, quæ cum tonitruo uenit: cum cæteris pluuiialibus subtilior sit.

Et hoc in loco parumper digrediar, cum tibi sic me placere sentiam: omnes namq; tonitruum admirantes causam scire cupiunt, cum natura scire unusquisq; desideret. re autem hæc breuioribus quoad potero, absoluere curabo. scribitur. tonitruum extinctio est ignis in nubem à tono dictum; quia fit sonus terrenus, & simile iudices, ut cum ignitum fer-

rum in aquam frigidam extinguitur, sonum causat, quam rem declarare, ut plana tibi fiat, philosophum in Meteor. sequens enitar. duæ sunt exhalationes uirtute Solis, & stellarum ab his inferioribus ad superiora eleuata. altera quarum est sicca à terra eleuata, ac solis, & stellarum uirtute calefacta, leuificata, & sursum ad aeris regionem mediam tracta: & infra quæ non raro sic ignitur, ut uelut ignis in aere non raro iudicetur. & hæc est, quæ comam stellis facere uideatur, & quæ in æstate cadere, & descendere in aere conspicitur: ut persæpe uulgares hanc uelut stellam cadentem iudicent. reliqua humida est ab aqua, & rebus humidis eleuata, leuificata uigore solis sursum ut altera tracta, ex qua nubes in aere fiunt. hæc autem minus calida est, & magis grossa. accidit autem has simul in aere sic se inuenire, ut sicca cum humida coniungatur: sed humida à frigiditate regionis mediæ aeris ingrossatur, & unitur. sicca autem contrarium faciens unitur, & fortificatur, & acceditur magis; quoniam contrarium suo contrario fortificatur, ut in cauernis, & puteis tempore hyemali comprehendimus. fortificata autem sic exitum petit, ut à contrario fugiat. quare forti motu mota, & sic ignita nubi factæ frigida, & humidæ occurrens extinguitur. cuius extinctione sonus, ac tonitruum dictum causatur ut in extinctione igniti ferri in aqua frigida, ut actum. fit autem sic primò tonitruum ad intra nubem: deinde fulgur sic exiens nubem ad nos primò uenit: quoniam obiectum uisus nobis prius præsentatur, quam auditus: quoniam species soni motu medio indigent: non autem quæ coloris, sed subito diffunditur, ut in sono causato à lotricibus pannorum est uidere. existimo itaque dicendum, quòd salubrius foret ex aqua pluuiali balneum, quam ex fonte, uel flumine factum. quibus satisfactum esse puto areolæ, quæ est electio. pace tua itaque uolo hæc pauca de balneo frigido nobis sufficere: nam spero ad meliora prosequi quæ dominationem tuam magis delectabunt. neque arbitretur hæc iucunda superuacua dicta fuisse: uerum ut intelligatur enthymema hoc non ualere. aqua balnei odore sulfuris habet: ergo sulfurea: cum fulgur post percussione in loco percussione odorem sulfuris excessiuum derelinquat. quòd tamen sulfure non participat: sed id euenit participatione spirituum subtilium igneorum naturam sulfuris sapientium, de quo infra penultimo capitulo secundi.

#### De balneo calido simplicis aquæ. Cap. 2.

**D**E BALNEO itaque frigido sic expediti, quòd ex aqua calida sit aggrediamur dicentes primò, quòd tale duplici reperitur differentia: aliud quidem humidum aqueum, ut in quo infantes balneantur, de quo in præsentiarum: aliud uerò humidum aereum, quod & nostri stapham humidam uocauerunt, de quo post. magna quidem apud antiquos nostros de his balneis obseruantia fuit ut persæpe, uelut adhuc est ultramontanorum mos. ad ea et sanitatis gratia se conferunt, ut nonnulli se ex eis pingue fieri, ceteri macrescere se putarint, de quo post. & postponentes, quid tale sit, cum per se manifestum declaratione non egeat: ad præmissas areolas me conuertam, ex quibus aperte satis eius dignitates, & nocumenta apparebunt, si prius dixerò ex parte suæ intensiōis, & remissionis ipsam uarietatem recipere, ut quòd aliud calidum nimis, quoniam aliud tepidum: reliquum mediocre, ex qua diuersos in corpus humanum effectus inducit. sit itaq; prima areola.

Electio. Eligatur autem, cuius fabrica est antiqua: quoniam in noua fit cimenti in aqua balnei damnosa impressio. sit itaque mensuratum, ut ingredienti proportionatum inueniatur magis calidum, minusque ut corporis dispositio expostulat. uerum apud nonnullos in tina lignea sit, & in domibus communiter, cuius fabrica sit picea, uel lancea longa, ac lata ad corporis commoditatem: profunda uerò, ut usque ad mentum stare possit submersus homo. quare tertio regiminis acutorum, necesse est. huic officio locus cooperatus, & à fumo tutus, maxima aquæ plenitudo.

Operationes. Est lauatiuum, mundificatiuum frigido magis: ex aqua pluuiali si haberi potest, de qua supra. sorditici cutis, pulueris, & sudoris: quoniam ad interiora magis penetra-

Cano. Sauo. V 4 netra

Electio.

Operatio nes.

Tonitruum causa.

netrat. absterfiumq; ; quoniam sua caliditate humiditates uifcosas, & congelatas in orificiis pororum ad superficiem mouet, & lauando sic melius corpus mundificat. huius autē operatio mulieres pannos lauantes non latuit, quæ experientia, & non ratione aquam calidam magis mundificare comprehendunt. uerum balneum hoc & si per caliditatem accidentalem calefaciat; per essentiam uerò infrigidat, & membra mollificat: præcipuè cum nimis fuerit usus eius, ut in manibus barbitonorum, quibus facies hominum abluunt, manifestè comprehendimus. unde Princeps tertia primi. quidam ornate loquentes aqua natura in ultima eius frigiditate existit: licet calore accidentali calefiat, qui non permanet: sed tollitur, & remanet operatio naturalis. propter quod illud, quod ex ea penetrauit in corpus, est infrigidatio, & etiam quia aqua siue calida, siue frigida est humida. idè, cum multum humectauerint; calorem constringit innatum propter sui multam humiditatem, & extinguit ipsum, & infrigidabit: & per maximè cum longa fuerit in eo mora ex qua ut ipsum sic infrigidare per accidens accidit calorem resoluendo naturalem. estq; impinguatuum cum moderatum fuerit; nutrimentum ad membra trahens, & membrorum mollificatuum, ad eorumq; extensionem iuuas: caloris naturalis cum tale fuerit, confortatuum. quibus inducitur, nouiter natis balneum notabiliter conferre: sic moderatum, si cætera non contradixerint. nam, cum mundificatione egeant; cum in loco immundo steterint; eo mundantur. cumq; sit temperatum, quia proportionatum; calorem confortat naturalem, ad membra sua caliditate sic nutrimentum trahens, ea ingrossans, & impinguans; cum quo membra sic robustiora redduntur. quibus error apparet earum mulierum, quæ nouiter natos à balneatione abstinere una, uel duabus balneationibus contentæ. Principem audiant de regimine infantium: ipse præterea in æstate aqua suauis æquali balneandus erit: hyeme uerò aqua, quæ ad caliditatem trahat non pungentem. & plerumq; quidem est conueniens, ut ipse bis in die lauetur, aut ter, & ordinatè ad id, quod magis sit tepidum, mutetur, si tempus fuerit æstiuum: in hyeme uerò non sit frigidior aqua, quæ in caliditate temperata existit. ipse quoque non lauetur, nisi usquequo corpus eius calefiat, & rubere incipiat, postea extrahatur. hoc autem loco aquam commendauit non uinum, in quo quidam curiosi se plura nouisse ostèdentes balneum uini magis cõmendant: sed locus est speculationis. inducatur autem ex his & proiectos sic pingue fieri posse, quam declarationem ad finem capituli in dubiis referuare decreuit. quo in loco & ipsum macrificere posse ostendetur, & plurima in eo mora resolutionem spirituũ, syncopim inducit, corpus laxat, & superfluitates ad membra, in quibus est debilitas, leuiter descendere facit & breuiter tale calorem resouit naturalem. sed quid dicemus de his, qui in balneis naturalibus à crepusculo usq; ad noctem absque læsione morantur: huius dissolutio ad secundum librum referuatur. quo in loco aperietur, si ab hominibus in aqua dulci calida fieri possit: cum scriptum sit syncopim inducere.

**Membra capitis.** Somnum facit humectando, & humidos uapores ad caput mouendo; replentur sic uix transitus spirituũ ad membra, item quia laxatur uirtus, ex eoque quietem quærit, catarrhos maturat, non conueniunt in principio: sed post, considera. & balneatio capitis cum ea rheumatismos sistit, ut nonnulli dixerunt. unde Princeps de medicandis infantibus. Et est, cum eis accidit tussis, & rheumatismus: & in his quidem iam præceperunt quidam, ut multa aqua calida super caput ipsius proiciatur, oculos relaxando debilitat, eosq; possibiles ab extrinsecis occurrentibus reddit, & cum ea faciei lotio in die semel facta; sicq; continuata cutim crispat, & indurat, quæ si frequentata esset, ut barbitonores aiunt, mollis redderetur.

**Membra pectoris.** Superflue calidum, & in eo longa mora cor debilitat, syncopim inducit, ut actum.

**Membra nutrimenti.** Appetitum deiicit, nauseam commouet, & quietos humores mouet, eos ad putrefactionem præparat, eosq; ad receptacula membrorum debiliũ descendere facit: & sic in eis apostemata occulta inducit, & in superficie, & in iuncturis dolorem. propter quod Prin-

**E** ceptus. tertii de præseruatione à podagra. Et minor etiam in balneationibus suis: quoniam ipsæ liquefaciunt humores, & faciunt eos currere ad iuncturas.

**Membra iuncturarum.** Iuncturas laxat, & debilitat, & præcipuè usus eius, quæ ex re abstineant, qui laterum, & debiliũ sunt iuncturarum, ne sic podagram incurrant. uerum à Rainaldo uiro quippe diuino in regimine sanitatis. lotio columnarum pedum ad uisus conseruationem, auditus, & memoriæ frequentata laudatur cum aqua moderatæ caliditatis facta sero ante lecti introitum die, quæ. s. non cœnatur. uerba uerò tanti uiri sane intelligenda sunt, si cætera cõsentiant, in quibus disputatio habenda est, ut actum. diuertuntur autem sic à capite uapores, & humores. quare membra illa puriora redduntur.

**Vulnera, & ulcera.** Ulceribus, & uulneribus, & apostematibus nocet. Princeps. Et custodire se debet à balneo, qui solutionem habet, & apostemata. & causa iam dicta est: quoniam humores dissoluit, & eos in motu ponit, quia ad membra sic debilitata fluunt.

**F** Febres. An in febribus conueniat, dicitur in dubio. Hore ingressus, & egressus, & moræ. de his in canonibus statim.

**Quibus cõuenit.** Consueuerunt dubitare, an corpori cõueniat temperato temperatè recto: nam, cum balneum intuentum sit ad corporis mundiciem, lotionem faciendam, ad superfluitates resoluendas, & expellendas, quas expellere intendimus, quia uiscera quandoque mollificare, & stercora, ad retinendas quas retinere intendimus, & sudorem prouocando: quoniam sic stypticatur uenter ad corporis fatigati refectionem, & ad eiusmodi, quæ temperato corpori non sunt necessaria: uidetur sic ei non competere, quoniam & hæc omnia suo exercitio, & temperato regimine perficiuntur. & per id, quod dictum est de temperato corpore dubitari poterit de eo, quod cum bonæ sit complexionis, ac cõpositionis, ac recti regiminis: si in regimine sanitatis balneo indiget. dicamus itaque cum Principe. huic autem homini, in cuius regimine noster consistit sermo, balneatio resolutionem faciens nõ est necessaria; quoniam corpus ipsum est mundum. secundo quod ei balneatio non disconuenit, ut à sordicie sudoris, ac pulueris corpus mundetur, quæ secundo homini inenitabiliter quasi occurrunt. sanguineo uerò sic magis necessarium est; cum multum sudet, & sudore foetido oleat. nam Princeps. Eorum sudor odoris est hircini. balneum autem eis directus competere uidetur, qui ob exercitii dimissionem, aut ob multam refectionem multas multiplicat superfluitates, quæ in cutaneis regionibus aggregantur: aut quoniam plurimo sudore sudent, quæ ex re & si corpus robustum fuerit, rectiq; regiminis: ut si superfluitas non multiplicet, aut non sudet; à balneo uacare consulo. sed quis ille? addoque præterea, quod seni magis conuenit, quam iuueni. & hoc est, quod magnus Commentator dixit. Competit seni, non iuueni comparatione unius ad alium intelligens. senes autem ob uirtutis debilitatè plures multiplicat superfluitates, quas sic resoluere, aut à se expellere nequeunt, & multiplicatas nitrosas dulcedine aquæ cõtemperant. estq; balneum hoc temperatum non resoluens, temperato corpori ex causis dictis conferens, pueris ut actum: iuuenibus non ita debite rectis, ac senibus magis, quæ omnia sic moderanda sunt inspecta uirtute, figura, tempore. & tu considera.

**H** Regimen. Diuersificatur autem ex parte temporis, ex parte qualitatis eius, ex parte ingredientis, & quarto ex parte moræ. secundum quas diuersitates diuersos inducit effectus. ex parte quidem temporis: quoniam in æstate tempore fiat congruo in tempore parui æstus gratia exempli, in hora una ante tertias: tempore uerò hyemali per horam post eas, & ante cibi assumptionem hora una, & media. qualitas uerò ex postea attendatur, ut sit calidum magis, minusq; ut quæ quæritur utilitas, ex postulat. & quia in temperato solum quæritur lotio, uel mundificatio, temperatum sit, nõ resolutionem, aut sudoris prouocationem faciens. in quo uerò resolutio superfluitatum quæritur calidius: sicq; de ceteris, figura, complexionem, uirtute, aliisq; naturalibus semper diligenter inspectis. ex parte quidem ingredientis: ut prius primæ digestionis superfluitates emisserit, absolutus-

que ab his accidentibus impediuntibus: de quibus in præcedenti capitulo actum. quod si temperatus fuerit; eget ipso cum subtili caliditate, & humiditate temperata. neque sit ingrediens exercitatus prius: sed quietatus. & calidæ complexionis ingrediens de oppilatione hæsitans oxymel bibat cum in balneo erit: si frigida; rem calidam sumat, ut diapipereon & huiusmodi: ingrediaturque uentre uacuo. unde Princeps. Sed qui sanitatem tantum uult conseruare, balneum ingredi debet, postquam digestum est, quod est in stomacho, & hepate. dixit tantum propter eos, qui ex eo impinguari cupiunt. & balneandus, si timet in eo cholerae motum, ante balnei ingressum rem sumat cholerae reprimens, acerbam, uel acetosam; ut granata, & huiusmodi: quia panem in eis infusum. nullo autem modo in balneo, aut eius exitu rem bibat frigidam: caliditatem enim balnei uix transitus ad membra principalia aperta sunt. quare frigiditas non tardabit, quin ad membrorum principalium corpora procedat, & ipsorum corrumpat uirtutem. consimiliterque ab omni re uehementer calida se custodiat, ab aqua præcipue: quoniam, si eam sumserit; timendum erit, ne cito ad membra perueniat principalia. litera Principis communiter habita addit ad hæcticam, & phthisim. & aiunt quidam literam ueriores esse ad hydrophem. uerum non est negandum, quod, si ad hydrophem tympanitem, quod & ad hæcticam, & phthisim, quia ad consumptionem perducere sic potest: etiam lædendo pulmonem debilitatur uirtus eius expulsua. quare per congregationem multarum superfluitatum non regularum sanies inde generabitur, sicque litera prima stabit. & tu considera. mora autem in temperato parua esse debet, quousque uidelicet membra rubere incipiet, & usque ad principium resolutionis exclusiue. hicque canon in cæteris operantes edoceat. exiens uero hyemis tempore bene pannis coopertus sit, ne frigiditate lædatur. caput sit coopertum etiam ætatis tempore. quod, si caput in balneo tectum sustinere non poterit; extra bene munitum teneat, ne ex frigore aeris aliquo lædatur modo. quo circa Hippo. tex. commenta. 52. Et cauendum, ne articuli, & caput, & neque quicquam totius corporis frigeat. Residuum obseruandorum canonum in. 2. quæ ratur libro.

Et præmissis satisfaciens hæsitabitur, an febricitantibus balneum hoc conferat: si ad salutem accedat, quibus disconueniat. quo in loco cum de eius iuuamentis dicturi sumus; aperietur, si balneum impinguat, si macrefacit, si putridam tollit, si hæcticam: quibus aut altera tantum nostra Illustris Marchionissa quammaximè uexatur.

Solutio quæstionis motæ. Magna quippe fuit apud antiquos nostros de balneis aereis humidis obseruatio, ut actum illustris, mi domine, quæ ad usque nostram ætatem in ultramontanis colitur, à Græcis ueneratur, quam Arabes diligunt, & modò latini negligunt, sic solita consuetudine in presentiarum non potente. addo præterea: quoniam lupanaria facta sunt. & ut hominibus balneum sic acreum ad sanitatis regimen accommodarent; diligentiam non mediocrem, curam, studiumque ueteres nostri apposuere, de quo infra suo loco. & ne sermo noster trahatur in longum; ad ea per conclusiones uenio, quæ de his rebus à me concepta fuere. accipiendumque primò balneum hoc moderatum, moderatèque sumptum, & in ephemeris, ac hæcticis magnificè conferre, quod & in acutis senem nostrum Hippocr. commendare sic uidetur, iuuatius est in peripneumonia, quam in acutis balneum sic comparatiuum exprimens suum præsuppones posituum. estque sententia hæc omnium illustrium medicorum. nam sic poros aperit, malamque remouet in febre complexionem: infrigidat enim, & humectat, & humidi radicalis consumptionem prohibet. similiaque agit in febribus iuuatibus, ut infra statim. solus autem Philippus medicus hic obdormiuit, & in hæcticis, & in ephemeris conferre negans, ut dux medicorum therape. decimo. & de ingenio de ephemeris loquens octauo inquit. ducere quidem ad balnea oportet in declinatione primi paroxysmi. unde Princeps quarto can. in ephemeris balneum concedit, cum earum paroxysmus consumitur. balneum hoc quidem cutim rarificat, spiritus contemperat, ac fortificat, ipsos reddens aptos ad expulsionem spiritus capinosi: & cum hoc humoralem materiam

A non concitat, cum non sit parata: ut his, in quibus contingit putrescere, in quibus est uerendum. neque balnei aqua oppilantur pori, uerum potius deoppilantur: tum propter calidum, cuius est aperire, tum etià propter spiritus, qui intrant porificantes, & uiam sibi facientes, & quod extraneum est, spiritus ad extra propellunt. prohibetur autem balneum tale, ut actum, ubi de putredine est timere, & his, qui ex oppilatione ephemeram incurrerunt: propterea quod balneatio febrem generat putridam in his, qui ex nauseatua satietate ab ea capti fuerunt, & à bubone. & dux subdit, qui februnt ex furore, tristitia, uigilia, & sollicitudine, neque balneis indigent, neque fricationibus multis. & hæcticam amplectentes dicamus, quod solo Philippo excepto, qui in experientia forte deceptus fuit: quoniam balneum hoc debite non administravit, omnes illustres medici hanc sententiam pronunciauerunt in hæctica febrili, ac senectutis balneum hoc magnificè conseruare, ut & à pluribus necessarium, sine quo esse iudicetur. hoc sensit dux suo de marasmo decimo, ac secundo therapeu. & Princeps quarto can. neque Alibas, Serapio, Rasis, cæterique illustres medici in alienam sententiam se conuerterunt. balneum quoque hoc uerè præ aliis hæcticis competit: cum temperet eorum caliditatem febrilem, & humectet maximè præparans cibum ad distributionem per corpus. neque timendus est hic materiarum fluxus, sicut in aliis ad loca, & aqua sui oppositione febrim contrariatur: & cum reliquis iuuamentis non parum confert etiam, nedum hæcticis: sed extenuatis omnibus, therapeu. 7. debet enim propter aduersantes balneum hoc non euacuatium non resolutiuum esse, ut quarto aphorismorum: sed repletiuum, & humectatiuum, quale est aquæ dulcis eucratæ, & mensuratur calore, & frigiditate. modum autem balneationis hic silentio prætereo: quoniam sic scribendo nimium à proposito deuiare uideret: sufficit enim sic iuuamentum eius in hæcticis conscripsisse, & qui eum pulchrè, ac diffusè legere cupit, legat in Duce, & Principe locis nunc paulò ante præ allegatis. uerum comparando has febres dicendum, quod in aere balnei ephemerantes maiorem moram contrahere debent, & minorem in aqua: hæctici uerò contra. hos autem prius in aqua calida se balneare oportet: deinde in frigida, ut pori aperti constringantur, & humidum aqueum in eis contentum retineatur. hæc autem operatio non nisi experti, & prudentis medici esse debet, qui uirtutem, & cæteras naturales res, & circumstantias bene prius conspiciat, atque rimetur. & de his sic expeditus ad putridam me conuerto asserens balneum febricitantibus febre putrida balneari consuetis, uel eum diligentibus, in eius uidelicet declinatione nullo existente apostemate, aut alia re sic impediète, quam potenter cõferre. utque res hæc autoritate digna fiat; hos in testes medicinæ principes adduco. dux medicorum therapeu. 10. Balneandos in balneis, & rarefactis ut pharmaciis, uel aquam frigidam, uel uinum bibere: cum uiderimus cognitionem eorum, quæ digeruntur. & Princeps. 4. can. fen. prima, illud hac concedit hora: non est malum fortassis, ut administraretur balneum, & potus uini subtilis mixti, dixit fortassis, quia oportet balneandorum consuetudinem, & amorem ad ipsum considerare: nam balneare amantibus non nocet etiam, si bis in die præcipitur, ut Hippo. 3. de regimine acutorum, & de cura tertianæ. Balneum uerò oportet, ne approximent, nisi post digestionem, & apud declinationem est ipsum melior curatio ipsi, & propriè consuetis. & de phlegmatica. & quando declinat ægritudo; non est tunc introitus balnei ante cibum malus. Auer. colliget. 7. Et scias, quod balneum in declinatione febris collaudatur; quoniam superfluitates febriles euacuantur. balneum quidem hoc tempore administratum angustiam pororum aperit, & materiam eo euacuandam euacuat: euacuat enim totum corpus mediante cute: similiter humectat sui aqua, & calorem non naturalem contemperat. dictumque est in declinatione: quoniam aliis in temporibus suspectum est. sed considera Principis dictum de quartana: inquit. Et de illis, quibus fit iuuamentum, est sessio in aqua calida dulci ante cibum omni die. & balneatio, quæ humectat, & non facit sudare, neque excitat caliditatem, quod loquitur id principio. cui contrariari uidetur Alibas tertio practicæ dicens. Nec uerò

ro omnino uti oportet hac in febre: quia in quartana balneum, nisi cum status eius aduenerit, declinatioque coeperit, calefactiuum, tale autem, & in quartana competit materia existente indigesta; cum frigida sit, & sicca, & non parata, ut alia per balneum concitari, & effundi. reliquum humorum concitatum, euacuatum, resolutiuum: & hoc Aliabas uoluit non competere. & apud dicta hic alia ponatur conclusio, quod, si febris illustris Marchionis, qua phlegmaticam enunciant medici, in declinatione fuerit attentis paucitate suorum humorum suo bono ex regimine habita, suaque uehementi corporis siccitate, ex febre, aut ex medicinis exiccantibus datis; balneum aquae dulcis temperatum humectans, & temperate calefaciens est sibi hoc tempore maxime conueniens, quam sic ex habitis autorizatum relinquo: quod, si cum putrida hectica, aut senectutis, aut febrilis coniungeretur; eo magis competere arbitror. Conciliatoris autem nostri semper uenerandam sententiam hic in medium adducam. existimat Arabes, Graecos, Ultramontanosque ex usu balnei, consuetudine, ac in balnei amore, plus latinis iuari debere, & ex eis minus noceri. & cum latini his duobus careant, & in negligentiam deduxerint; sintque maxime gulosi facti, & in luxuria uiuentes, cibosque omni cum delectatione praeparantes, sic eorum humores ad fluxum, & putrefactionem paratiores habere putauit. propter quod balnea concitari, in apostemata, & putrefactionem sic deuenire faciliter haesitauit: quamobrem inquit. Et ideo timeo non solum in febrium declinatione: sed etiam post earum cessationem non longe in balneum ipsos adducere, & rariusque inueni sic in putridis ex balneo effectum consequi laudabilem: natura enim humana nunc reddita est magis, quam prius delicata: etenim antiquitas contenta erat glandium, & castanearum comestione, ut alimentorum secundo. quare antiqui in balneo audaciores fuere, etiam attenda consuetudine, & amore. consideret modò lector, si in domina nostra haec sunt, quae a balneatione impediunt. et in hoc terminatur dubii nostri dissolutio ad rem propriam. sed per accessoria dicamus, quod conciliator inter senem Aliabatem, & Principem, nunc paulò ante scripta ad ea, quae de impinguatione, & macrefactione expectamus, nobis magnum erit fundamentum. neque de balneo, quae narrat fuisse, non mediocre praestabunt auxilium. est autem ex causis fortioribus maciei siccitas complexionis meseraicarum, & aeris: nam meseraicae cum siccantur; nutrimentum non recipiunt: sicque siccitas, & macies augentur. quamobrem balneum humectatiuum non exiccatiuum, neque resolutiuum ex causis, quae scriptae sunt, ei, qui impinguari uoluerit: cum ex his causis macies processerit, non mediocriter ad impinguationem accedet. & dictum est ex causis his: quoniam plurimae sunt maciei causae aliae, ut priuatio pinguedinis, cibi usus eius subtiliantis. quare non generatur in corpore sanguis plurimus, aut quia non bonus, aut propter debilitatem uirtutis in cibo operantis, aut digestiuae, aut attractiuae propter corruptionem complexionis, cum plurimum est frigidum: aut propter quietem plurimam, cum qua sopitur uirtus proprie, quando sit post exercitia consueta: quorum auxilio natura cibum attrahere consueuit. cum itaque illa dimittantur, non attrahit; aut quoniam generatur sanguis nimis cholericus: aut quia splen magnificatur, hepar comprimens. quare debilitatur hepar, & splen plus de sanguine attrahit. debilitatur quidem contrarietate complexionis splenis ad eam, quae hepatis: aut quoniam uermium copia uexatur corpus, aut in poris oppilatio, aut à frigore, aut ab humoribus facta. quare non penetrat nutrimentum aut propter stricturam, & ligaturam diploidum, & huiusmodi: quae causae sunt oppilationis pororum, & uiarum transitus cibi: aut propter multitudinem resolutionis per exercitium, aut per balneum, aut per fortes, & continuatas fricationes factam: & est haec una ex causis iuuans ad macrefaciendum pinguem. & tu considera. sic enim non figitur, quod de nutrimento attrahitur ad membra. & passiones quidem animi sunt ex his, quae multum extenuant. propterea dicebat dominus. Spiritus tristis exiccat ossa. & unaqueque harum causarum suo cognoscitur signo. has autem causas sic apposui, ut tuae satisfacerem uoluntati. uerum

te cupidum scio, ut in his, & cura procederem; sed hoc in loco ea prosequi esset nimis magna deuiatio ab eo, quod proposuimus, & nostri libelli magis denigratio foret, quam laus. sufficiat tibi de rebus his suo tempore, & loco me scripturum, patere itaque equo animo mi illud domine, si de balneo tantum locutus ero. unde Princeps quarti septima. Et melius quidem balneum est illud, quod est post digestionem primam. & cum iam descenderit cibus; licet comedere cibum post egressionem à balneo absque superfluitate est de causis impinguationis. & balneum quidem est bonum impinguationum pluribus hominibus, & proprie illis, qui sunt in dispositione, quae est sicut arefactio. & oportet, ut sit balneum post primam digestionem scilicet quando descendit cibus à stomacho nisi in rebus eisdem: & calefactis quidem est adeo congruum factum ex lacte, de quo extractum est butyrum, non factum acetoso, de quo post primi secunda. & cum ipsum ingrediuntur ilico post saturitatem impinguat; propterea quod materiam ad exteriora corporis trahat. ueruntamen oppilationes efficit; propterea, quod sui causa à stomacho, & ab hepate nutrimentum ad membra trahitur non coctum. & quarti septima. Et balneum post cibum est uehementer attrahens nutrimentum ad corpus impinguationum. uerum utens eo exponitur oppilationi accidenti in hepate suo, & proprie cum cibus eius est cibus eorum, qui sunt impinguari: & propter id multiplicatur in omni, qui querit hoc. & illi sunt aptiores ad hoc, ut in eis multiplicentur oppilationes, & lapis, quorum uenae in creatione sunt strictae, & non sunt omnes ita, & hic speculator inter Principis uerba contrarietatem apparentem consideret, & Hippocra. re. acu. tertio. Sed neque balneandum parua temporis mora post acceptum ius, uel quemquam potum. & ego quidem non parum admiratus sum, cum de balneo in Conciliatore nostro legerim, quod eam apparentem contrarietatem non excusserit, & silentio pertransiuerit. neque mihi conciliationem facilem: sed grauem constituo, & paucis claudens id scribo suo in codice non raro alienam posuisse sententiam, cui & ipse non assentit. quare primi secunda capitulo. quidam ornatè loquentium. locutus est ea in parte alienam opinionem, quarti septima subscripsit propriam. cuius signum; quoniam dixit. & melius quidem balneum &c. non enim apparet ratio, quomodo cibus sic indigestus ad membra tractus ab hepate non alteratus in nutrimentum membrorum conueniens cedere possit; cum difficillimum hepatis sit cibi indigesti malitiam corrigere: nam, cum ingreditur balneum ieiuno stomacho; trahitur ad membra nutrimentum, quod post uenas hepatis, & in hepate inuenitur sic membrorum attractiua concurrente; cum uirtus illud magis diligit, quam indigestum. & hoc in loco haec pauca sufficiant, & Hippocra. dicta etiam infirmis intelligenda sunt. considera. agendum enim postea est, ut quomodo balneum pinguem macrefiat. inquit Princeps primi tertia. Et frequenter balneetur, antequam comedat. propter quod audiatur, quod & ipse alibi scribit in eadem. & tu quidem iam sciisti ex eo, quod praecessit, quod balneum est calefaciens, & infrigidans, humectans, & exiccans. unde primi tertia. Qui uult resolutionem, & macrefieri, balneandus est, dum est famelicus: & ibi multum moretur, ut dicere uoluerit, ut balneum tale ingrediatur, quod uehementer exiccat & macrefacere facit, & debilitat. & quarti septima. Et est minoratio cibi, & post balneum, & exercitium uehementis. & alibi. Et oportet, ut sit eorum balneatio in ieiuno, & sit aqua sudare faciens, non aquosa humectans: & si fuerit aquosa resolutiua; sit assiduatio in ea, ut non accidat ex ea attractio superflua absque resolutione. de inde non festinet ad comedendum super ipsam: imo expectet, & dormiat post ipsam: aut amoueat, & exercitetur: deinde quiescat, post comedat rem debilem. & similiter sit fricatio eius resolutiua continua: haec autem dicta esse intelligatur de balneo aquae simplicis. reliquum est, ut scribamus, quid de balneis naturalibus dicendum sit: quod magno cum desiderio dominationem tuam expectare sentio.

Accipiendum itaque balnea naturalia in diuersis corporum dispositionibus uario modo operari, quo uidelicet ad macrefacere, & impinguare. pp. quod, ut clarior, & expeditior

tior doctrina de his habeatur; his conclusionibus rem ipsam sic claudam. prima. corpora munda ex usu balnei naturalis macrescunt. patet conclusio: quoniam sic eorum caro, & membra resoluuntur, & exiccantur, uirtusque eorum debilitatur &c. secunda. corpora immunda phlegmate repleta ex usu eius moderato impinguari consueverunt. patet conclusio: quoniam sic resolutio phlegmate uirtutem opprimente, quo prohibebatur generatio boni sanguinis, uirtus membrorum, & totius fortificata in nutrimentum bonum faciendum sic potentior redditur. quare pinguescunt membra. uerum in primis diebus accidit toti macrefactio: quoniam non fit resolutio humoris peccantis absque resolutione boni: sed in postremis pinguescit corpus, unde accidit, ut in his, qui ex nimio fluxu arefcunt, deinde pinguescunt sic fortificata uirtute per euacuationem malorum humorum uirtutem prius opprimentium. Quibus infero dānationem tuam ex usu talium magis pinguescere debere. quamobrem in casu nostro balneum aquæ simplicis dictum plus commendo. & hæc est causa, quare quidam in coitu pinguescunt, & quidam macrescunt. tertia. corpora cholericā, & uiriliter quæcunque faciliter resolubilia ex usu balnei talis macrescere putandum est: nam in his ex forti resolutione, & exiccatione balnei nimium resoluuntur, & exiccantur, ut extra terminos ducantur. quid autem de mediis, & cæteris dicendum sit, ex habitis satis apertum esse uidetur speculanti. quæ omnia intelligenda sunt uirtute tolerante, cæterisque naturalibus rebus. & balneo hic finem imponens hoc ultimum Principis addo. sed qui sanitatem tantum uult conseruare, balneum ingredi debet, postquam digestum est, quod in stomacho, & hepate est, quod ex Senis nostri acutorum regimine assumptum est.

*De balneo uini simplicis. Cap. 3.*

**B**ALNEUM quidem tale uini ætate, suaque uinositate differentias in se recipit, ut ex eis in corpus uarios producat effectus: nam, cum uinum nouum, quod uini anni tantum est, calidum, & humidum scribatur: uetus uero, quod tempus hoc excefferit, calidum, & siccu, accidit ex uno humectari: reliquo uero exiccari utrisque calefacientibus. est equidem aqua potentius, etiam si paria cætera obseruata fuerint: cum plus de forma habeat, & penes eius multitudinem rei potētia attenditur. neque sic, ut aqueu in usum uenit, cum mitius. qua ex re in regimine sanitatis sic, ut aqueum non accedit.

Verum quidam curiosi nimis id asserunt in nouiter natis ad sanitatis regimen accedere precipientes sic natos ilico in balneo temperato uini nigri lauari, existimantes stypticitate uini membra in exitu ex uehementi motu laxata magis, quam ex aqueo confortari. & cum ad aerem deuenierint insuetum; eo tristari. ob quam rem plorant calido sic iuari magis. ueruntamen locum negatiue arguendo, in dictis medicorum non paruifaciam in rebus precipue, de quibus diligenter scripserunt, processeritque in subsequentes omnes usus eorum, quæ dixerunt. non uereor eorum opinionem sic arguendo detestari. & si cætera seruentur paria ex parte gradus caliditatis, & quātitatis; balneum uini multo plus resoluet, & ad interiora penetrabit. quare iam nouiter natus cum sit ex motu resolutus; spiritus resolubiles habens ab eo sic debilitatur, & uia resolutionis infrigidabitur, & debilitatum caput uirtutis motiue primum organu a uaporibus uini sic lædetur magis. amplius in mēbris post balnei exitum caliditas disproportionata relinquetur, quæ a uirtute uini ueniet, & longiori durabit tempore, natuque alterabit. sicque cutis rarior remanebit. quare præparabit eū per occurrentia aeris extrinseci ad facilius pati. item nouiter nati humectari indigent, & non exiccari, quod ex uino contingere magis uidetur. balneum autem aqueum temperatum mitioris, ac moderatæ magis caliditatis existit, post cuius exitum frigiditate aquæ ad naturam suam paulatim deductæ pori cutis condensantur. quare acri sic magis resistens fit. sicque calor unitur magis, ac fortificatur. cessat uaporum calidorum eleuatio, ac calefactio, quibus caput, cæteraque membra ex balneo uini lædebantur, & caliditate sic

**A** mitiori confortatur calor magis, & aqua calida magis abstergit, & mundificat. locus speculationis est. & ut actum, quia in usum regiminis sanitatis non uenit, ut quod ex aqua, de eo aliqua hic memorabo utilia breuibus pertransiens in areolis, ut in cæteris non prosequens. commendatur in paralyfi, & in neruorum passionibus, in dispositionibus iuncturarum, & operatoris est moderari uini ætatem, potentiamque secundum dispositionis exigentiam. & quidam curiosi medici iam in usum deduxerunt in principibus, & magnatibus, & in quibus iuncturæ laxæ sunt: ut semper mane, & sero ante mensæ introitum manus suas uino lauent, quorum sententiam non damno: nam, & si uinu interius assumptum neruos, & iuncturas lædere scribatur; id tamen exterius applicatum iuuare dicitur. & eligibilis est nigrum stypticum, quam album: uerum ablutio cum albo iam in usum uenit; quoniam defœdatio ex nigro ueniens accusatur. quamobrem in uino albo infusa stent prius odorifera, quæ iuncturas, & neruos confortant; ut saluia, acorus, rosa, & huiusmodi: quæ uariari habent temporis constitutione uaria, ac complexione, & compositione, huiusmodique petētibus. de balneo autem uinoso a nobis tantum sit scriptum.

*De balneo oleagineo. Cap. 4.*

**N**EQUE IN regimine sanitatis olei balneum accedere usque modo legimus: sed ad recuperandam sanitatem experti sumus. qua ex re, ut locus eius ieiunus non transeat, & infructuosus; de eo quædam scribam laude, & experientia digna. mirabiliter confert in spasmo ex punctura, uel uulnere facto; si membrum dolorosum in eo multum calido ponatur, calorem confortando naturalem, & materiam lædentem resoluendo. eodemque modo in doloribus iuncturarum confert: etiam oleum temperatæ caliditatis cum quiete membri confert etiam materiebusentibus permixtis, & oleum ro. in his præcipue, cum a causa calida uenerint; obtinere uidetur principatum. confert & ualde in colica ex retentione fœcum facta, & ex uentositate, si cum eo admixta fuerint uentositatem resoluentia. iuuat ad lapidis exitum, & præcipue renum, unde Auic. de eo secunda primi, 19. cap. Semicupium ingredi plenum tale, quale oleum est, confert laxitudinem habentibus, & febres patientibus longas frigidas, & eis, qui cum febribus dolores habent neruorum, & articulorum, & habentibus spasmodum, & cuzez, & urinæ retentionem. & oportet, ut oleu extra balneum sit calefactum. quod si uulpes in eo cocta fuerit, aut dabaon, & exponitur tassus, & factum fuerit, quemadmodum nominabimus; erit melius, quod esse potest, dolorem habentibus iuncturarum, & podagram. & finem de eo faciam, si duo narrabo, quæ meis acciderunt in diebus. Albertus a sale miles Ferrariensis cum calculosus foret, & pluribus in horis a calculo uexaretur; meo consilio balneu olei temperatum ingressus, sic uis mollificatis, & calore naturali confortato; ilico a dolore, & calculo euasit. Ambrosius miles Pesaurinus cum lapidem grandem in medio uirgæ magno cum dolore teneret; me consulente uirga sic in balneo olei tenta, & uia mollificata, spacio quatuor horarum exiuit: nam de incisione uirgæ apud medicos suos spe destitutos mentio fiebat. & hæc sic raptim de balneo olei scripta sufficiant.

*De balneo lacteo. Cap. 5.*

**C**VM LAC complexione frigidum sit, & humidum, naturæque humanæ ipsa aqua magis amicum; arbitror ex eo balneum calidum, quo saltem humectationem fieri querimus, & caloris confortationem, & non resolutionem; ut in tabefactis, cuiusmodi sunt hectici febrientes: hecticique senectutis, & huiusmodi, ex alia causa, ut tristitia consumpti, longe plus balneo aquæ conferre. magnifice etiam iuuabit hos, qui lōgo ex itinere, & forti exercitio exiccati, hisque, qui nimio calore arefacti sunt, quibus suauis infrigidatio est necessaria, & quasi connaturalis. unde primi septima Princeps. Et calefactis quidem est adeo congruum factum ex lacte, de quo extractum est butyrum,



non facto acetoso, quod & de hecticis intelligi potest. uerum, quia de lacte copiam tantam sic non habemus nutu uoluntatis; hinc de eius commemoratione superficialiter fortassis medici locuti fuere. quos & ego sequens uolo tantum de eo à me dictum esse: poterit enim indagator ex habitis, dum uoluerit, ad ulteriora se transferre.

*De balneo aereo humido. Cap. 6.*

**B**ALNEI humidi aerei cura, atque diligentia apud ueteres tanta fuit, ut in tuendam mortalium sanitatem, in eamque recuperandam, illud magno cum opere fabricauerint, & effectuum suorum uarietatem considerantes non minus in dandis præceptis eorum studium fuit, quæ ex parte qualitatis eius corporum, temporis, regionis, ingressus, egressus, & moræ, eos obseruare, colereque decebat. & ita eius iuuamenta, ac nocumenta suis in codicibus referarunt, in quibus conueniat, quibusque; prima balnei conditio disconueniat, ut aperte satis eius utilitas necessaria comprehendatur. & fabricam hanc eius formam primam amplexantes dicamus eam pluribus dotibus ornari necessariam esse. amplam quidem decenter, & altam in primis debere esse dicemus, ut aer constrictus non alteretur: cum conculcatio aeris in loco angusto una ponatur ex causis putrefactionis suæ causatiuis, ut secunda primi. sic. n. magis unitus potentior redditur, qui pati ab hominibus non potest, ut inde refrigerium non habentes suffocari se uideantur, & cor in calefacto esse positum sic indisponitur. sitque luminaribus amplis bene munita, ut per ea liberè euentari possit aer in ea retentus à uaporibus aquæ etiam alteratus, & ingrossatus, & à cemento, & lapidibus illis in disponentibus, quæ & claudi, & aperiri possint uoluntatis imperio. ex quibus apparet error eorum, qui eam ocularibus uitreis ornant, quæ claudi, & aperiri non possunt. apparet error secundò eorum, qui eam paucis, & paruis cum luminaribus ornant. in tres autem causas diuisa esse debet sic antiquorum uerba sequens extrema considerantium, & medium. prima itaque frigida sit, & humida: tertia uero calida, & sicca: secunda autem, quia media, calida sit, & humida: hæc. n. comparatiuè semper inter se intelligantur. nam prima frigida, & humida esse debet secundæ respectu: sed comparatione aeris extrinseci ad aliqualem licet leuem caliditatem declinare debet, ut sic frigida, & humida dicatur respectu secundæ, & tertiæ. secundæ ad intensiorem gradatim caliditatem accedit, ut tamen calida, & humida denominetur, & à siccitate omnino absoluat. tertia uero cum cæteris calidior existat, & extrema calida, & sicca dicitur, & resolutiua. hæc autem omnia sic ordinata fuere: quoniam, cum natura repentinam non patitur impressionem, ut transitus de extremo ad extremum per medium fiat; medicus sic naturæ adiutor esse debet. hæc tres sufficere uisæ sunt Principi, & Alyabati seni; licet. 10. therape. Dux quatuor enarrauerit, nos autem Itali duabus causis tantum utimur: quarum primam refrigeratorium nominamus: secundum uero æstuarium dicimus. & materialia eius declarantes dicimus, quod duplici ex materia confici potest, aut ex lignea, aut ex lapidosa. & certè ligneam magis commendo: quoniam aer non ita ex ligno, ut ex lapidibus, & cemento alterari uidetur. & cum euentatur utraq; melius in lignea rectificatur aer: hanc. n. nobilibus, & potentibus magis commendarem, quam in eo tempore uidi canalibus aquæ uapores ad loca deferentibus, quæ neque plumbæ sint, neque ænea: quoniam ex uirtute eorum aliquid malitiæ assumit aqua, ut actum. quod si lapidea fuerit; eligatur uetusta: quoniam ex cemento nouo ut supra impressione eius in aerem sic alteratur. sitque stannea cacabus: quoniam in ea, quam in non stannata minus multò alteratur aqua, ut experientia potando sentimus. & ut ab hoc loco uacuis non discedas: quoniam ex hoc scire infructuosum tibi non facio; audi philosophum. quidam faciunt ex ære uasa ad comedendum, & bibendum in eis, & nocet eis multum, & maxime illis, qui assuescunt: nam parati sunt tales incurrere elephantiam, cancrum, & dolorem hepatis, & splenis, & malitiam complexionis, maxime comedentes in eis res acres, & bibentes in eis uina dulcia. & tu considera hoc in

**E** loco alchimizatas tatas, & uasa, quæ gratia honoris in domo magnatum tolluntur. & sequitur, quando comedunt cibum, qui steterit die una, ac nocte, est peius multum. & quando ponitur uas æneum super pisces assatos calidos; fiunt uenenum mortiferum. hæc autem in stannatis uasibus non ueniunt. abstineant itaque ciues in uasis æneis aquam residere, qua in potu uti uolunt, & suis in condimentis, quæ stannata non fuerint: nam & uetusta consuetudo in contrarium sic damnanda est.

Aqua autem, cuius uapor aerem calefacit, bona, & electa esse debet, non putrida, non cenosa, non uallosa: nam ex radice mala malus egreditur fructus. ex grossa autem uallosa uapor exit grossus, malus, aerem ingrossans, & inficiens: quare sic calefactus amplius ad interiora corporis penetrans in eo malam inducit qualitatem, oppilationes fortes ex quibus paratur corpus ad humorum suorum putredinem, ad uarias ægritudines, ac febres. unde Princeps secunda primi. malus aer est, cui admiscentur uapores stagnorum, lacuum. qua ex re non mirandum est, si homines ex usu æstuarii ex mala aqua confecti; pluries infirmantur. quare in ciuitatibus uallibus propinquis; apud quas pertranfit aqua currens, urbium cessores apud eam æstuaria fabricari, & non in ciuitate iubere deberent: nam eligibilior est aqua currens. & ut lectio hæc minori cum tedio à te pertranseat; unum hic iocosum adducam: nam ea æstuaria usitantibus cenosis cum aquis confecta, id accidit, quod & nobili à barbitonfore rustico raso contingebat: nam, cum eum sic raderet, persepeque; faciè rasorio uulneraret; nullum promptius remedium habens ex diploide lacerata bombicem extraherat, & uulneri, ne inde sanguis emanaret, ilico apponebat. cumque; eum demum sic rasum demitteret, ut mos est hominum, eo in tempore in speculo speculatus est: risit, dixit que, o magister, quid egisti: nam plures, quam antè in barba me pilos habere uideo. his & similiter accidit, qui lutuosa cum aqua se abluunt: nam pori cutis ceno pluri sunt repleti omnes. ligna autem bona non putrida esse debent. unde secunda aphor. commen. 41. Scio. n. quendam in balneo morantem inde dissolutum; quia balneum ex lignis nociuis erat calefactum, & adeò obstructa per totum esse debent, ut fumus fabricam non ingrediatur, à quo multum læditur aer, & corpus humanum ut infra. caliditatem autem aeris pro efficienti causa ponatur à uaporibus aquæ calidis immediate euenientem, quam moderare oportet secundum utilitatem à medico intentam. & balneatorum officium esse deberet uerum, cum idiotæ sint, & ignorantes; plurimos committunt errores, ut omnibus intrantibus idem, ac communis sit aer: eiusque; caliditas, quæ uni conuenit ut frigido, alteri disconuenit ut calido. Quæ ex re contingit aliquos saluos esse, aliquos infirmari. quare sic eam moderare oportet; cum omnibus communis hæc fructuosa minime esse possit. uerum cum delectationis gratia, quam sanitatis diligatur magis, sitque; magistrorum animus ad lucrum, & non ad hominum sanitatem intentus; hinc omnia hæc peruertuntur. corpora itaque diuersimodè complexionata, uariisque dispositionibus oppressa uaria sibi balnea constituent. contemplantur itaque in primis temporis constitutio, regio, consuetudo, ad balneum amor, uirtus, habitudo, cæteraque; talia: aut accidentia, quorum alia ad balnea hortantur, ac maiorem moram: cætera ab eo abstinentiam, aut minorem moram. neque sit eorum ingressus nisi uentre uacuo, & mora ad uirtutis tolerantiam, & lenitatem, ut actum. quo in tempore gradatus fiat exitus, nec de extremo ad extremum repentinus transitus fiat, quem natura minime bene tolerare solita est. quod si in camera, ut decet, particulare balneum fiet; poterit ab ipso ad lectum immediate transferri, ut iam mos apud latinos inoleuit. estque; exiccandus, qui sic in balneo sudauit, ante eius exitum, & in lecto reponendus etiam, ut sudet præcipue in quo euacuatio quaeritur, & resolutio. quod si sola humectatio diligitur, ac calor naturalis confortatio; non ingrediatur lectum saltem, ut calefiat: sed fortassis conceditur ad quietem, ubi uirtutis aderit debilitas: quæ res prudentiæ medicorum astantium relinquenda est. iuuamenta autem, & eius nocumenta in discendis aperientur. postremò de mora in balneo & si de eo aliqua

aliqua scripta sint; tantum dicatur, quod humectationem quærentes, in humido maiorem ualde, quam in sicco trahere debent: qui uerò resolutionem, euacuationemque magis, contra agant. quibus omnibus prima areola sic manifestata relinquatur, ad cæteras me conuertens.

**Operationes.** Operatio naturalis balnei est calefacere suo aere, & humectare, & exiccare per accidens, ut actum, & aliquid per se: cum caliditas sit per se etiam sic citatis productiua, ut multi tenent. unde primi secunda Princeps. Quoniam quælibet caliditas exiccat, infrigidat etiam calorem naturalem multum resoluendo, ut actum de aqueo.

**Membra capitis.** Caput replet, humores ad oculos fluere facit, propter quod & ultramontani æstuaris sollicitantes oculos scarlatæo colore suffultos habent, quam rem fortassis alius Deo baccho attribuet.

**Membra pectoris.** Frigus ex pectore tollit, pulmonem purgat præcipuè tertia in casa.

**Membra tertii uentris.** Vrinam prouocat, humiditates dissoluendo, renes debilitat, ac coitum. qua ex re multum in coitu debilitantur iuuenes, qui aut in balneo, aut immediate post exitum eius cum meretricibus coeunt. uentrem stypticat.

**Membra iuncturarum.** Iuncturas laxat, & debilitat, easque ad dolores podagricos præparat, præcipuè cum fuerit eius assiduus usus. unde Princeps uigesima secunda tertia de præseruatione ab incurfu podagræ. & minore in balneis: quoniam humiditates fluere faciunt ad iuncturas. Quare à lotionibus frequenti pedum, qui suspecti sunt, abstineant.

Vulnera, & ulcera eis nocent.

**Febres.** Secunda casa febricitantibus confert, & prima deinde: quoniam hectici reducendi sunt de secunda ad primam. & de his in dubio supra.

**Hora ingressus, & egressus.** Iam dictum est de eis, nunquid eligibilior sit ingressus matutinus serotino, & stomacho iam euacuato. dicatur primò; tempore calido eligendus est matutinus: frigidus uerò circa uigesimam horam, qua aer minus frigidus est. & qui ex eo sanitatem tantum quærit, mane ingrediatur, quo tempore facta est digestio in stomacho, & hepate. si uerò alia ex causa ingredi uoluerit; eam consideret, & sic tempus proportionatum eligat: nam calidum ad resolutionem magis iuuat, & huiusmodi.

De mora sæpe scriptum est ad tolerantiam, & corpori leuitatem, & ultra si à medico magna quæritur calefactio, resolutio, & huiusmodi.

**Regimen.** Intrent uentre prius uacuo, stomacho ieiuno: exeant, ne à frigore lædantur, benè tecti, lectum ingrediantur, ut actum, cibentur cibis resumptiuis, dum fuerint à calore membrorum quietati, ne membra sic calefacta nõ coctum cibum ad se attrahant. ex quibus apparet eorum error, qui ilico post egressum oua sorbent ac comedunt, uinum bibentes non mediocriter potens. quod certè mensurari debet. neque in omnibus æqualis potentia offerendū est: sed attendantur ætas, consuetudo, uirtus, & huiusmodi, ac utilitates, propter quas balneum à medico est concessum, neque eo in die aeri liberè se multum exponat, ne ex subingressu aeris sic apertis poris lædatur corpus. plurima alia addi possunt, ut quòd macrescat, impinguet, & huiusmodi, ut in quæstione actum, quæ ex habitis colligenda sunt, & consideret speculator. & hæc de balneo aereo humido.

*De balneo aereo sicco. Cap. 7.*

**B**ALNEVM aereum siccum, quod nostri stupham nominant, fabrica est, cuius aer per medium quoddam furnellum appellatum sic calefit, quod à furno differre sit uidetur; quoniam furni aer ab igne immediate ignitur. hunc autem locum quàmmaximè septentrionales frequentant, italiq; quorum habitatio illis propinqua est, ut Tridentini, Feltrenses, Foroiuliani, cæterique tales. qua ex re de eo à me sic scribendum est, ut & his omnibus proficiam: nam hyemali tempore eis locus est ueluti continua

**A**statio. neque id cupiunt, ut sanentur: sed ut frigoris rabiem fugiant: & hi permaximè quibus indumentorum calidorum copia non adest. contemplabimur itaq; ut de humido actum: materiam, formam, aeris qualitatem, quibus conueniat magis iuuamenta dicentes.

Et materialia amplexantes dicamus primò fabricam hanc quandoque ex lapidibus, nunc ex lignis: nonnunquam ex utrisque confectam esse. cuius electionem ad areolam primam: quoniam is locus suus est sic reseruo in forma eius proficiens. debet enim locus hic amplus esse, quoniã angustatus aer cito corrumpitur cum nouo non euentetur, præcipuè cum aer in eis odoribus ciborum alteretur, ac frequentantium aer permutetur. de cuius alteratione suo loco dicetur. sitque fenestris munitus, quæ aperiri, & claudi possint, ut inde euentetur aer. & sit unum luminare uersus plagam septentrionalem, cæteris maius, ut inde melius rectificetur aer. ex quo apparet ut supra error eorum, qui luminaria parua, ac pauca in eis ordinant, quod ut inde calidior reddatur locus sic confici faciunt; nam ornatum esse debet, ut inde delectabilior reddatur: quoniam multæ stationis locus esse debet. quamobrem potentes luminaria uitis ornata, ac picturis amenis eam febricant. & ut locus semper iocundior reddatur, in eo sint, quæ animu dulciter molliant, & à curis deueniet, ut schacorum ludus, alearum, cartularum, & huiusmodi. uinum autem hic silentio pertranseo, quod & dulce feroces, ac tristes spiritus mollire, ac solare solitum est, ut & omnes ad cantilenas prouocet. sint etenim ludi hi solatio, non lucro dediti, ne furore ita accendantur humores, quos & loci caliditas sic ad incurrendas febres quàmmaximè præparet. actum de forma, consequens est ut de materia dicamus, & in primis prima ponatur areola.

**Electio.** Eligatur, quæ ex lapidibus constructa est, lignis, aut asseribus uallata. lapides autem causa sunt aut per antiparistasim, ut calefactus aer amplius calefiat. & sic minor, aut remissior requiritur ignis. qua ex re non sic ignitur aer, neque disproportionatur; ut ex igne intensiori prouenit. aut si recipiunt caliditatem, eamque in asseribus cõseruant. ob quam rem non est ita necessarius continuus ignis, & calefactus aer eorum frigiditate sua in caliditate moderatur. asseres autem sicca, & porosa eligantur: nam sic in poris latiores facilius caliditatem recipiunt, ut aer mitior inde reddatur: nam in substantia densiori impressa ad calefaciendum potentiora redduntur. quare non tantum, neque ita potenter distemperabitur aer ad qualitatem ei contrariam. quibus inducatur ex asseribus piceis fabricatam eligibiliorem: nam laricæ, aut cupressinæ, aut nucæ, & huiusmodi sunt densitate nimia participantes, neque aer in eis impressus æque benè poterit euentari, ut qui in poris erit latioribus: aer enim, qui benè euentari non potest, facile corrumpitur: nam, etsi aer in corde attractus non euentaretur per succedentem; statim corrumperetur. nam, cum aer sic remanet non euentatus; corpus ad ægritudinem præparat: quoniam associatur ei qualitas contraria suæ complexionis. Princeps. Et aerem non deserens dico, quòd non nimis calidus, & siccus esse debet. quoniam sic cor ad lapsum calidum præparat, quod refrigerare deberet, sicque anhelitum grauat. quare asthmatici ab eis se custodiant, maximè quibus est asthma ex catarrho humido, quem dissoluit illa caliditas, et fluere eum ad pectus facit. pingues etiam, qui sic refrigerio indigent, cholericis multum & hi consimiliter calidi: humores enim cholericos commouet, iuncturas laxat: quoniam fluere facit materias ut actum de humido, spiritum resoluit, uirtutem debilitat, ac animum eneruat his maximè, qui eo delectantur, & choleram superare facit; nam, & si humana corpora nimia aeris caliditate distemperentur, ut uirtus deiiciatur, quid de caliditate aeris extranea dicemus? cum caliditas solis nobis uelut naturalis sit: cum sol, & homo hominem generent, ut magno placuit Philosopho. ex lignis eligantur sicca salicina, uel alia porosa, non densa, non uallosa: sed in cultis locis nata. Furnellus excreta, siue argilla fiat: nam laudabilior, quam ex cemento, qui in altero angulorum loci fundet, ut ppiniquius, & distatius stare possit, qui maiore, aut minore caliditate

ditatem quarit. & cum de aere quantum ad ea, quæ intrinseca sunt, actum sit; aliquid de extrinsecis ad ipsum spectantibus dicendum esse puto: ut quod primò ex ingredientibus non alteretur: aer enim ex frequentia hominum sic clausus notabiliter alteratur. quam re manifestè declarat aer scholarum, in quibus habitant puerorum copix, qui còtinuè est per ostia, & fenestras euentatus. itaq; euitanda est hominù frequentia præcipuè infirmorum, & eorum, qui foetidum habent anhelitum, aut foetorem pedum, & huiusmodi, quæ aerem foetidum reddunt: nam sic morbi efficiuntur ueluti contagiosi. quamobrem Principes, & potentes, quibus usus æstuarii est assuetus, tempore suspecto ad pestem omnino prohibeant ingredi eos, qui ex locis infectis ueniunt. item cum phthisis ægritudo contagiosa sit; seruientes phthisicos exulent: sicque in similibus seruandum. euentandus est itaq; aer æstuarii quàm frequenter, ut ex causis extrinsecis alteratus rectificetur; ut sunt cibaria, à quibus alteratus fuit: ut cortices cancrorum, uinù, brodialia, alleum cœpe, quæ apud ultramontanos in æstuariis ueniunt ad prandia sæpe rectificandus est, & continuè cum odoribus gratis: dico gratis; quoniam non idem odor omnibus gratus est: nam est eius alteratio, siue putrefactio multum uerenda. unde Princeps. aeris putrefactio multum timenda est: quoniam, cum putrescit; incipit humorem putrefacere, qui à corde circumdatus est: quoniam ad ipsum propinquius accedit, quàm ad aliud. sed qui ea stupha ad conseruandam sanitatem uoluerit uti, aerem eius sic moderet, ut neque calidus sit. semper autem aut ad temperamentum aut infra in caliditate ipsum producat, inspecta uirtute, complexione, temporis constitutione, regione, consuetudine, & huiusmodi, ob quæ diuersa diuersificari habet. ipse quidem aer refrigerium cordis esse debet, & calorem suum temperare, non ad lapsum deducere, ut actum. accidit & quandoque, ut corporis dispositio lapsa calidiorem requirat, qui medici consilio moderandus erit. rectificatur autem cum his, quæ boni sunt odoris, uirtutem uitalem, ac animale confortantibus, non excedentibus in odore: quoniam sic omnis immoderata qualitas actum deiicit propriè uirtutis, ut medicorum Dux secundo techn. neque odor sit asidius, neque rerum in multa quantitate positarum: sed sit odor leuis, suauis, non multum imprimens. ad hoc autem ualentia sunt plura, ut iuniperus si accèdatur: deinde. extinguitur, fumus eius suauis, & odoriferus est, laurus, mirtus, rosamarinus: item sandaracha, aut thus, ladanum, trochisci de gallia muscata, oseleti, siue auiculæ de cypro, nux muscata, gariophylli, cortices pomorum odoriferorum in faucibus furnelli positi. scopis omni sero munda re apertis luminaribus, & thure, aut alio odore: deinde suffumigare, ignemq; prope diem de nouo accendere.

**Operationes.** Est calefactiuum, exiccatiuum, cum aer sit calefactus; erit solutiuum, & huiusmodi. quòd si temperatum, aut infra temperamentum calidum fuerit; corpora sic à frigore defendit. quare senibus, quib. calor deficit, & pueris, qui sic à frigore facilius patiuntur, conuenientior erit, frigidisque natura reddit corpora à frigore extrinseco passibilia, poros sic aperiendo, cutim lædit, & sic passibilem facit. quare consulendum, ut intrans pannis se exuat, siue alleuiet: & cum egressus fuerit; eos reassumat, ut à frigore se sic tueatur.

**Membra capitis.** Caput offendit, eius dolorem inducit, maximè cum calidum fuerit: quoniam omnis caliditas euaporationem facit Princeps. Oculos passibiles reddit, ac debilitat. quare facilius à frigore læduntur, sic apertione pororù spiritus uisibiles diminuit. quare qui in talibus obuersantur, oculos sæpe scarlateo colore suffultos habent: nam ad eos debilitatos materia fluit catarrhalis, & fluxa non cõsumitur: membra enim debilia fortium sic superfluitates recipiunt. ad surditatem sic præparat, etiam connaturalis, aer sic ex tali lædi uidetur.

**Membra pectoris.** Tussim inducit, & pectus lædit, ac pulmonem, præcipuè cum eius aer fuerit nimis calidus. estque tussis causa non raro per accidens factiuum ex eo sic calido ad aerem extrinsecum notabiliter frigidum corpora transmutentur: uidemus enim in autumno corpora mutari propter aeris eiusdem mutationem, nunc ad calidum, nunc

uerò ad frigidum.

**Membra tertii uentris.** Digestiuam debilitat sic ad caliditatem extrahendo: sed in siti augmentum præstat. quare in eis bibuli libenter conuersantur. urinam minuit, uentrè stypticat, sudorem prouocando, ac calorem ad extra trahendo, hydropisi confert. unde Princeps. Et est præterea, cum ingrediuntur balneum ipsum siccum, exiccat, & cõfert hydropisim habentibus ex laxitate.

**Membra iuncturarum.** iuncturas laxat.

**Vulnera, & ulcera.** Eis in hyeme non nocet, maximè si ex humore fuerint frigidus.

**Febres.** Febricitantibus febre ex causa frigida ut phlegmatica conuenire maximè uidetur. &, quoniam in melancholicis febribus maior est intentio ad humectandum, sic conferre non uidetur.

**Ingressus, & egressus.** Ingrediantur cum paucitate uestium, & cum multitudine egrediantur benè capite muniti.

Conuenit magis, ut actum, senibus debilibus, & pueris, & paralyticis purgatis. & cum regimen sit in eis quotidianum, & consuetudinarium, de eo non aliter dicendù, quàm de consueto. & breuiter aer ille calidus dissoluit, laxat, rubificat: quia sanguinè ad exteriora trahit, qui si superfluit, colorem efficit citrinum: quoniam resoluit quod attraxit. ex quibus eius nocumenta colliguntur, quæ consideret, qui eo uti uoluerit. & hæc de sicco aereo.

### De balneo sicco igneo.

**FRIGIDUM**, ut actum, balneum siccum igneum appellare non longinquum à ueritate esse uidetur: cū: & eius parietes immediatè ignis calefaciendo attingat. quòd & si in sanitatis conseruationem sic accedere non uideatur in eius tamen recuperationem nonnulli eo uti laudarunt. unde, ubi fortis queritur resolutio, ac exiccatio; toto corpore mala dispositione frigida, & humida infecto, ut in asclite; aut in tympanite: in qua & si sit uetositas; tamen ab aquo sitate absoluitur. quare homines hydropicos tales in furno locant, capite exterius situato: etiam si extrema sic humida, aut tumida forent, cum eo aere resoluunt. quòd, si fortis resolutio queritur, ac exiccatio, cum eo compleri poterunt, ubi conuenienter applicetur. hanc autem conuenientè applicationem medicis relinquo: & his, qui de accidentibus notitiam habebunt, quorum opus prudentia duci debet. hæc pauca de igneo uolo intelligentibus sufficere.

## DE NATVRIS, ET PROPRIETATIBVS

BALNEARVM NATVRALIVM

LIBER SECVNDVS.

### De inuestigatione causarum caliditatis thermarum naturalium. Cap. 1.



H

**NON PARVAM** prouinciã aggredi me sentio, mi illustis domine, cum de naturis, & causis caliditatis balnearum naturalium à me peragendum sit: cū in altera harum rerum plurimos philosophos discordes fuisse me legisse meminerim: nam apud philosophorum Principem suo de proprietatibus elementorum non paucorum philosophorum uarias opiniones recitantur. quas abolere, & annullare omnino enixus est, ut sic inter eas sua elucescat opinio. est equidem horum sapientum discordia, certissimum rei magnæ signum, quæ à philosopho magno sit scripta fuit. uerum alteram, & sensibilem magis, & rudiorum opinionem in medium adducere tentabo: fortassis tibi, mentibusque aliorum gratam magis, quam cum aliis connumerare, non est, quin dealbescam, qui rudissimus sum, ac pene ignarus, & ab eorum opinionibus sic deuiare. uerum, & si in causa caliditatis longa perscrutatione aduersantes fuerint; in proprietatibus tamen, & naturis unius sententiæ fuisse uisi sunt. quamobrem, cum in his prosequi inutile satis esse putem; æquo animo patieris, si raptim illas absque litigio recitabo:

recitabo: nam earum recitatio à me fiet; ut quantum ruditas opinio nostra sapiat, à te melius comprehendatur; cum opposita iuxta se posita magis elucescant. narrabo itaque opiniones, prout in litera Aristoteli iacent, ne in earum recitatione diminutus, aut superfluus esse uidear. Mileus philosophus locutus est in eis: dixit autem, quod causa, qua est aqua thermarum calida, non est nisi per uentum calefacientem in profunditate terræ, & concauitatibus, quæ sunt in uentre eius. quare conuertitur illa caliditas super aquam, & calefacit eam, & sic egreditur calida. Rentiphilus in illo sermone, in quo contrarius est Mileo, & secuti sunt eum multitudo, dixit, terra, quæ illo loco est rara, non coniuictarum partium, uehementis mollificationis, cui est durities, quare ingreditur eam caliditas Solis. ergo calefacit aquam in concauitate terræ in cavernis, & foueis, quæ sunt in uentre. quare illud est causa istius caliditatis. Democritus autem dixit, quod causa in caliditate huius aquæ est, quod in concauitatibus terræ, quæ sunt in uentre eius, sunt montes calcis. cum ergo currit aqua super illam; calefit, & egreditur aqua calida super faciem terræ. Aristoteli. quia ergo manifesti sunt quidam de sermonibus eorum per inquisitionem præsentem; dicam nunc in illo sermone conuenientem ad comprehendendum, quod certum est & necessarium: quoniam aqua currit super mineram sulfuris; quale calefit propter illud, & significatio illius est, quod aliquid odoris sulfuris est inuentum in illa aqua, & quoniam inuenitur in ea sapor eius. exstinguitur autem candela, & remanet cum licynio ex igne, & puluerizatur super ipsum puluis sulfuris, & accenditur, & quoniam conficitur lutum cum napa, & sulfure: & fit ex eo lycinium, & coëburitur. & similiter dicamus in Vulcano, qui est in terra Sicilia, & inter magna maria, quæ illæ concauitates, & illæ ruinae, in quibus sunt ignes, non sunt nisi ex sulfure in uentre illius montis. ergo conflat uentus, & mouetur unda in illo mari: coarctat unda montem, & calefacit propter illud sulfur. & accenditur in eo ignis, & egreditur ex eo fumus &c.

Has autem opiniones argumentis alterare non intendo: sed in mea opinione posituè satis prosequi; eamque suis cum fundamentis ita roborare, ut tua illustris dominatio facile iudicet, si recitatione digna sit, & cum cæteris connumerari. & in eam diuino numine prius inuocato sic prosequar id primum ponens, quod aqua omnis simplex essentialiter summam sibi uendicat frigiditatem. est enim frigidorum primum ut supra Princeps. secundum, quod omnis aqua ab intrinseco calefacta in essentia, & uirtute frigida ponenda est. nam omnis talis sic suæ dimissæ naturæ ad frigiditatem redit, ut experientia comprehendimus. ex quo infertur, quod aqua thermarum sic aliunde calida facta frigida uirtualiter, & natura dicenda est. tertium, quod cum aqua sic in ultimo frigida sit, qualitas sibi in summo disproportionata, quod tantus gradus caliditatis, quantus est caliditas feruens, in ea nisi à summo calido induci potest. ex quo infertur, quod non per uentum calefacientem sic calefit, ut Mileo placuit; cum nihil agat ultra gradum proprium. & hoc suppositum uerum sic superficie tenus contrariè uidetur opinionibus iam recitatis. confidera. quartum, quod potentior est paribus seruatis caliditas siccitati, quam humiditati coniuncta; cum siccitas caliditatem exaëuat, & humiditas obtundat. quintum, quod actualis ignis in aquam ipsam actualiter agens non potest in ipsam intensiorem gradum caliditatis ipsa aqua remanente, quam feruentiæ gradum imprimere. suppositum uerificat experientia. ex quibus inducatur primum, quod aqua thermarum ad tantum gradum feruentiæ à uaporibus calidis sub terra existentibus minime perducitur potest: nam, cum is effectus ultimò sit ignis, neque uapores tales igni in caliditate pares sint ab eis similis effectus in summo minime exire poterit. induceturque: secundò, quod, si sic calefit; hæc caliditas ab igne producta erit. & cum ignis hic eam sic calefaciat; sequitur in uisceribus terræ sic ignem inuenire debere, quod & ratione persuadebo. nunc autem horum uirorum Aui. & Auer. opinionem sequentes præmittamus in mixtis elementa formaliter reperiri, quod eorum autoritate dignum concessione relinquo. arguamus itaque sic. naturæ quidem difficilius est mixtum perfectum in uisceribus terræ posse producere, quam simplex: quoniam non potest absque simplici sic mixtum produci, cum præsup-

ponatur: sed potest natura primum, cum producat aurum, argentum, sulfur, ferrum, nitrum, cæteraque mineralia. ergo & secundum. ergo & ignem, & ultra. ergo in uirtute Solis, & stellarum poterit in uisceribus terræ ignis produci. & extendendo dicamus, quod non solum parua quantitas, sed magna ipsius ignis passo disposito concurrente produci possit. quod si in alienam quis sententiam deuiaret; solis, & stellarum, & naturæ uniuersalis potentiam diminueret. præterea si potest paruam quantitatem in paruo subiecto disposito inducere; quid repugnabit, quod & plurimam in subiecto disposito magno? hæc etiam confirmare uidetur experientia: nam uidemus montes maximos igne in uisceribus eorum existente ardere, ut Aetna, Montibello, pluribusque in montibus in mari existentibus, quæ & si stupenda sunt: illa tamen ac consimilia natura fecit, aut ad hominum utilitatem, aut ad uniuersam pulchritudinem. & stupendum magis facio, quod de corpore Agathæ sanctæ uulgatur: nam cum ignis montis Aetnæ ita augmentatur, ut uersus ciuitatem Cataniae communia intermedia comburendo ueniat, occurrente corpore Agathæ fit cum magna deuotione à ciuibus portato in ignis oppositum, ita ignis retrocedit, ut à corpore sanctæ effugari uideatur: hæc enim est uisa opinio Democriti, qui in assignando generationis calcis causam, dixit ipsam ex lapidibus fieri in uentre terræ existentibus, ab igne sic decoctis ut in fornace, de quo post de calce. facit autem ad huiusmodi ignis intensiorem frigiditas circumstantis aquæ, qua per antiparistasis sic fouetur, & intenditur. quare ut quasi semper thermæ in locis uallosis reperiantur, quæ a quositate non priuantur. unde, si uerba Aristoteli rectè contemplantur; multum ad caliditatem balnearum antiparistasis per aquam frigidam operari non negabimus, iuxta quæ in dubium uertitur.

Nota sanctos multum posse.

An aqua thermarum sit calidior tempore æstatis quam hyemis; cum hyeme sit aquarum inundatio maior, & maiori cum frigiditate coniuncta.

Pro isto dicendum aquam ipsam quandoque calidiorrem, quandoque minus calidam reperiri. cuius causa, ut arbitror, est maior, uel minor antiparistasis. & ut res planior fiat; sic ad dubium respondendo aliquas ponam conclusiones.

Prima. hyeme existente frigida, & sicca antiparistasis debilitatur: nam radii solares, & stellarum per terram penetrantes, contrarium sic fugientes fortificantur. quare terra in profundo calidior inuenitur, ut in dies fossiles terræ experiantur. ex quo infertur, quod cum caliditas illa non sit multum potens; parum, aut nihil adiuuat balnearum caliditatem; ut ad gradum perducatur intensiorem: quinimo uidetur illam potius remittere; cum remissum remittat intensum.

Secunda conclusio. hyeme existente pluuiosa, & frigida antiparistasis fortificatur, aqua frigida sic per porositates terræ penetrante, & in frigidante. ex quo infertur, & aquam balnearum eo pro tempore sic calidiorrem fieri debere. infertur secundò, quod balnea nostra Pataua præcipuè Montis Groti, Sancti Petri, Domus Nouæ, ac sanctæ Helenæ, & Bartholomei, eo pro tempore calidiora esse: de quibus post.

Tertia. æstate existente rabida antiparistasis fortificatur: quoniam frigiditas terræ unitur in profundo contrarium fugiens.

Quarta. æstate ente frigida, & humida, quia pluuiosa, antiparistasis fortificatur. patet ex dictis. ex quo infertur, quod in diebus æstatis pluuiosis sic fortificata antiparistasis aqua thermarum pro tunc calidior sit.

Quinta probabiliter ponitur, quod cæteris paribus fortior est antiparistasis hyemalis æstiuæ. ista conclusio tanquam probabilis posita est: nam uidemus cauernarum aerem tempore æstatis per antiparistasis in frigidari, & tpe hyemis cale fieri. sed mensurare gradum caliditatis cum gradu frigiditatis non est facile: ut. si. quæ earum est intensior gradus in latitudine sua. & id probabiliter dicitur. considera. ubi tñ sit pluuiosa; fortior est hyemalis, & tempore, ut supra. fortassis

De Balneis. X 2 dicitur

dicetur, tempore æstatis porositates terræ sunt latiores, & ex consequenti si pluet; aqua magis penetrabit: & sic fortior fiet antiparistasis. considera. nam experiētia est, quæ de his certum reddet iudicium. absolutè autem sufficiat nobis impræsentiarum aquam aliam quâdoq; calefieri magis: quâdoq; minus, ut est uidere de igne montium nominatorum, qui quandoq; est maior, quâdoq; minor, causa sic aucta, aut diminuta. considera.

Sexta. constitutio aeris frigida ad eorum caliditatem saltem in profundo maiore, siue intensiore fieri non parū conferre uidetur. hæc conclusio ex superioribus deducatur.

Quibus sic positis, ac firmatis id in postremis aperiendū est à nobis, quomodo & aqua hæc ab igne calefit, & feruentiam suscipit. sicq; ut quia quædam sulfurea, quædam aluminosa, quædam salia, sicque de mineris cæteris. dicamus itaq; primū, quod aqua hæc balnearum non aqua est, quæ in uisceribus terræ frigiditate lapidum generatur conuersione aeris in eam: sed aqua est elementalī ab elemento ueniēs nūquā deficiens. secundò est imaginandum in uisceribus terræ terram compactam, & densam, & unctuosam generari cauernosam, & concauitatibus plenam, ad quas aqua ipsa per loca mineralium transiens, & illa secum conducens peruenit, in quibus uirtute circumstantis ignis ebullit, & feruet, unde forte fit partium mineralium sic ab ea cōductarum cū ea commixtio. & sic calefacta aqua, & leuificata, cum qua multi coniunguntur ignei uapores, exitū ad superiora petentes, impulsione succedentis aquæ iuuante, per porositates terræ ad superficiē eius deducitur. unde fons calidus causatur. nec parū adiuuat inclinatio aquæ talis, ut terræ supereminet. hæc aut terra sic concauitatibus plena, bitumen quoddam est unctuosum, & solidum, & compactum: ut propter eius soliditatē, & unctuositatē aqua penetrare minime possit. unde, ut actum, eo in loco sic congregata, eam calefieri, & bullitionem, & feruentiam recipere comprehendimus: intensioremq; caliditatē eo in loco, quā in superficie terræ, ad quam ad nos peruenit recipiens: nam in trāsitu per porositates terræ frigidæ, & ad aerē ueniens, in feruentia sua sic remittitur. neq; repugnat hoc bitumen magis, quā sulfur in uisceribus terræ generari posse. quod, si de pabulo eius queratur; cū rationabiliter uideat deficere debere; sic igne in eo continuè agente; dicendū bitumen illud esse, quod longè, ac quasi perpetuo tempore sua sic uehementi soliditate remanens non deficit, eiq; nutrimentum commune succedit, ne deficiat; cum uniuersalis natura balnea hæc ad mortaliū non paruam utilitatem produxerit de eis non mediocrem curam gerens: cum cætera omnia propter hominem fecerit: omnia enim subiecisti sub pedibus eius: nam, & de stupendis ab ea productis curam gerit. estq; simile, ut de nutrimento addito in uitæ hominis conseruationem: nā aqua illa fluens, & per loca ueniens sulfurea aluminosa, & salia, & huiusmodi, nutrimentum defert ad ipsius conseruationē natura sic de eius conseruatione intenta. & propter simile causam ignis ille non deficit à Sole, & stellis, sic conseruatus. neq; hoc negandum est, quod etiam reperiatur species lapidis, ex qua fiunt lebetes, igni in decoctionibus resistentes sed statim hæsitabitur, ut cur ille ignis non extinguitur; cū euentationem non habeat: cum manifestè cōprehendamus ignem euentatione carentem statim extingui. & ideo carbones conficientes in cumulo foramina multa faciūt, ut ex eis ignis euentari possit: quibus carentibus extingueretur. dicendum ipsum per poros terræ euentari, ut naturalis calor in homine, quæ res comprehenditur, dum homo in balneis est ad usque gulam submersus: nam eo pro tempore ueluti suffocari se sentit. quod, cum brachia in altum eleuauerit; statim refrigerium percipit per poros cutis sic calore euentato. etiam fumi eius cum uaporibus aquæ egrediuntur, neque sic existimandum est ea perpetuo durare: sed ea quâdoque deficere, ut multis in locis Italiæ defecerunt nutrimento deficiente: aut propter ignis continuam actionē, aut in uis oppilatione contingente. compositionemq; etiam ex locis, per quæ transit recipere non negatur, ut Aristoteli placuit. sicque aqua thermarum à loco, per quem defluit, denominationem recipiēs est, ut alia dicatur sulfurea à prædominio, ut aqua thermarū Petrioli: alia aluminosa uel sal

sa, ut balnea Ebani in comitatu Paduano, de quibus suo loco. uerū, si uerba Aristotelis contemplentur; trāsitus aquæ super sulfur, siue per uenas eius, causa est prima, & necessaria caliditatis aquæ. & certè id opinor, ut nulla talis sit, quæ sulfuris uirtute careat. & iuxta hæc opinatus sum hoc tale bitumen non multum in profundo terræ locari: quoniam uerisimile non uidetur aquam per longissimam uia sic per poros terræ frigidæ continuè uenientem in tanta feruētia contineri posse. quod si queratur, cur magis hoc in loco, uel hoc hæc nascuntur thermæ, nonq; omni in patria; dicendum, ut de cæteris effectibus. qui magis in loco uno mūdi apparēt, quā in alio, ut facies latæ, ac compressæ in septentrione, quoniā in Tartaria apparent, nonq; alio in loco. similiterque certis Apuliæ in partibus, cum foetu mulieres animal quoddam pariunt; ut uespertilionem, aut accipitrem, & huiusmodi nōq; in omnibus, certisq; montibus, ac partibus aurum, & argentum, æs, aut stannum, nonq; in omnibus. horum enim diuersorum effectuum diuersus cœli aspectus sola causa assignari posse uidetur. & si dicatur, uidemus apud balneas sancti Philippi fontem unum calidum, alterum ei propinquū ualde frigidum; dicendum ex diuersis locis prouenire, neq; unā ambobus cauernositatem, & uiam esse. & quoniam ista sunt occulta nobis, ac stupenda, & mirabilia; hinc Aristoteles ea facerrima esse dixit. 24. problematum. hic autē modus inuestigandi caliditatis thermarum causam sic positiuè à me descriptus est; quoniam id iudico materia demonstrationē non patiente à contradictione defendi non posse; nam mihi expeditior, & mentibus hominum consonantior uisus est. quare me quisquam non mordeat; cum sic ad inuestigandā aliam, & forte ueriores opinionem causam dederim.

*De proprietatibus simplicium, cōtinens rubricas. 7. Cap. 2.*

*De proprietatibus sulfuris. Rub. 1.*

**S**Ic ieiunè de causa caliditatis thermarum expediti, cōsequens est, ut de proprietatibus earum à nobis agatur quas longe magis à tua dominatione expectari scio: cū ad salutem corporis humani, pro qua à natura productæ fuerunt, ipsa causa accidere magis sentiamus. & cum aqua ipsa ex mineralibus, quæ secum duci componatur, & ab his denominationem recipiat: æquum iudicauī de simplicibus mineralibus ipsis, ex quibus componitur, notitiam prius trade re exposita, quæ de compositis: nam ex una aliam habere cōtingit: neq; una uacante alia perfecta notitia haberi pot. notitia. n. compositorum ex simplicium doctrina necessariò pēdere fatetur. & cum inter mineralia omnia in calefaciēdo aquam sulfur præminentia habere uideatur, ut magno placuit philosopho; cum substantiæ sit aeræ multū, atq; igneæ: ut sic sulfur dicatur quasi solus urens, ut Isidorus; hinc exordiū ab eo inuenimus eius narrando proprietates; ut qualis sit aqua ab eo ueniēs, quarumue sit proprietatum, sic facile intelligat. unde sub areolis eas describā, ut in cæteris actū, id primum asserētes, quod sulfur minerale est terreū, sua in cōpositione multū aereitatis, plurimumq; igneitatē habēs, satis notum, quo nulla quippe res ita cito accenditur. & quā ab alchimistis, ut ab Hermete trimegisto, ut semen ponitur masculinum, ipsumq; cum argento uiuo commixtum, ut cū uxore in oīa illa conuertibile, quæ res non contingeret, nisi merito suæ incōpletæ substantiæ; hinc sub areola prima, quæ est natura, uolo hæc uerba teutonici magni adducere: illaq; areola hoc in loco sufficere. inquit in de mineralibus. sed obseruandum est, quod fumus eius indicat terrestrem substantiā, in ipso esse ualde ignibile, & cremabile. foetor uerò suus indicat ipsum esse ualde indigestū, & nō terminatū: sed potius calore corrupente esse corruptū, quā digestionē cōpletum. & hoc sui incompletio facit, quod potest esse uniuersalis materia omnium metallorū. si. n. esset cōpletum ad complexionem unā determinatē; tunc proculdubio non esset conuertibile ad alia, nisi primò illa tolleret: sed nunc propter sui incompletionem conuertibile est ad oīa, sicut semen, & alia, ex quibus generantur res naturæ. & ideo sagax natura abundat in sulfure, ubicunq; est locus gnationis metallorū. est autem calidum, & siccum ad quartum perueniens, Aui. Electio.

**Electio.** Dioscorides. & melius eo est, quod non appropinquavit igni, clari coloris, splendens, sine lapide. & propter studentes, qui eo frequenter utuntur, hoc addam, & quod missum in ignem, colorem facit uiridem. sed eius quod positum fuit in igne oportet, & eligatur rubeum, in quo est unctuositas. uerum à nonnullis quatuor ponuntur spes eius, quas prosequi, proposito non est necessarium: imo quæ hucusq; scripta sunt, plusquam sufficiunt. quare ad alias utiliores areolas prosequar.

**Operationes.** Est calefactiuum uehementer exiccatiuum resolutiuum, aperitiuum, attractiuum. nō. n. humiditate caret; cum à calido, & sicco dissoluatur: dissolutiuum, consumptiuum, attenuatiuum, & uim habet incorporandi propter alchymistas. ex quibus omnibus facile colligi potest, quātū frugi in ægritudinibus frigidis humani corporis esse pōt.

**Membra capitis.** Epilepticos iuuat: & cum eius suffumigatio resoluendo uaporem, & animalem excitando uirtutem nam in apoplexia suffumigatum potenter uirtutem animalem sopitam excitat. cerebrum ab humiditatibus purgat, ipsum debite administratum. propter quod & catarrhosis ducia eius quammaximè cōfert: his præcipuè, qui ex catarrho humido, & frigido laborant. ualet & potentius neruis humiditatibus repletis etiam cum cera applicatum, aut cū liquore super caput, & nuquam effusum. quare & paralyticos iuuat, & lethargicos. suffumigium eius surditati, & obliuioni maximè confert. quare & aquæ sulfureæ fumus corizā stringit, & cum melle, & aceto ad auris attritionem utiliter accedit. & hic aduertendum est, quoniam mali est odoris. odor quidem suauis, & amenus spiritum uitalem, ac animalē maximè confortat, ac uiuificat. quare malus, & grauis odor ipsos spiritus tristet, & uirtutem deiicit. idēq; eius applicatio capiti prius benè consideretur, quia ex re aqua sulfurea non tantum lædit ut substantia eius. q̄ si cum odorabilibus, & sapore priuatis operari possumus; eligibilis est: foetida n. & grauis, quæ sunt odoris, postergare. considera.

**Membra pectoris.** Confert tussi, saniem de pectore educit; & cum ouo. deglutitum etiam eius suffumigium asthma ti potenter accedit. sed consulo, si fieri potest, q̄ asthmatici alio utantur remedio, quàm suffumigium illius, cuius nocuumentum ego præsent. & hoc loco solatio sè parumper disfgrediar: nam, cum quædam mulier spiritibus immunda esse diceretur; quidam ex nostris spiritus expellere tentasset, & orationes non ualere; ait ego quoq; uos expellam, continuè propinquus eram, & extracto. scarnutio sulfure pleno super ardentes prunas eiecit tenens mulierem super suffumigium illud, clamans, exite in nomine domini nostri Iesu Christi, & ex propinquitate ego illud recepi, & quasi suffocatus fui: ut totus dies mihi sulfureus, ac molestus fieret.

**Membra nutrimenti.** Stomachum confortat frigidum, exterius applicatū; uerum interius assumptum; propterea q̄ eius substantia facile corrumpitur, ac, quoniam grauis est saporis, & odoris, stomacho non gratum; sic non laudatur. quare & aqua sulfurea sic fortassis in potu non est commendanda, de qua post suo loco. uentositates resoluūt iniectum, ac colicam tollit, & renum dolorem ex uentositate uenientem. hepar inflammat: hinc cautè calidis natura aquæ sulfureæ concedendæ sunt, ut post. splenem attenuat, & uentositatem in eo genitam dissoluit. curat icteritiam, quando cū ouo forbili, aut aqua sumitur. hydropisi ex causa frigida exterius applicatum.

**Membra expulsionis.** uentrem stypticat. &, quando mulier prægnans cum eo suffumigatur; educit foetum.

**Apoltemata, & bothor.** Ponitur super adustionem, & ulcerationem. quare & aqua sulfurea ulceribus ualet.

**Membra iuncturarum.** &, quando linitur super podagrā cum nitro, & aqua; confert ei. quare & balneum sic compositum, ut illud de corseno, de quo post.

**Venena.** Veneno resistit, quando teritur, & puluerizatur super locum morsuræ uenenosæ, aut conficitur cū sputo, aut cum uisco, aut urina, aut oleo ueteri, aut melle, aut cum terebinthina, & cum resina. & cum aceto confert puncturæ scorpionis.

**Decoratio.** Quando miscetur cum gummi albotinis; curat scabiem. & custodes pecudum ex sulfure, & pice ouium

**A** scabiem tollunt. & cum resina mixtum scabiem curat in hominibus. & cum nitro si corpus ex eo fricatur; aufert pruritus, & super corpus puluerizatum, sudorem. &, quando miscetur cum resina pini, & aceto; aufert impetiginem mortiferam, & maculas albas, & scabiem ulcerosam. & ex his facile iudicare poterit indagator balnearum sulfurearum proprietates, & operationes. item ligatum in pecia, & impositum in aqua ro. per noctem, & cum eo sic facies balneetur, quando itur dormitum, & in die quandoq; sic pustulæ rubæ faciei dictæ gossioni, aut bothor delet, per me expertū. quibus inducantur iuuamenta, & nocumenta balnearum, quæ sic sulfuræ participant.

#### De proprietatibus aluminis. Rub. 2.

**C**um alumen ad naturam sulfuris accedere uideatur æquum iudicauit de ipso sic consequenter determinare, q̄ substantiæ grossæ, & terres, & igneæ existit, non ab humiditate absolutum. q̄ & si à complemento argēti uiui defuit: ad eius tamen naturam aliquantulum declinare uidetur. est enim ui quadam coagulatum, quæ quidē nō est sulfuris: sed aliquid proprietatis habet cum sulfure. cuius & si plures species sint; tamen à Dioscoride tres famosiores recitantur. una earum est, quæ dicitur iameni, & est alumen aliter scissum nominatum, uel alumen scaiosa. secundā, quæ dicitur rotūdum, & dicitur zuccharinum, in sapore zuccharo similitur. tertium dicitur humidum, siue liquidum, quod alumen de rocha uocatur. & in areolis prosequens sit prima.

**B** **Electio.** Eligatur, ut melius iameni, nouum, album, fortis albedinis, facile se diuidens, habens ueluti capillos albis simos, quos uentus capit, in sapore acre, quod ex Babylonia defertur. & sequens in bonitate est rotundum, & ex eo melius, quod est simile tuciz, naturaliter rotundum, & non artificialiter tale, coloris albi, ad citrinitatem parumper declicans, cum pinguedine quadam, non habens lapides, cito frangibile, & ex Babylonia exportatur. tertium uerò & in bonitate postremum est humidum: & ex eo melius est clarum, habens super se florem similem lacti, partium æqualium, & iuncturarum, & est totum humidum, ex quo exit odor, ut igneus, de quo Theophrastus noster. Ferunt & inueniri alumen humidum: & hoc est sicut bitumen unctuosum quod multum est cremabile deficiens in odore aliquantulum à sulfuris unctuositate, & cremabilitate, quod certè existimo opinionem nostram sequendo rudem illud esse, qd̄ aquam aluminosam ferunt, de qua post.

**C** **Natura.** Calidum est, & siccum ad tertium. Aui. & com bustum in gradu eleuatur altiori: est enim calefactiuum, exiccatiuum. cuius exiccatio est potens ualde. propterea Princeps. Eius stypticitas maior est stypticitate bedeguar. unde Gal. & in eius sapore est stypticitas multa. Dioscorides. uirtus omnium istarum specierum est styptica calefactiua. Ioannitius autem id frigidum, & siccum esse dixit. cuius sententiam experientia quædam sic superficietenus comprobare uidetur: nam, cum ad uini conseruationem ne tempore in calido ebulliat, ab his, qui diligentiam habent de uini custodia, p̄ unaquaq; mēsurā uini; quia pro dolio uno iponit. 3. i. aluminis rotūdi, siue d̄ rocha dicti. quo fit, ut experientia docet uinum à putrefactione sic melius conseruari. quæ res non uidetur ex alio contingere posse, quàm frigiditate & siccitate aluminis ebullitionem prohibentis.

**D** **Operationes, & proprietates.** In ipso est prohibitio, & exiccatio, & prohibet fluxum sanguinis, & prohibet fluxū superfluitatum, & effusionem earū. & aqua, in qua lauatur primum genus, quando est antiquum, & colatur sæpius; efficitur ultra modum consolidatiua, & coagulatiua diuersorum corporum, & propter hoc utuntur ea alchymistæ illalotura, quàm lac uirginis uocant.

**Membra capitis.** Eius decoctio confert dolori dentiū, qn̄ ex eo colluitur os. uisus obscuritatē abstergit, & bothor in facie tollit, ut in pecia positū, & in aqua ro. infusum. gingiuas restringit, à quibus nimia fluit humiditas, uel salua, & præcipuè zuccharinū. &, cū miscet cū melle; cōfert alcholæ. &, cū miscet cū melle, & aceto; dētes cōmotos cōfirmat.

& cum fucto uirgæ pastoris confert bothor, & cursui humiditatum ex aure, & quando commiscetur cum aqua, & linitur caput; occidit pediculos, & lendines, & cimices: & oris foetorem aufert. & est bonum apostematibus fraudulentis gingiuarum, & vuulæ. & ego id expertus sum, cum uino granatorum applicatum inflationes gingiuarum sanat abluto ore ex aceto, & alumine: præcedente tamen appositione uentosarum cum scarificatione circa spatulas, & collum, ualet descensionem vuulæ. Recipe aluminis rotundi, balaustrarum, corticum granatorum acetosorum, rosarum, seminis earum, gallarum, cinnamomi, piperis, pirethri, salis armoniaci ana, item alumen in uino bullitum tepidum gargarizatum in causa frigida. in calida temperata.

Membra nutrimenti. non inuenio à Dioscoride, neque à Serapione, & ab Auicena. in membris nutritiuis alumen proprietatem habere. unde non parum admiratus sum, ut cur balnea della Porretta in passionibus stomachi, ac intestinum præcipuè ex causa frigida uenientibus, tantam laudè, commendationemq; receperint. ego quidem hanc uirtutem eis eorum forti stypticitate sic attribuo. quare stomachis relaxatis humidis sic mirabiliter subueniunt. quòd si in terrogabitur, ut cur sulfurea sic bibita ad eorum commoditatem non accedunt, cum ampliori stypticitate uigeant; dicendum esse puto: quoniam styptica, quæ ad secundum perueniunt gradum, in conseruatione sanitatis stomachi optime ualent, & inter alia principatum obtinere putantur. cumq; sit lapsus ad humidum in eo, & ad parietum relaxationem; tunc potentioribus stypticis egebimus: & cum iam membrum ipsum debile sit natura, ac amplius per accidens sit factum; immoderatam stypticitatem, qualis est, quæ quarti gradus, sustinere minime poterit: cù sic immoderata qualitas actum uirtutis proprium deiiciat. quare media inter secundum, & quartum eo tempore sic sustinebit, & conueniens erit. cæterum aqua talis in eius assumptione, ut sulfuris aqua non horribilem se reddit, & stomacho displicibile. est itaq; stomachi, & membrorum nutritiuorum conueniens maximèque causa infirmante debili ente. ex quibus infert; quòd errorem committunt, qui particulæ patientis, ac totius uirtutem non considerant indifferenter omnes: tales; quia eadem ægritudine laborantes, ad consimilia balnea, ut proficiscantur, consulunt. quare, ut actum, contingit quosdam saluos fieri, & quosdam infirmari.

Membra pectoris. non reperi eum in passionibus pectoris iuuare; uerum sua stypticitate id petente dicere possumus, in emanatione sanguinis ab eo, ubi eius retentio quæreretur, mixtum cum aceto, aut aqua rosæ, uelut gypsum con ferre, sic extra applicatum.

Membra expulsionis. nimium fluxum menstruorum abscondit, & bibitum, & suffumigatum. unde nastale ex eo factum confert fluxui menstruorum, & prohibet imprægnationem, & confert doloribus, qui fiunt in collo matricis, & scissuris eius, & doloribus testiculorum. uentrem soluit bibita, & notabiliter, ut experientia manifestat. sed forte dicetur, cum styptica sit uehementer, quomodo soluit? pro nunc dicatur ipsam à uirtute baurachia non absolui: & de hoc diffuse infra suo loco.

Vulnera, & ulcera. Auicena. cum foece uini aluminis tandem desiccet ulcera difficilia, & herpetem hestiomenu; & similiter cum pondere simili sui de salgemma apostemati corrosiuo, & ualet adustioni ignis. Dioscorides. carnem corrodit superfluam in scabie, & aliis ulceribus. & tu addas maximè adustum in igne. aduruntur autem species istæ omnes, & assantur, sicut assatur, & aduritur colcotar. prohibet ulcera fraudulenta, ne augeantur in corpore. & quando coquitur cum foliis uinæ, aut melle; confert scabiei ulceratæ. & quando coquitur cum aqua, & linitur super pruriturum, aut super unguis leprosos, aut super panaritium, aut super excoriationes, quæ fiunt à frigore; confert. & quando miscetur cum sale, & aceto, & quantitate sui ex gallis confert ulceribus corrosiuis. & quando miscetur duplum eius ex sale; confert ulceribus fraudulentis. puluis eius confectus cum uermibus inuentis in pingui terra impositus ualet ad cancerum. lycinium ex tali confectione intinctum melle, & superasperso puluere aluminis si immittatur, ori-

ficio fistulæ confert: sed prius lauetur locus cum aceto. & hic nota bonitatem balnearum Ebani propter Magnificum dominum Malatestam de Cesenis: de quo infra. & quando liniuntur cum eo apostemata phlegmatica; confert, cõfertque fissuris matricis. & ex his facile iudicare poterit indagator proprietates aluminosarum balnearum, ut de sulfuris supra. & tu considera.

## De proprietatibus salis. Rub. 3.

**E**T, quoniam contingit non raro thermas has falsuginosas inueniri, præcipuè apud Euganeos colles; hinc de sale à nobis agendum erit, cum sal ipse cum alumine conuenientiam non paruam habere uideatur. dicamus itaque, quòd sal terreum corpus est ex cinere adusto aquæ commixto genitum: est enim compositum ex partibus aqueis sine sapore, quæ si sint æquales, falsus perficitur sapor: dominantibus uerò terreis, ad amaritudinem prior. qui prima sui in diuisione diuiditur in salem, panis, sal gemma, salem narcoticum, & salem indum. & sal panis diuiditur in marinum, & mineralem. marinum, quia ex aqua maris fit: & mineralis; quia ex minera uenit, nostro attinens proposito, qui longe fortior, ac suis in operationibus omnibus potentior: à quo aquæ falsæ calidæ egrediuntur, ut actum. & de hoc longius infra. reperiuntur autem salis multiplices denominationes: quorum diuersitates prosequi, & si proposito nostro non sit utile multum, ac attingere non uideatur: tamen, ut tuæ dominationi aliquid gratum scribam semper, quòd maximè studeo; aliqua extranea de sale ipso hic narrabo. differt autem sal, qui ex aqua maris magni Italianam attingit à sale, qui est ex mari Oceano, quòd ad aquilonem est uersus Flandriam, & Germaniam: nam qui ex aqua maris magni, fit in locis, ubi est fluxus, & adsunt reflexiones, est grandineus, magnorum granorum, uelut nix grandinosa: & hoc fit, quoniam aqua illa in foueis deriuata in fundo calore Solis in salem conuertitur. in mari autem Oceano in fundo eius aqua conuertitur in salem. non est autem grandineus: sed globosus, non perlucidus. reperiuntur, & fontes, & putei ex aquis falsis in pluribus locis Germaniæ, & ex decoctione illius aquæ, salem conficiunt. contingit & ex urina hominis, & præcipuè puerorum salem fieri per operationem alchimie: nam urina ut sal mordet, & urit, & à natura salis non multum distans est. quare ex uno in aliud facilis est transitus per decoctionem; cum sal calidior sit urina, & sicior: & sic per actionem caloris urina in salem conuertitur. & ex hoc loco accipe errorem Alchymistarum formarum distantiam ignorantium, qui ignorantes, quòd ille transitus est impossibilis, enituntur tamen formas desperatas sic alterare, ut opinentur ab una in aliam transitum fieri posse, ut stannum in aurum conuerti. sed impossibilitatem talis transitus longo sermone, & ratione ita prosequitur Arist. in Meteor. & artifices faciunt congelationem fere sensibilem artificialiter; quamuis artificialia non eodem modo sint, quo naturalia, nec tam certa, licet propinqua sint, & similia & ideò creditur, quòd compositio eius sit naturalis hoc modo uel uicina huic: sed ars debilior est, quàm natura, nec conuenit eam, licet multum labore. sciant ergo artifices alchimie species uerè permutari non posse: sed similia illis facere possunt, & tingere rubeum citrino, ut uideatur aurum, & album etiam tingere colore, quo uolunt, donec sit multum simile auro, aut æri. possuntq; plumbi immudicias abstergere. unde tamè semper erit plumbum: & si uideatur argentum. sed obtinebunt in eo qualitates alienæ, ut errēt in eo homines: ut qui accipiunt salem, & salem armoniacum. cæterum, quòd differentia specifica, à quo tollatur ingenio, ego non credo possibile, quòd non est uerum, quòd complexio in aliam uertatur. quare illa sensibilia non sunt differentia, qua permutantur spēs: sed sunt accidentia, & accidentales proprietates. differentia autem eorum non sunt cognita, & cum differentia eorum ignota sit; quò potest sciri, an tollat necne, aut quò tolli possit: sed expoliatio accidentium; ut saporis, coloris, pōderis, uel saltè diminutio non est impossibilis; quia rō circa hoc nō stat. cæterum proportio compositionis illarum substantiarum non erit in oibus eadē. hæc igitur in illa permutari

mutari non poterit, nisi forte in primam reducantur naturam: & sic in aliud, quod prius erant, permulentur. hoc autem per solam liquefactionem non fit: sed accedunt ei ex hoc res quædam extraneæ: nam operationes tales fieri debent in habentibus symboleitatem: & hoc consideret Alchymista, & in his prosequi non utile facio. quare ab eorum narratione supersedeo, etiam promissum in areolis prosequens.

**Natura.** Calidus, & siccus in secundo, & quanto amarior, & acutior, tanto calidior: nam diuersitates eius in caliditate ex sapore comprehenduntur. unde mineralior calidior.

**Electio.** Eligatur ad usum humanum sal marinus, qui sic sal dicitur; quia ex igne salit, cum igneus sit: uel quonia solus sit, qui gustui omnium animalium cibaria reddat sapida, ac delectabilia, ut in hominibus, & cæteris animalibus est uidere.

**Operationes, & proprietates.** est calefactiuus, resolutiuus, exiccatiuus, uentositatum disruptiuus: cuius fortitudo operationum est propter resolutionem, & stypticitatē eius & ille, qui est adustus, uehementis est exiccationis, & resolutionis. quare thermæ falsæ multum exiccant. confert putrefactioni, & humorum grossitici. ipsius autem flos est eo subtilior, ex eo quia est adustus. & puluis eius est ipsi propinquus, & ambo resoluunt plus, quam sal, & sunt constringentes nimis. & cauatus est minoris resolutionis, & minus subtilis, nisi sit pauci saporis, sicut aluminosus: ipse enim est stypticus, resolutiuus, & cauatur, quando lauatur multoties, exicat sine mordicatione, & frangibilis, est magis absterfuius. & quando miscetur cibis frigidis, dissoluit eos. sal gemma aut species salis est sic dictū: quoniam, ut gemma resplendet, & ipse uentositates effugat. est incisiuus, liquefactiuus, subtiliatiuus, de quo infra, præseruatiuus, ut in clysteriis, à putrefactione. quare falsa cõseruatur, & corpora, quæ parata sunt putrefactioni, propter humiditatem superfluam, quæ est in eis, & carnes putridas corrodit: maxime quoniam est adustus mordicior, & medicinas debiles in uirtute confortat, & uigorat. quare, cum eis commiscetur, ut in clysteriis. & niger est fortioris resolutionis. & oēs isti liquefaciunt humores congelatos. & amarus est uehementioris resolutionis, & calefactionis. aggregat, & resoluit: & hoc ideo, quia mundificat ex corpore illud, quod est ibi de humiditate adeo, quod non relinquit ex ea aliquid. Dux medicorum in quarto ad Glauconem. Si capis pilces uiuentes, & proiciantur in aqua salita maris mortui, quod aquæ mortuæ nostri dicunt, statim moriunt. hoc autem cõtingere scias: quoniam ex amaritudine, quæ est in eo: quæ quidem inimica est oibus animalibus, & etiã plantis: reddit. n. nutrimentum membris disproportionatū est. n. sapor dulcis ultra modum animalibus amicus: nam sanguis bonus nutritiuus suo in sapore dulcis est. unde Princeps, et stomachus bene dispositus non eligit saporē supra dulcem; est enim illius maris aqua multum amara, & sal, qui generatur ex eo, nominatur sal Sodomæ à nomine montium, qui sunt circa mare illud.

**Decoratio.** Positus cum oleo tepido super combustionem ignis prohibet à uescatione. & cum oleo, & melle mixtus tollit uestigia nigra percussionū. & quoniam miscetur cum oleo, & aceto, sedat pruritū: quoniam cum eo inungitur iuxta ignem donec sudet, & cum sauich ordeis, & melle; idē operat. & cum melle delet pannū. fricatio cum eo adusto est dentifricium bonum mundificans dentes à sorde, & fortius in hoc est sal gemma & cum melle confert sanguini mortuo, qui est sub oculo, & miscetur cum adipe uituli ad bothor, quæ fiunt in capite. & cum melle, aceto, & oleo confert squinantia.

**Membra capitis.** Confert cum sulfure, & melle contritioni neruorū, & casui, & offensionis. & cum oleo coctū, & pauca te rebjnthina super puncturā nerui coecā. & prohibet à spasmo & ab epilepsia. confirmat gingiuā laxā propriè sal gemma. ualet dolori auriū cum aceto more emplastris superpositus. ualet & casui uulæ: et cum melle apostematibus amygdalarū, et cursui humiditātū ad gingiuas, et ad ulcera earū corrosiua: et cum farina, et melle tortioni neruorū, et attractioni lacertorū. clarificat uisum. et cum sale quidē cum oleo, et melle fit emplastrū super oculū, et resoluit obfuscationē sang. cõgelati in eo. et est hæc operatio non nisi experti medici.

**A** **Membra pectoris.** Species quidem salis omnes incidunt phlegma uitreum, & uiscosum in pectore.

**Membra nutrimenti.** Spuma, quæ est super salem salinarum, quando extenditur super corium, & ponitur super splenem; resoluit duritiem splenis. & ideo in casu confert balneum tale, ut de Ebano infra. est submersiuus stomachi. conturbatiuus, præparans ad uomitum, & propriè sal gemma, quo loco accipe si thermæ falsæ potari debent, ut potatur aqua Poretæ, de quo suo loco. uerum sal panis appetitum excitat, & cibum sapidum reddit. uerum confert doloribus stomachi frigidis. & sal gemma mundificat stomachum, & confert dolori eius, & puluerizatum, combustum, calidum orificio stomachi approximatum.

**Vulnera, & ulcera, & pustule.** Corrodit carnem additam confert scabiei ulcerosæ, & impetigini, ulceribus fraudulē lentis, & corrosiuis cum melle. & ex ipso cum aceto fit linitio iuxta ignem, & sudare facit. sedat prurimum, de quo in de decoratione. & quando fit emplastrum cum melle, & oleo, resoluit furunculos. & quando miscetur cum origano, & fermento, resoluit apostemata testiculorum phlegmatica.

**B** **Membra expulsionis.** Omnis sal solutione educit humores uiscosos grossos, & eius eductio est liquefaciendo quod inuenit ex humiditatibus, & post illud stringit. & ideo usus ænematum corpus stypticat. considera. sed sal panis leuem efficit superfluitatum egressionem. & clysterizatus educit phlegma uitreum. quare in habentibus uiscera frigida phlegma tale multiplicantiæ ænemata ex aquis thermarum falsis conferunt. sal gemma quoque potētius est in exoluēdo phlegma uitreum, & expellit humores, quorū eradicatio est difficilis. & quando sumitur in potu cum uino, & aqua; laxat uentrem: uerum est malus stomacho. Aui. Sal omnis facilem efficit superfluitatum egressionem, & descensionem cibi à stomacho. & niger educit phlegma, & melancholiam. & sal quidem ultimus est ad dysenteriam. considera. & adiuuat medicinas resolutiuas ad eradicandam melancholiam, & humiditates uiscosas de partibus membri. & cum menthastro montano, & butyro, & fermento confert apostematibus testiculorum phlegmaticis. & cum menthastro, & melle confert ulceribus nigris.

**C** **Venena.** Et, quoniam principes, & magnates aut inuidia aut inimicitia, & odio à uenenis non raro molestari consueuerunt, sicque diligentes antidota contra ea facti sunt; hinc, cum sal hoc in loco nobis deseruiat; de eo à me agendum sic erit: ut tibi semper complaceam, & de eo magis cum sit nobis maxime cõmunis, ac ueluti semper proximus. fit enim ex eo emplastrum cum semine lini ad puncturam scorpionum. Dioscorides. Aui. Serapio. Et quando teritur, & ligatur in pecia lini, & immergitur in aceto forti, aut miscetur cum aceto ipso, & ponitur super locum, in quo est morsura alicuius ueneni animalis; confert. & cum menthastro montano, & hyssopo, & melle ad morsum habentis. 44. uespæ. & cum oxymelle bibitus nocumento opii, & fungorum mortiferorum. & idem sic ueneno resistit, & cum melle, & uuis pãsis coniunctus carbunculum sanat, siue anthracem.

**Membra iuncturarum.** cum oleo mixtum superpositum confert. & ex his accipe iuuamenta, & nocumenta balnearum falsarum, & aquæ marinæ.

**D** **De proprietatibus Nitri.** Rub. 4.

**N**ITRUM cum naturā salis sapere uideatur; post narrationem de sale, de ipso nitro sic agamus. nitrum à nitra insula, in qua primò inuentū fuit, sic dictū. diuiditur in illud, quod minerale est, & illud, quo d arte fit. & primū attingētes nostro proposito necessariū dicamus, quod Aui. & plures alii eū baurach nomināt, ut Arabici: hoc latinè dicitur nitrum. est autem de genere salis: obscurius tamen quam sal gemma, perlucidum, laminosum, tenue, & igne assabile. & amissa substātia aquea superflua sic efficitur, & est sale acutius: habet. n. tres famosas species à tribus locis famosis nominatas: armenum, uidelicet africanū, & teutonicū. & hoc in loco, qui grossaria dicitur, magis cum abundantia inuenitur; nam pluuia cadente super montem, qui plenus est minera eius, et collocata per montem, cum uenit ad spaciū centū passus in foueā à fossoribus factā, et in ea materia sic in nitrum conuertitur, quod ab incolis existimatur esse sal gemma.



gemma . spuma autem nitri uocata flos nitri est subtilioris substantiæ, & est eligibilior nitro. & melior est, quæ ad colorem marmoris tendit. & est multum frangibilis. & aphricanum cæteris est acutius. & ex eo aliquod album est, aliquod rubeum, aliud puluerulatum, & multorum colorum.

Electio. Auic. Serapio. melius ex eo est armenum, leue, laminosum, frangibile, spongiosum, album, aut purpureum, roseum, uelut spongia foraminibus plenum, mordicatiuum. eligatur eius spuma marmorea, facile frangibilis.

Natura. Calidum, & siccum in finem secundi, & eius siccitas fortasse deducitur ad tertium.

Operationes. Est incisium, abstersiuum, resolutiuum, stypticum. & uirtus abstersiua est maior stypticitate eius, desiccatiuum: quia, si per os sumitur, & bibitur; humores grossos, & uiscosos plus, quam sal subtiliat, & resoluit uentositates cum anetho, aut ruta administratum. Auic. abstergit fortiter, & lauat, præcipue aphricanum. mundificat, excoctat, incidit humores grossos. & in baurach est stypticitas pauca cum abstersione bona propter sui falsedinem, nisi in aphricano.

Decoratio. Attenuat capillos super ipsos puluerizatum. & quando ex eo fit emplastrum; attrahit sanguinem ad illud, quod apparet de corpore, & facit, ut color sit bonus.

Membra capitis. Confert furfuribus: & quando dissoluitur in aqua, aut uino, & distillatur in aurem; sedat dolores eius, & uentositates, quæ sunt in ea. & quando fit alcohol cum melle; acuit uisum. & quando miscetur cum cerotis; & fit inde emplastrum; paralyti, quæ facit declinare caput ad posteriora, & torsionibus neruorum confert. & miscetur cum pasta, & fit panis habenti paralytim linguæ. & cum uino, aut sy. & hysopo confert surditati, & sonitui.

Membra nutrimenti. Commouet nauseam, & uomitum. & ideo ipso non utimur, nisi cum egemus medicina forti. & fit emplastrum cum eo, & ficibus super uentrem hydropicorum, & extenuat hydropisim. hinc accipe balneum nitrosum in hydrope conferre. malum est stomacho ipsum corrumpens.

Membra expulsionis. Soluit, cum supponitur, & quando comeditur cum ruta, & cimino, aut decoctione ruta, & anethi; sedat dolorem uentris pungitiuum: & in hoc uincit sallem. & cum medicinis interficientibus uermes bibitu educit eos. & similiter cum ex eo uenter, & lumen emplastratur; interficit uermes, & sedeat, qui linitus est iuxta ignem. & propter similia, à sale distinguitur.

Vulnera, & ulcera. Confert pruritiui; quia resoluitur cum aceto, & confert scabiei, aufert carnem, quæ crescit, & destruit eam absq; nocumento aliquo. uisum est etiam sanare tibias ulceratas, & tumefactas: si ex aqua eius liniantur, & petia superponatur cum lamina plumbea.

Venena. Bibitu præcipue aphricanum præfocationi fungorum confert ualde adustum, & non adustum: & præcipue quando bibitur cum aceto: & aqua etiam, si fuerint perniciosi, & spuma eius. & ponitur cum adipe asini super morsum canis. & bibitur cum aqua frigida propter potum cantharidum.

Febres. Et si miscetur cum aliquibus unguentis ad igne ante aduentum accessionis per horam in febribus periodicis; aufert rigorem. quibus inducantur iuuamenta, & nocumenta balnearum, quæ sic nitro participant.

#### De proprietatibus Cineris. Rub. 5.

**C**INIS EST ueluti puluis, qui ex adustione aut lignorum, aut alterius rei ressecatur: in quo etiam humiditatis est priuatio, qua flamma amplius nutriripotest. quibus inducatur, quod est quoddam terreum, in quo remanet impressa uis ignea, & fumosa. & cum pars ista subtilis sit ex commixtione eius cum aqua; sic recedet remanente parte terrea, quæ est debilior, & sic remouetur acuitas eius. quare cinis sic redditur absque mordicatione exiccatiuus. diuersificatur autem in genere secundum diuersitates rerum, à quibus deceditur: ut cum ex lignis quercinis, aut ex gallis factus fuerit; inde redditur magis stypticus, & ex lignis salicinis minus. quod si ex ficu arbore factus fuerit;

**E**ibi aderit multa adustio, & abstersio. quando itaq; cineres lauantur: terreum frigidum remanet absque mordicatione exiccans. & hoc notent chirurgici, ut statim. & dixit Dioscorides. aqua cineris ingreditur in putrefaciētibus, & adurit sine dolore, & est abstersiua.

Electio. Eligatur secundum diuersitatem intentionis habitæ, ut ex lignis magis, & minus stypticis calidis, & huiusmodi.

Natura. Cinis & si partes terreæ in massa uincant; igne tamen derelictæ in uigore eas superant: & si subtiles sint facile resolubiles. propter quod existimo eos calidos esse ad secundum: nam aqua, quæ distillatur ex cineribus, acuitate habere sentitur. & calidior, quæ ex arbore ficus fit: siccus in secundo usque ad tertium. unde eius stypticitas est fortis.

**F**Operationes. Omnis est abstersiuus, exiccatiuus, quamuis diuersificetur, ut actum. & ablutio minuit eius abstersionem, & acquirit ei glutinationem, & exiccatione sine mordicatione. aqua uero cineris ingreditur in medicinis putrefaciētibus. & fortior earum est aqua cineris ficus, & ex lacticiinis. & abstersio reliquarum aquarum cineris, & siccitas sunt minores, quam istarum duarum. & cinis lignorum stypticorum, sicut quercus, & reliquorum stringit sanguinem.

Membra pectoris. Cinis almezereon confert squinatæ.

Membra nutrimenti. Aqua cineris arboris ficus domesticæ, & siluetris, in qua stetit cinis ipse pluribus horis, deinde colata, hydropisim confert, si spongia in ea infusa super tumorem ponitur, sicq; tumores tibiæ equorum remouentur. & tu considera.

Membra expulsionis. Aqua iã dicta, & securior ex quercu arbore, uel ex glandibus facta clisterizata confert ad ulcera intestinorum. unde Dux medicorum. Et ego restrinxi sanguinem cum his cineribus.

Vulnera, & ulcera. Et confert usus eius ad ulcera fraudulenta, & corrodit carnem, quæ crescit in ulceribus, & in carnat, & consolidat.

**G**Venena. Et si bibit eam, cui in potu datum fuit gypsum, & ille, quem momordit rutella; confert: faciunt enim hoc omnes species cineris, & proprie arboris glandium: & sunt omnes stypticæ. quibus inducantur iuuamenta, & nocumenta balnearum, quæ sic cinere participant.

#### Dd proprietatibus calcis. Rub. 6.

**E**T, QUONIAM calx, ut Dux medicorum uoluit, species est cinerum; post capitulum de cineribus capitulum de calce faciemus dicentes, quod lapis est adustus, ex cuius commixtione cum arena, & aqua fit cementum. & hæc uiua dicitur. unde Dioscorides. quædam fit ex lapidibus, quædam ex conchiliis marinis, quædam ex marmore. quando autem hæc comburuntur in igne, donec fiant alba intus, & extra; fit calx. quo ex loco accipiatur: & cum Democritus, ut actum, asseruit, montes calceos in uentre terre inueniri, super quos aqua defluens caliditatem fortem acquirebat, ab eoq; sic in uentre terre ignem reperiri negatum non fuisset; cum calx ab igne producat: ut etiam Dioscorides scripsit.

**H**Electio. Melior omnium est illa, quæ ex marmore fit, & pro structuris eligatur, quæ ex lapide duro fit. pro tectis autem eligatur, quæ mollior.

Operationes, & proprietates. Est calefactiua, exiccatiua, inflammatiua, mordicatiua, cauterizatiua, adustiua faciens escharam, maxime quæ in fornace fit. uiua autem, quæ. si in fornace non fuit, cruda à quibusdam appellata, post extinguitur, facit cum hoc adustionem, dum est nouiter extincta. sed post duos, uel tres dies minuitur uirtus eius, & quando abluitur; cessat hæc operatio ab ea, & mordicatio eius remanet in aqua, & aqua eius fit putrefactiua. & sic fit calx exiccatiua sine mordicatione. & cum bene lauatur, et sæpe non habet mordicationem omnino. Et dixit Dux medicorum, quod calx est ex speciebus cineris, et est subtilior, quam cinis lignorum. et hoc accidit propter nimietatem ignis, quæ necessaria est adustioni lapidis plus, quam lignorum, antequam fiat cinis. et, si lauatur cum aqua marina; resoluatur resolutione forti. et, si miscetur cum axungia, et oleo; fit

fit maturatiua, mollitiua, resolutiua, incarnatiua, consolidatiua. & oportet, quod scias, quod calx noua uiua, quam non tetigit aqua, est illa fortior, quam aqua tetigit. abscindit fluxum sanguinis.

Natura. Calida est, & ea ad quartum. Platearius. sed una est altera fortior, acutior, & calidior, & præparatio de sua acuitate tollit: & addit, ut ex habitis manifestum est.

Vulnera, & ulcera. Corrodit carnem additam, & abluta consolidat, & confert adustioni ignis, qua ex re apothecarii in conficiendo unguentum de calce, quo in adustione ignis utuntur medici, prius ipsam benè, ac sæpe lauent. & uiua melior, & mixta cum oleo uulneribus putridis, ac pustulis confert. uulnera, & incisiones consolidat. & si carnem corrodit superflua; eam etiam in uulnere crescere non permittit.

Decoratio. Calx uiua cum auripigmento, & aqua ad modum pultis decocta pilos cadere facit. & sic suo acumine poros aperit, quibus colligantur iuamenta, & nocumenta balnearum, quæ sic calce participant.

## De proprietatibus Gypsi.

Rub. 7.

**E**T GYPSVM agredientes dicamus, quod gypsum terra est quædam glutinosa à quibusdam speculum dicta, quæ propter sui malitiam ut post nō nisi ad extra ministratur.

Natura. Frigidum est, & siccum, & minerale longe frigidius. infrigidat, & exiccat, quam quod combustum fuit, quo utuntur ad fabricandum Domo Bononienses, cæteri; tales, quibus magna est apud eos copia. & certè opinor, quod eius frigiditas non parua sit: & secundum fortassis pertransiens gradum.

Operationes, & proprietates. Est desiccatiuum, conglutinatiuum, oppilatiuum; eo quod facit partium aggregationem. & ponitur super pectus in fluxu sanguinis cum medicinis siccis, ut cum aceto, & stringit eum, & commixtio albuminis oui cum eo bona est. est autem in eo stypticitas cū glutinatione faciens adhærere, & quando adurit, subtiliatur, & additur eius desiccatio; simul minuitur uiscositas, & efficitur stypticum, præcipuè cum aqua, & aceto mixtum.

Membra capitis. linitum super frontem cū aqua, & aceto, aut pileo super caput facto ex eo fluxum sanguinis ex naribus retinet. & mixtum cum bolo armeno, aut aqua mirri, & aceto. & miscetur cum albumine oui ad ophthalmiã.

Membra pectoris. In fluxu sanguinis cum aqua, & aceto mixtum, & cum petiis superpositum; confert. & est operatio prudentis medici: & indifferenter unde cunq; fluat; nam id in diebus meis uidi, ex applicatione eius cum aceto ad caput inde corporis mollificationem sequi.

Membra expulsionis. mixtum cum medicinis ad hoc fluxui antiquo intestinorum, & ulceribus eorum confert. & consimiliter ad fluxum menstruorum iuuat.

Venena. Est ex summa uenenorum præfocantium, unde Dioscorides. quando bibitur, occidit præfocando. & tu quoque considera bonitatem, & malitiam aquarum putealium Bononiæ: quoniam omnes gypseæ sunt. & quam facile foret maliuolæ animæ uxoris coniugem interficere: cum semper sibi paratum sit uenenum. quibus inducantur iuamenta, & nocumenta balnearum, quæ sic gypso participant.

## De proprietatibus Ferri.

Rub. 8.

**E**T, QUONIAM inter balnea, quæ naturam uerorum mineralium sapiunt; commotiora sunt ferrea, quam ænea: hinc de ferro prius: & si apud ueteres nostros de ære prior fuerit notitia: nam terram ueteres nostri ære prius foderunt, quam ferro, & bellorum certamina expleuerunt. fuitq; apud eos tanta olim æris dignitas, ut aurum, & argentum spernentes illud magis excoluerint: sic. n. ætatis uarietas, & temporum res ad usum mortalium accommodata electas: nunc in honorem, nunc ad dedecus aliquando perduxit: non. n. eorum iudicia uoluntaria in rebus omnibus sic stabilire se potuerunt. &, cum uilissimum sit metallorum, de eo posterius agendum erit. generatur au-

**A**tem ex argento uiuo terrestri ponderoso lutulento ualde immundo, & ex sulfure immundo terrestri, sulfure dominante. propterea est inflammationi paratum. cuius uirtus conuertit argentum uiuum in ferri speciem. & ideò squamosum est. & de facili rubiginem contrahit propter sulfuris adustionem. & forsitan pars terrestris sulfuris est attramentosa. propterea limatura eius confert ad nigredinem encaustri: quoniam ab humore unctioso non est purgatum. & ideò facilis est adustionis. cuius signum accipiat: nam, cū pinguedo superponitur ei, ut sepum, uel pix, id aperit: ita quod stannum superinfusum eidem substantiam eius ingreditur. post cuius ingressum ita frangibile efficitur, quod ex postea fabricari non potest. adustio autem terrestris substantiæ pinguis probatur per multam scoriam, quæ ab ipso separatur: & maximè per hoc, quod frequenter ut quædam grana nigra in terra effunduntur. quibus accipitur, quod non funditur ut cætera metalla: sed tantum mollificatur, quod existimatur ex terrestritate eius euenire: ut quoniam caret substantia aerea, & humida aquosa plus cæteris metallis.

**B** unde Hermes tardæ liquefactionis in ferro causam efficit terrestritatis partium eius prohibens fluxum. in igne tamen magno cum sabulo, & sulfure aspersum distillatur, & depuratur. & ex eo propter ipsius duritiem fiunt instrumenta: ut incudines mallea, & cætera, quibus cætera laborantur metalla. siccitas autem eius ad fortitudinem acutorum angulorum operatur. propter quod fit incisuum, perforatiuum eorum, quæ incidi, & perforari habent. & ferrum à feriendo dictum est: sic. n. sua duricie, ut actum est, omnia alia metalla ferit, domat, & concutit: dilatat, & comprimit. &, quoniam extinctio eius in aquam ipsum nimium indurat; hinc qui uoluerit ipsum mollius reddere, cum oleo temperet. ferrum ex sanguinis contactu rubiginem contrahit. &, cum eius substantiam subintrauit, uix remouetur. quare stipendiarii cum percusserunt gladio, illico illud mudent. unde Isidorus. A ferro, inquit, sanguis humanus se ulciscitur: quia de nulla re alia ita cito per rubiginem consumitur, sicut quando humano sanguine perfundatur. adamas autem ipsum attrahit, & ferrum attractum mediante uase argenteo, & æneo ipsum sequitur, subiicitur, & obedit. & quod tibi placere scio, hoc adiiciam scitu iocundum. si alumine, & aceto politum ferrum linitum fuerit; rubigine carebit, item de cerusa, aut cerui medulla si linitur. &, quamuis infirmum metallorum ponatur; non tamen sic spernendum esse puto: nam eos non accuso, qui ferri plus, quam auri dignitatem excoluerunt: ipsi nanque grandes ferri utilitates considerantes sic id magnificauerunt. res nanque publica absq; ferro tute non agitur. neque sine eius motu securitas hominibus habetur. ferro cõmunis iustitia regitur, tuetur innocẽtia, reproborum audacia metu ferri coercetur, sine ferro nullum mechanicum opus fere perficitur, nullum contrahitur ædificium, agricultura nullatenus exercetur. quare, ut Isidorus ferrum dictum: quia farra, idest semina nostra condit: nam panis, cæteraq; talia ferro uacante congruè ab hominibus non uendicantur. cæteraq; metalla, ut actum est, ferro domantur, & ad humanum usum rediguntur. et scoria ab eo per decoctionem uenit: cuius utilitates suo dicentur loco.

**D** Calybs autem ferri species alia non est: sed eius subtilior pars, et aquosior per distillationem à ferro extincta. quare sic per uim ignis durior fit, et opacior: et propter partium subtilitatem, quæ duriores efficiuntur, quando uruntur. estq; albius propter maiorem à terrestritate separationem. et, cum nimis induratur, scinditur: et percussus diminitur propter nimiam sui desiccationem. est uerò diuersitas aquæ in desiccando plus, et minus. unde fabri quærent specialiter aquam, in qua ferrum extinguant: ex quo conficiunt gladios: nam, cum candet, et in aqua mittitur; induratur: eo quod calidum frigiditatem aquæ fugiens ad interiora ferri conuersum, in ipso materiale, uel naturale humidum consumit. cuius consumptione magis, et magis induratur. quibus fabri accipiant, quomodo instrumenta ferrea molliora, ac dulciora, et duriora ab eis fieri poterunt: et ad id, quod de eo dictum est, sic aduertant.

Operationes, et proprietates. Est infrigidatiuum, exiccatiuum,

Vt ferrum  
rubiginem  
careat.

Utilitas ex  
ferro.

catiūm, stypticūm .quare aqua, in qua extinguitur, styptica redditur, & exiccatiua, & magis illa, in qua calybs extinguitur. & pariformiter scoria eius styptica. & est ziniar fortioris exiccationis omni scoria. & plurimi medicorum utuntur ea aqua ad desiccationem, & ad stypticandum, & prohibendum fluxum humorum: quinimo & intestinorū, ad bursam sic continuata embrochatione ex ea cum spongia super locum rupturæ.

Natura. Frigidum est, & siccum. & maior est sua frigiditate siccitas. quare redditur plus stypticum, quam infrigidatiūm. gradus autem in frigiditate eius, ut existimo, ad secundum peruenit, & sua siccitas cum multa participet terrestreitate; ad tertium.

Membra capitis. Quando teritur ærugo ferri cum aceto forti, & coquitur in ipso; est illud acetum medicamē saniei antiquæ currenti ex aure: & confert asperitati palpebrarū, & unguæ oculi. & ærugo stringit gingiuam.

Membra nutrimenti. Vinum, & aqua, in quibus extinguitur ferrum cadēs, confert apostematibus, & duritiei, et tumori splenis, & molliciei stomachi, & debilitati eius, & fluxu, qui fit à stomacho, corroborat stomachum relaxatū, & debilitatū maximè à cholera, & si extinguitur in uino cādens; confert uinum illud hydropisi, & colicæ.

Membra expulsionis. Confert uinum illud fluxui urinæ, fluxui menstruorum, & relaxationi ficteris, & egressioni ani, & distillationi urinæ insensibiliter. quando ex ærugine ferri sit nastale; stringit fluxum antiquum matricis. confert fluxui hæmorrhoidum.

Venena. & quādo datur in potu scoria ferri, cum squinia bin. i. melle ros. resistit ueneno plantæ, quæ dicitur aconita unde Naso. Miscent aconita nouercæ. & scoriam ferri non deserentes dicamus, quod apparet est contradictio Principis ad Gal. inquit Dux. Omnis scoria desiccatione forti, nisi quia scoria ferri est debilior aliis. & Princeps. scoria fortioris exiccationis est scoria ferri. & , quando ad tertium peruenit gradum in exiccando, sicq; ferrum terrestrius auro, & argento. hic textui Principis plus adhæreo. & forte textus Ducis corruptus est, neq; à caliditate absoluitur. unde resoluit apostemata calida. scoria ferri stomachum confortat, & exiccatur superfluitates eius, & confert suæ molliciei: sic cum uino antiquo potata. & si bulliat, & in eo fiat sessio; confert fluxui hæmorrhoidum, & abscindit fluxum sanguinis menstrui. & est in eo ultima: & similiter in urina. & coarctat anum linita. limatura autem ferri mala est stomacho excitans uomitum: & aliquando sic ad mortem perducit. uerū puluere adamantis, uel aqua, in qua per noctem iacuerit, eius uiolentia reprimitur. quibus accipiuntur iuuamenta, & nocumenta, quæ ex aquis thermarum ferrearum eueniunt.

#### De proprietatibus æris. Rub. 9.

COMPOSITIONEM, & materiam æris dicere uolentes, ut eius natura facilius intelligatur; supponamus ex principiis artis metallum omne ex sulfure, et argento uiuo componi: nam metallum est ex argento uiuo plus, quam oportet, aliquantulum habens per commixtionem sulfuris ad formam ruboris deductum; hic enim rubor acquiritur per adustionem fortem substantiæ sulfuris fœculentæ: nam per talem accensionem sic argento uiuo commiscetur. propter quod ab ære multum fœcis resoluitur, & in igne multum euaporat. æris multæ scribuntur species, quas negotio nostro inutiles relinquo ad naturam eius meconuertens.

Natura. Calidum est, & siccum ad tertium.

Operationes. Est calefactiuum, exiccatiuum, & absterfium, resolutiuum, incisiuum, stypticum, acutum, incarnatiuum, & maximè ustum. & ablutum melius corporibus mollibus: & non ablutum uerò corporibus duris. & squamma eius, siue batitura est subtilior, quam substantia eius. & est subtiliatiuum, constrictiuum ulcerum, mundificatiuum, & incarnatiuum, consolidatiuum, carnem diminuens superfluum, non permittens eam augeri. & abluatur sicut tutia, uel climia; quia mutatur aqua eius sæpe: quia usque ad uices

quatuor, & usque ad quinquies, aut quousque non natat super aquam aliqua fordices. & scoria eius similiter abluatur & scribitur solatiofum, quod si cum forpicibus de specie eius, quæ nominatur talacon, fiat pilorum incisio, eorū ortum prohibet: iuuenulis gratum, barbitosoribus inimicū.

Membra capitis. Confert duricie palpebrarum, & uisum acuit suis cum canonibus administratum. carnem superfluum corrodit in naribus ortam, aut in ano.

Membra nutrimenti. Confert hydropisi, maximè laxando uentrem, ut statim.

Vulnera, & ulcera. Prohibet ulcera corrosiua ambulare, & ea incarnat, & consolidat, & mundificat, & flore eius medici in eorum unguentis ad fistulas curandas utuntur, ut in unguento ægyptiaco, & huiusmodi.

Membra expulsionis. Solut aquam citrinam, quando cū melle bibitur absq; nocumento. & dosis est aureus unus, & medius. & quando sumuntur ex eo quatuor anolofat, laxat chymum grossum. sed hæc omnia peritia medicorum expertorum indigent.

Venena. Auicenna. oportet quidem, ut caueatur usus dimittendi illud, in quo est falsedo, aut amaritudo, aut pinguedo; sicut sunt olera, & carnes, aut acetositas, aut dulcedo in uasibus æris, & bibendo cum eis: ipsa. n. transmutant procul dubio zinzariam. & zinzar est uenenū. quibus tua accipiat dominatio, quanto errore ducuntur mortales, qui aquam, quam bibunt, qua ue cibaria, ac carnes decoquunt, oleumq; in uasis æneis etiam longa cum mora seruant: is enim omnium fere Italicorum mos est. & ut cautior, doctiorq; fias; id philosophi, quod supra de compositione cacabi in de balneo aereo scriptū est, relege: ubi uasa ænea sic damnantur: nā hæc tibi lectio repetita delectabit. ex quibus iuuamenta & nocumenta balnearum ærearum sic plane accipiuntur.

#### De naturis, & proprietatibus balnearum naturalium

continens rubricas. 24. Cap. 3.

SARTIS, atq; etiam satis de mineralibus balnearum compositionem à nobis scriptum esse puto: quarum perlucida, & ad summum clara doctrina absque simplicium exquisita notitia haberi, enucleariq; minime potuit. id tamen facile intelligo à nonnullis de eorū prolixitate sic accusari me debere. uerū, ut actum, cum in eis plurimi cōtingant errores: ut sic facilius aperiantur ad mortaliū salubritatē, non ad mordendos alios eorum longitudini sic locum dedi: ut quantā etiam composita balnea uim habeāt, sic clarè, distinctè, & indiuidualiter intelligatur; cū orta suis attestentur principiis: primitiuorū nanq; naturā deriuatiua tenet. idq; à me actū esse intelligatur; cū plurima in eis recitata, quam delectabilia illustri domino meo, quaq; pergrata cognouerim. & his sic finē faciens ad instituta prosequar. & cum sæpe mentem reuoluerem, an extranea domesticis antepōnda forent; id mihi honestius esse uidebatur extraneis domestica præferri debere. qua ex re cum Patauus sim; de balneis in comitatu Paduano à me prius agendum erit de balneis Ebani exordium primum faciens.

#### De balneis Ebani. Rub. 1.

CVM actū sit sulfur caliditatis balnearum causam primā esse, ut magno placuit Philosopho; hinc à sulfuris Patauis exordiū à me primū esse debebat. uerū, cū ex ipsis septē, quæ in comitatu habent; illud antiquis scripturis famosius inueniā, quod apud nos de Ebano nominat iuxta illud Lucani. Euganeo si uera fides memoratibus augur; Colle sedens Aponus terris, ubi fumiger exit. sic de eo prius agemus, ob quod sic memorandū uirtus excellētia dignitas, ac per orbē totū diffusa, & gloriosa fama Petri Aponēsis cōciuis nostri sic me cōpellit. & si uulgatur cōuicinos sibi iuicē odiosos fore, ego quidē cū domū olim suę domui cōtiguā, ppe teneā; sua singulari uirtute captus, cuius est ad amorē hoies allicere, sic de eis et in eius memoriā primum sermonē faciā. uerū ut breuioribus, quæ à me dicenda sunt absoluā; generalia quædam præmittere intendo, quibus his & omnib. thermis à me sic in generali satisfactū esse putat.

Dicamus itaque, quod thermæ omnes aliquid de sulfure participant, uerū secundum diuersas earum mineras suis in uirtutibus nuncupatione diuersificantur. & omnes sunt

sunt calefactiuæ, exiccatiuæ. qua ex re febrientes ex inflammatione, aut caliditate hepatis uexati ab eis fugere debent. & est ueteris nostri Aliabatis sententia sua parte secunda. & certè hoc in loco non tacebo errorem illorum, qui tales ad balnea assumenda consulunt, unde error priore deterior consequitur, ut meo in tempore uidi. estque in balneis naturalibus una laus, quæ non est in aquis stupharum: quoniam in eis est liberior anhelitus. propter quod asthmaticis, & stricti pectoris persuadenda magis sunt. sententia est Principis. 14. tertii de hydropisis cura. capiunt itaque diuersitate minerarum diuersas proprietates. unde alia omitendo balneum de Ebano aggredientes dicamus primum.

Quòd balneum Ebani balneum est à ciuitate Paduæ quinque miliaribus distans in confinibus ruris Ebanum dicti: rus quidem olim magnum, ac potens apud montes situm: in cuius planitie quidam minimæ altitudinis monticulus existit, à quo plures riuuli defluunt: sic balnea plura constituit: nam in transitu aqua fontis sic in caliditate remittitur, ut in eis homines balneare se ualeant. locus autem is à uallibus semotus est, & terra fructuosa circumdatus ex omni plaga liber, & si monte Danielis Sancti uersus occidentem parumper cooperiatur. nam is monticulus paruæ altitudinis existit. est autem locus, & habitatio sanitati hominis conformis, ac delitiosus. quæ res certè, ut opinor, non negligenda esse debet ab his, qui ad balnea proficiscuntur. locus tamen uentosus est. qua ex re cum balneati, balneum egrediuntur, muniti, & clausi stent: ne sic porositate apertis penetrando non offendat aer. uerùm ab eo fonte, & balneis hinc inde aqua fluens sic in foueis retenta aerem alterat, quæ fortassis causa non raro existit, ut sic ad ea trãseuntes prætermisso regimine debito infirmetur, de quo infra.

De minera eius. Aristo. suo de proprietatibus elementorum duo inter cætera notauit, quibus minera balnei cognosci habeat: color uidelicet, & sapor nam de alembicatione & huiusmodi infra dicitur ultimo capitulo, in quo ostenditur etiam alios sensus concurrere: aqua. n. balnei huius in sapore salsa, & aluminosa comprehenditur, & uisu quadam parte sulfuris participare, & cinere: nã in incessu eius per riuulos quosdam lapidosos ab eius fœculenta parte productos maxima comprehenditur eius pars aluminosa, & salsa; parua autem sulfurea: nam color croceus sulfureus licet superficialis his in locis sic apparet, ut hi comprehenduntur colores diuersi: ut in Iride tres comprehendimus colores, croceum uidelicet, & rubeum, & uiridem quòd si plurima pars sulfurea foret; cum multa uiscositate sulfur participet, & plus cæteris mineralibus de colore citrino, sic apparet, quòd uisus falsum iudicat. præterea ex odore, cù inter cæteros mineralium eius odor grauissimus sit; hoc sensu odoratus comprehendemus, quòd minimè contingit: nam in balneis à prædominio sulfureis hæc duo comprehenduntur, color citrinus, & odor sulfureus, ut in balneis de Petriolo, Siculis, & cæteris talibus. qua ex re ea balnea sulfurea minime dico, sed à prædominio aluminosa plus salis, quàm sulfuris adhuc participantia: & proportionabiliter uires, & proprietates in eis habitare. propter quæ ea de simplicibus mineralibus memorata discurremus. quibus inferitur, quòd qui existimauerunt ea à prædominio sulfurea, malè opinati sunt. fuit enim aliquorum opinio balnea omnia Paduana eiusdem esse minere, quam non accuso: cum omnia fere sibi inuicem propinqua sint, & quasi uno aspectu participantia: nam ea salsa nitrea partim gypsea, ac cinerea pronunciauerunt omnia. & iam semper recolendæ memoriæ uir doctissimus, ac prope alter philosophus Ioannes de Dondis Patauus iuxta balnea montis Groti, & balnea Sancti Petri: de quibus infra domum contruxit, ac instrumenta præparauit, ut ex ipsa balnearum aqua salem albissimum conficeret, & in quantitate notabili. quòd opus efficax argumentum fuit, ut sic opinaremur balnea illa cinere, & sale, ac gypso participare: nam, ut actum, nitrum naturam salis sapere uidetur, & cinis, cum ipse cum aqua salem conficiat. addo præterea, quoniam uidemus in balneis sic sulfureis ingeniari homines sulfur cõficere, ut in Petriolo, & in balneis siculis. in his autem hoc minime fit, aut fieri potest: quoniam, si id fieri possibile fuisset; uirum tanti ingenii

A opus hoc non latuisset. & quoniam ut ex sententia Aristo. dicebatur, omnia talia aliquali sulfure participant; & hæc aqua Ebani ab ea sic uacua non sit; neque in sapore sulfuris comprehendatur: sed cum sulfure sic participet, facillè sic mihi persuadeo ipsam magis aluminosam esse. quòd autem aliquid calcis sapiat, non nego: quoniam calx, ut actum, species sit cinerum. uerùm, cum multo colore citrino, ac odore, & sapore sulfuris omnino priuata sit; arbitror dicendum nequaquam à prædominio sulfuream esse: nam in sulfureis à prædominio hæc tria simul reperiuntur, ut in balneis Petrioli, & Siculis est uidere. præterea cù sulfur multum habeat de unctuositate, & aereo, ut de ipso actum; aliquid eius in superficie aquæ comprehenderetur: quòd in igne missum arderet, ut in cæteris talibus, quòd minime in ea reperitur: ipsa. n. clara est, & ab omni unctuositate, & citrinitate purgata. quibus relinquatur salsa, & nitrosa, ut sapor eius manifestat. aluminosa magis, ut in riuulis comprehenditur: cinerea, ex adustione, & à sulfure, ut cætera non absoluta. & huius opinionis uisus est esse Gentilis: sed de hoc magis infra in de balneo montis Groti.

B Electio. Tempus electionis harum balnearum est à principio Madii usque ad medium Iunii, cuius temporis constitutionem balneandus considerare debet, ne nimium frigidum, calidum, aut uentosum, uel pluuiosum sit, quibus ex rebus & aqua, & ipse non parum pro tempore alterabitur, ut ex eo contingat homines, quibus non est aduertentia hæc, persæpe infirmari, ac mori. de quo post in de obseruandis pariformiter à medio Augusti usque ad finem Septembris. & laudandum magis est balneum aeri expositum, cuius uapores exhalant, & Solis caliditate purificantur, ac bonificantur. in quo & balneantes liberiores habent anhelitum, neque suis, & clausis uaporibus caput læditur eorum. quòd si temporis fuerit notabilis alteratio a pluuia, aut frigore, uel uento ueniens: & necessaria si fuerit balneatio, eligatur tina, in qua ponatur aqua balnei calida: etiam si fuerit oportunus ignis accendatur in camera. & hoc in loco, & in sequentibus talibus hoc uolo nobis satisfacere.

C Natura. Calidum est, & siccum, & usque ad tertium calidius, & minus calidum actu redditur distantia maiori, aut minori ipsius ad fontem: & quando stetit clausum, aqua fontis sic ad eum non fluente. quare & aera, & inclinatione ipsius aquæ ad frigiditatem in caliditate remittitur. quòd, si alumen in caliditate, & siccitate ex aquæ commixtione remitti deberet; tamen ob caliditatem ignis, & eius siccitatem sic intenditur. unde aquam fontis talem in quarto pronuncio; cum potenter sic uesciatiua, ulceratiua, & adustiua. est autem in tertio gradu sic graduanda: ut quandoque ad usque quartum enuncianda sit. ex quibus colligi potest, quòd ad secundum quandoque perducitur frigiditate aquæ intranea, qua sic ad frigiditatem sibi consuetam, & naturalè suæ dimissæ naturæ se deducit, iuuante aere impressam ignis caliditatem corrumpente. uerùm magis enuncianda est exiccatiua, quàm calefactiua. quibus inducitur, quòd cum aqua illa caliditatem sic in uigore Solis, & stellarum acquisitam amiserit, quæ dici potest uiuificatiua, si iterum igne calefiat; suarum proprietatum ut prius nequaquam erit æquè productiua: nam caliditas sic ab igne in ea impressa adustiua humanæ complexionis est contraria, aut non æquè conueniens, et symbola, ut quæ est Solis, et stellarum, quæ ad hominis generationem, ut actum, miro concurrunt modo. quibus inducitur aquæ balnearum de loco ad locum transductæ paruam, aut nullam efficacem operationem habere. locus est speculationis. speculentur itaq; hi, qui in Ferraria et alibi, aquam Poretæ portant.

D Operationes, et proprietates. Mistas autem has scribere oportet; cum mixtionem suorum simplicium, eorumque uirtutes, ac proprietates sapiant: est. n. balneum hoc calefactiuum, exiccatiuum; et exiccatiuum magis, quàm calefactiuum: uentositatum resolutiuum, et malæ complexionis frigidæ, et fixæ remotiuum. humiditates subcutaneas exiccat, et dolores ea ex causa uenientes remouet, et participatione maiori aluminis sanguinem reprimat eius fluxum, ac aliarum humiditatum coercet, et est solidatiuum. et ad particularia descendentes in areolis ordinatis prosequemur id primum

num enunciantes, quod usus balnearum non ex omni leui causa est quærendus: uerum, cum fortes fiunt ægri tudines, ueluti à medicis prope desperatæ. quare ita particulariter de eis omnibus sic scribere mihi superuacuum esse uidetur: eoque maximè, cum de talibus sollicitus indagator ab his, quæ à nobis de mineris eorum scripta fuere, exquisitam ualeat informationem adipisci. qua ex re sic ægri tudines, quibus appropriantur, & ab aliis scriptas, & plures hoc meo in codice tantummodo numerabo. legat itaq; in capitulis suis, qui particularia de eis scire cupit.

**Membra capitis.** Ducia eius catarrho frigido, & humido confert, calefaciendo, exiccando, confortando cum aluminis, & salis, uel nitri uirtute. unde Princeps. Et nitrosæ, & falsæ capitibus, & pectori auxilium præstant: tum ea in parte, qua sulfuris naturam sapit, & cineris, quo sulfure efficacior in his cinis redditur: nam cinis minus exiccatus, minusque multò calidus ipso sulfure est ut supra. quare membrum principale non ita lædit: nam in membris principalibus ita fortia inconsultè applicari non debent, ut quarta primi. 4. cap. Tinnitui, & sibilationi antiquæ, dolori capitis antiquo. potentius autem est balneum à prædominio sulfureum in his passionibus sic auxilium præstans, uerum capitis, & balneandi uirtutem prius cõsiderare oportet. qua ex re debiles, & corpore, & capite, sulfurea balnea sic postponant, & à facilioribus inchoent iuxta illud Mesuæ de soda frigida. Et incipiamus, sicut est nostra consuetudo, à debilioribus. quare prius tentanda sunt balnea hæc aluminosa &c. deinde ad sulfurea se conferendum: quando. s. alia non conferunt, & uirtus prius consideretur. ex quibus apparet error eorum, qui consulunt, ut pro his, ac consimilibus mortales ilico se ad fortia transferant. neque desino admirari, quæ tanta transierit in balneis nostris negligentia, quod in nullo eorum ducia ad caput recipienda parata fuerit. ego autem iam parauit in balneo Ebani tempore, quo in eis moram cõtraxi cum illustri dña Isota Estensi, neque meos sic accusare uolo: sed ut obseruandis sic occasio detur.

**Membra pectoris.** Confert habentibus pectus humiditate plenum, ac frigiditate læsum ut hic ante Princeps. Et si astmaticis sic conferre uideatur; certè aquæ caliditatem male tolerare possunt. quare opus est, ut aqua ea in tepiditate reducatur, qua illam sustinere, & in ea diutius permansere poterunt.

**Membra nutrimenti.** Confert stomacho humido, & hydropisim habentibus, & inflationem. Princeps de aquis nitrosis falsis. Extenuat splenem tumefactum. & si necubi inuenerim alumen stomacho conferre, & nitrum stomacho nocere legerim: ac sal ipsum in quantitate assumptum. hæc quidem interius applicata intelligenda sunt, sicque exterius conuenientia.

**Vulnera, & ulcera.** Ulcerebus corrosiuis, & ambulatiuis, cancrenæ, herpeti esthiomeno conferunt ualde, & serpiginiem, & impetiginem mirabiliter mundant, ut persepe experientia docuit. auferunt & scabiem ulcerosam. & hic aduertatur, quod de sulfure non inuenitur in libris authorum tanta laus in consimilibus passionibus, quanta de alumine, & sale. quare balnea hæc in talibus magis comendanda sunt, quam sulfurea. quamobrem in casu magnifici domini de Cefenis conuenientiora forent. & quoniam non raro infra dicemus balnea sic ulceribus conferre; hinc pro sequentibus aduertatur ad id, quod scriptum est quarta primi. 2. capitulo. cumq; ulcus in principio fuerit; non debet æger balneum ingredi, neque ipsum aqua tangere calida: quoniam trahet ad ipsum, quod apostemati augmentum faciet: sed cum ulcus quieuerit, & saniam fecerit; fortasse tunc facile fiet ei. tu nota uerbum fortasse.

**Membra iuncturarum.** Cum falsedine participet; doloribus articulorum, & podagræ confert, qui ex frigiditate, & humiditate fiunt, & fracturæ restorationem efficiunt fortiter: & cõferunt carbunculis, & ulceribus. Princeps. & alumina, & cinere suo iuuamentum non paruum præstat.

**Membra expulsionis.** Dicitur est, quod sal omnis soluit uentrem. unde, cum huius balnei uis quædam, & magna in parte falsa sit; aqua eius uentrem soluit, & humores uiscosos educit, si de ea conueniens dosis potata fuerit; & est à

E libra una usque ad tres. & ego iam expertus sum, & inueni libram mediam uentrem soluere: est. n. sic potata stomachum conturbans, ac uomitum inducens. propterea est clysterizata magis laudanda. & quoniam plurimum de alumine participat; multum adiuuat ad fluxum menstruorum alborum cõstringendum, & ad matricem multis humiditatibus relaxatam, quibus prohibetur imprægnatio. & solo fumo suo reificat, disponit, & ad concipiendum præparat: nam diebus Cermisoni nostri, cuius consilio mulier Veneta hac dispositione infecta, cum ad balnea hæc proficisceretur: quæ 12. annis concipere non potuit, huius balnei usu diuina interueniente gratia concepit.

**Febres.** Aquæ præterea aluminosæ corpora, quæ febribus, sunt apta, fortiter ad eas perducunt. quo in loco percipiendum est balnea quandoq; ab hominibus accusari: cum hi ex inaduerentia sua accusatione digniores sint: aiunt. n. stellarum constellatione balnea sic ægrotantia facta fuisse. de quo post suo loco dicetur.

## De balneis sancti Petri.

Rub. 2.

**R**VSEST AB EBANO fere per miliare distans: Sanctus Petrus nominatum, olim potens, ac delectabile, quo quidem in loco thermæ sunt aluminosæ, falsæ multum, quæ sic sua falsedine, & aluminositate his uidentur ægri tudinibus conferre, de quibus in his, quæ de Ebano scripta fuerunt, & potentiores esse iudicantur. uerum earum situs uallibus magna in parte occupatur, qui non parum attendendus est, ut post obseruandis dicetur. areolæ autem hic adducantur, quæ de aqua ebani scripta sunt.

## De balneis Domus nouæ.

Rub. 3.

**V**ERSVS AVTEM meridiem parumper descendendo ad medium miliare, balneum reperitur Domus nouæ nuncupatum: nam ueteres nostri id ut cætera non coluerunt. domus autem hæc nostris in diebus constructa fuit. & huius rei Ioannes de Dondis Patauis uir diuinus, ac prope uerus Philosophus, de quo supra, gloriosus author exitit. apud quem locum parumper distans est uelut parua lacuna thermarum, cuius ex aqua salem, ut actum, conficiebat, quoniam falsa multum est, & priori falsior. & quidam se per alembicum expertos esse scribunt, ipsum calce participare. uerum, cum cinis paratior sit ad salem, sic cum aqua mixtus; conficiendum uerisimilius iudicandum puto illam cinere magis, quam calce participare. unde in cachexia, hydrope, paralyti commendatur. & est illa Ebani solutiua magis catarrho conferens, & cæteris, ut actum, de balneis Ebani. à quo cum sit discessus, & ad alia uersus balnea montis Grotti sit accessus, in uigore potentiora balnea inuenimus, quæ sulfure eo Ebani magis participare uidentur: & si in reliquis mineris conueniant. huius autem situs, ueluti syluester est uallibus uallatus. quo in loco aquarum frigidarum, & calidarum magna sit collectio, ut ueluti stagnantes aquæ sint non boni odoris, quibus non parum læditur aer. areolarum autem harum ordo hic ut supra habeatur.

## De balneis montis Grotti, siue potius Aegrotorum.

Rub. 4.

**M**ONS EST ad occidentem Aegrotorum à ueteribus nostris sic nominatus: quoniam his in temporibus amenitate loci ægrotantes ad balnea illi proxima proficiscentes ad eum perambulandum trahebantur. erat enim ad ea balnea non paruus ægrotorum confluxus; cum cæteris omnibus Patauis sint potentiora, & pluri sulfure participent, ut sensus uisus, & odoratus ostendit. quamobrem digniora, ac famosiora sic facta fuere; cum sulfur in calefaciendo, et aquam exiccando principatum obtinere inter mineralia uideatur, ut Arif. placuit. uerum hoc loco errorem illorum non tacebo, qui cum potentiora sic reddantur; infirmos indifferenter ad ea, & ad consimilia fortia proficiscenda sic consulunt: nam, ut actum, alia est aluminis uirtus pluribus in ægri tudinibus ipso sulfure magis potens, sicq; cinere.

neri, ac ferro, ære, & huiusmodi in variis ægritudinibus balnea redduntur ipsis sulfureis efficaciora. qua ex re prius ægritudo contemplanda est, ut actum, à facilioribus semper anchoando.

**Minera.** Huius aut balnei minera sulfurea scribitur, & aluminosa magis, plus cæteris Patavis sulfure participans, ut actum; & si parua absolute sit pars eius sulfurea cæterarum comparatione. unde parumper à balneis discedens parua reperitur lacuna balneum equorum nominatum plurimo sulfure participans. unde, cum equus animal humidum multum sit, & ab ægritudinibus humidis ut plurimum moleste- tur, hinc accidit sic variis ægritudinibus, & uetustis mirabiliter conualere. non tamen à cineribus balneum tale absoluitur. quibus iudicatur eius uirtutes compositas esse: cum eius minera sic ex pluribus componatur. & mineram eius non derelinquens hic adducam uerba Ioannis de Dondis uiri gloriosi, de quo supra, qui uisus est aliam habere opinionem. inquit in quodam tractatu suo de causis caliditatis balnearum de aquis thermarum Paduanarum loquens. Qualis sit harum aquarum natura, cuiusque mineræ uirtute maxime participant, ex prædictis trahi potest. sed nunc manifestius per certissimas experientias demonstrandum est, quas ex opere confectionis salis ex his aquis, quod quondam bonæ memoriæ genitor meus Iacobus de Dondis inuentor, & imaginator primus subtili ordinauit ingenio. & si longus sit sermo eius; tamen, quia scio dominum meum in eo delectari debere; non dubitabo his eum adiicere etiam; quia ad dicta, & ad dicenda plurimum afferret utilitatis. quilibet animaduertens curiosus intelligit: in illo namque opere uasa sunt duplicis conditionis, & formæ: sunt enim eorum plurima fictilia; quia de terra facta, quæ sunt rotundæ figuræ formata in modum ollarum. alia uerò saxea plana, & lata multum ad modum arearum concauata ita, ut circumquaque habeant eminentias ad latitudinem medii palmi. hæc autem uasa sunt in lacuna aquæ feruentis ita disposita, ut manentia circudentur undique ab ea, & similiter aqua sub eis. in dicta autem lacuna fontis aqua feruens est ad altitudinē brachii, uel minus, in qua sunt plurima loca scaturiginis, & ortus bullientis aquæ ita, ut per hoc sit aqua feruens per totā lacunam renouata continuè per nouas scaturigines, & deflues à lacuna per canales ingeniosè ordinatos, ut per hoc maneat aqua in lacuna semper feruens, & unius altitudinis. in prædictis uasis aqua decoquitur ad faciendum salem: sed in fictilibus ponitur de ipsa aqua fontis, prout est in fonte, & prout est scaturiens de subterra in fonte colligitur usque ad medium capacitatis eorum. & ipsa sic semiplena natant in lacuna fontis, & per feruorem aquæ fontis, quæ continuè currens continuè renouat feruorem. aqua enim, quæ in tra uasa est, decoquitur, & ex ea euaporat plurimum subtilioris eius aquæ proportionabiliter modicum eius, quod de minerali terreo admixta est, remanet. propter quod continuè magis, & magis augetur aqua, remanente in uasis falsedine. cumque peruenit ex huiusmodi decoctione falsedo ad aliquem certum gradum, qui gustu comprehenditur, & incipiunt in superficie uasis aquæ decoctæ apparere quasi quidam flores ad modum paruorum guttarum, qui indicant principium coagulationis eius in salem; tunc aquæ illæ de testaceis uasis transferuntur ad uasa saxea, quæ sunt in ipsa aquæ fontis lacuna firmata, & immobilia: ponunturque in eis ad altitudinem unius pollicis, uel parum plus. ibique per ulteriorem decoctionem coagulantur, & granescunt in salem, qui cum ad id opus, idoneis instrumentis colligitur, & reponitur candidissimus, & purissimus. in huiusmodi autem uasibus, quæ dicta sunt tam in testaceis, quam in saxeis in fundis eorum, & lateribus pro tunc aggregatur quædam durities lapidea alba cum luciditate quadam ad modum gypsi: imo uerè, & absque dubio gypsum est, nullum penitus perceptibilem habes saporem, præter quandam stypticitatem. istud autem, quod aggregatur in uasibus saxeis in superficie sua superiori, de qua sal colatum est, sapit aliquid falsedinis aliquando propter id, quod adhæsit de sale eidem. ex hac forma, & modo confectionis salis ex prædictis aquis, quæ in illo toto opere fiunt. attendens quilibet, experietur euidenter eas ex tribus substantiis esse commixtas, quæ in dicta conse-

**A** ctione salis inuicem sensibiliter sequestrantur: prima enim est aqueitas insipida plurima, cuius insipiditate, & multitudine sit, ut nec falsedo, neque alius aliquis sapor certus ante decoctionem sentiat in eis. deinde in ea commixtione est substantia terrestris insipida, uel styptica aluminosa, quæ subsidet in uasibus, & lapidatur in eis. & est iterum alia quasi media inter prædictas substantias falsa, quæ, ut dictum est, granescit, & coagulatur in salem per decoctionem. & aqua illa sic falsum exprimit saporem, multo aqueo insipido resoluta. inter prædictas autem substantias falsa media est, modo substantiæ, quantitate, grauitate, situ, atque natura, siue complexione. modo substantiæ; quia non est ita grossa terrestris, ut gypsea, nec tam subtilis, ut aquea, neque tam grauis, ut gypsea: grauior tamen, quam aquea. quantitate; quia non est tanta, ut aquea ad magnam proportionem: nam ex mille libris aquæ uix conficitur una falsis. est tamen amplioris quantitatis, quam gypsea. grauitate; quia sexages plus de sale colligitur, quam si totum illud, quod in fundis, & lateribus uasorum eo pro tempore lapidescit. situ; quia medium tenet, quia aqueitas sursum in uaporem resoluitur: gypseitas fundum tenet, & sal supra gypsum. complexio autem eius media est modo quodam complexione aliarum duarum participans, ut patet intelligenti. ex quibus collige lector magna in parte modum inuestigandi naturam thermarum, de quo in suo loco. & sequitur. sed plures dixerunt has aquas naturam habere sulfuris: quod uerum non uidetur. quinimo est experientia contrarium: nam existimauerunt ex odore aliquo, quem sulfureum perceperunt, illas aquas esse sulfureas. sed odor ille non ex sulfure est: sed ex calidis ignis spiritibus cum aqua mixtis, uel ex aliqua admixtione partium terrestrium, & falsarum. sed magis certum argumentum est, quod non sint sulfureæ: quoniam in eis non est color sulfureus, neque unctuosum in superficie. quod necessarò apparet, si sulfureum quid esset in eis: sulfur enim leue, & unctuosum est. & unde materia ignis est facilis, & calore dissoluta in aqua supernatat ad modum pinguedinis, prout experientia certificat: nam in sulfureis aquis supernatat pinguedo, quæ si accenditur, ardet, ut experientia uidemus. præterea in compositione salis prædicta nullum apparet sulfuris uestigium, quod tamè uideri deberet, si ibi esset substantia sulfurea ab aliis sequestrata, & præcipue cum sale, cum quo multum conuenit in natura. præterea cum eo non apparet neque color eius, neque odor. item si sal in igne proicitur, crepitat, ut cæteri sales. sed non ardet, qui ardere deberet, si cum eo sulfuris substantia foret. non arbitror igitur has aquas habere aliquid sulfuris corpulentum. & si forte ignei aliqui spiritus cum eis scaturiant, qui de natura sunt sulfuris dantes odorem sulfuris aliqualem, ut in fulgure sentimus post eius percussione in loco aliquo; hi cõfestim exhalant. concludens autem asserit ipsas esse magis exiccatiuas, quam calefactiuas: propter salem, & gypsum ambo exiccatiua esse hæc, quibus plane habetur, quod aquæ thermarum Paduanarum aluminosæ sunt, falsæ, gypseæ, à cineritate non absolutæ: sed nulla sui in parte sulfure participare, sicque maxima in parte in sententiam nostram conuenire. quod autem non sint sulfureæ, conatus est probare, ut scriptum est. nos autem diximus eas sulfure participare: sed parua in parte aliarum mineralium respectu: nam in tam assidua decoctione, ut in salis opere fit, partes euanescent sulfureæ, & resoluuntur: quod non appareat unctuosum, id est, propter paucitatem ipsius aliis partibus superantibus multum. quodque de colore, & odore dicendum. unde, ut actum est, nostro placuit Aristote. omnes thermæ principaliter licet non maxime à sulfure caliditatem recipiunt. quod autem gypseæ sint, non negatur expressè, nam gypsum, ut supra de eo frigidum est, & siccum, natura terreum, quod ex forti, & continuata decoctione in aqua tam paucæ quantitatis non auxilium recipiens aliunde, pars illa terrestris sic superflue decocta in gypsum conuertitur, quæ pars terrestris si iuuamentum recepisset à multitudine aquositate; nunquam in gypsum conuersa foret. sicque pars illa terrea aluminosa, aut cinerea, aut falsa per fortem, & ultimam decoctionem resolutis partibus igneis, & aereis in substantiam conuertitur frigidam, & siccam, quam gypsum dicimus.

hec omnia sic probabilia sunt, demōstratione logica caren-  
tia, sed experientia est omnium harum discordiarum magi-  
stra. uerū opinionem per me positam, & ab omnibus aliis  
laudatam sic magis colo: & si uir hic clarissimus fuerit, ut  
actum. quod autem dicit, q̄ ante decoctionem nullus perci-  
piatur sapor. certè pace sua cōtrarium expertus sum, & qui  
plures in præsentia mea gustarunt. situs autem eius, ut actū  
mōti est proximus, uallibus uallatus, eiusq; aer nō aquæ ut  
is Ebani qualificatus, fluxum ēt aquarū frigidarū, & calida-  
rū in unū concurrentiū in hoc auxiliū præstantiū. est autē à  
balneo Ebani uno cū medio, uel duobus miliaribus distans.

Electio. Huius areolæ apertio ex his, quæ in de balneo  
Ebani ea in areola scriptū ē, sic nobis ī hoc loco satisfaciat.

Natura. Calidum est, & siccum, & balneo Ebani cali-  
dus, ac siccus, ceterisq; Patauinis: cuius caliditatis, & siccitatis  
graduatio ex dictis in balneo Ebani accipiat: est enim  
ut supra magis exiccatiuum, quàm calefactiuum.

Operationes, & proprietates. Est calefactiuum, exiccati-  
uum, resolutiuum, ut cæteris inest thermis. & ad particula-  
ria descendens areolam inscribo, quæ est.

Membra capitis. Princeps. Sulfuræ aquæ neruos mūdi-  
ficant. propter quod in paralyfi multum operantur. dolores  
descensiones humiditatum, & spasmī sedant. catarrho humi-  
do mirabiliter conferunt, præcipuè earum ducia. & hic lo-  
cus est speculationis, si calido, & humido conferunt: ut qui-  
dā aiunt ipsas experientia manifesta conferre: cum tamē ra-  
tio caliditatis obstet, qua dubitatur, ne cerebri contentiua  
debilitet: cum omnis immoderata qualitas propriæ uirtu-  
tis actum deiiciat. q̄ si uera experientia est id asserendum,  
ut nocumento iuumentum maius sit: etiam lapsus natura-  
lis in caliditate ita paruus esse posset, ut parumper noceret  
conferret epilepticis, dummodo causa sit ex frigiditate, & hu-  
miditate per essentiam talis: sibilo, tinnitui, surditati ex cau-  
sa frigida uenienti: capitis dolori antiquo, in quo ducia sul-  
furea potentior redditur aluminosa, & capiti magis propor-  
tionata. memoriam reparat, ac rectificat, sed nō ex ætate de-  
perditam: cæterisq; egritudinibus capitis, de quibus in areo-  
la capitis supra de balneo Ebani.

Membra pectoris. Pectus ab humiditatibus liberat. qua  
ex re asthmaticis confert; cum in eis stare poterunt. unde in  
eis aqua multum moderanda est, & longitudine cum remif-  
siori succurrere, ut in præcedentibus de balneo Ebani actū,  
quo præsens fortius existit. dolores ex causa frigida tollit:  
nam cum quidam Hæbreus dolore pectoris diu laborauif-  
set ex cā frigida, plurimaq; medicamenta tentasset, quibus  
minime iuuabat, ad duciā huius balnei eū transmissi, pectus  
percutientem, & diuino interueniente auxilio sanatus est.

Membra nutrimenti. Scribit Princeps. sulfuræ aquæ  
stomachum laxant, & desiderium deiiciunt, qui locus specu-  
lationis est, cū sua caliditate eum spāliter frigidū conforta-  
re uideatur, & humidū sua siccitate, & sua stypticitate gran-  
di eum iuuare. & cum de ipso sulfure actum sit exterius ap-  
plicatum stomachum frigidum roborare; id dicendum esse  
puto, q̄ cum actum de sulfure sit ipsum uehementer calefa-  
ctiuum attractiuum esse, subtiliatiuumq; humorum, ac illo-  
rum dissolutiuum, aque illę sic humores calefacientes, attra-  
hentes, & humores subtiliantes, illos dissoluentes, eo præci-  
puè cum toti corpori applicantur, sic humores eliquatos ad  
stomachum attrahentes, ac descendere facientes, illum rela-  
xant, ac molliunt, & os stomachi relaxando, appetitum dei-  
ciunt. exterius uerò applicatū moderat. neq; tantā uim hēt  
in attrahendo, dissolueno &c. ut sulfuræ aquæ. quo loco à  
te accipiendum est, quantū tuo stō balnea sulfuræ Petrioli  
cōferre possunt, quantū ue nocere. unde aluminosa illi sunt  
præcipuè conferentes, quales Ebāneses Patauæ sunt. & de  
his amplius infra. spleneticos iuuant humiditates ad splenē  
descendentes resoluendo. nocent habētibus hepar calidum  
quia multū inflāmatiua sunt. ea pp necessariū est præuisione  
nā uolentes eis uti cū frigidis hepar cōfortātibus, nō multū  
stypticis prius inūgāt: aut aliter ad frigidū alteretur, de qui-  
bus in de obseruandis dicemus. consultius tñ est tales in eis  
nō balnari. q̄ si alia ex cā cogent illis uti; inungātur &c.  
ut actum uentositatē in eo genitam, ac in splene etiam cum  
membra hæc sic longo tempore uexata fuerint, mirabiliter

extermiant; & membra illa ex causa læsa confortant. quam  
obrem hydropisi tali miro subueniunt modo.

Membra expulsionis. Conferunt colicæ antiquæ inte-  
stinorum, & uulx duritie; ut Princeps sic eam humectan-  
do, ut actum de stomacho. sunt tamen uentris constipatiua.  
& hic locus est speculationis propter assignatā causam de  
mollificatione stomachi. consideret speculator.

Vulnera, & ulcera. Corporis superficiem à bothor, & ul-  
ceribus malis antiquis, & sanguineis uiolaceis mundificant  
& pannos morpheæ, & albaras. Princeps. & dictum est anti-  
quis; quia in nouis non confert, ut in præcedēti dictū est.

Membra iuncturarum. Hic locus speculationis est, an in  
passionibus iuncturarū plus conferat balneum sulfureum;  
cum ad ipsum fere omnes sic patientes consilio medicorum  
proficiscantur. & in præsentiarū sic determinata, & conclu-  
sa uolo in sequentibus in locis suis sufficere, ne longitudi-  
ne, ac eorum replicatione legentiū mentes tedio efficiatur  
facile quidem mi Illustris dñe eorū errorē intelliges, à quī-  
bus de obseruatione uniuersalium nulla prorsus cura cum  
diligentia colitur. neq; in aduersantibus sillocisphis hoc in  
loco mihi cura grandis est, eò præcipuè cum ponendis ex  
conclusionibus, quibus breuior doctrina erit; his satisfactū  
à me sic facile esse intelligam.

Accipiendū itaq; primū iuncturarū debilitatē non unica  
ex cā oibus prouenire: sed in diuersis uarias causas esse. qua  
ex re nō idē antidotū in oibus, sed ī diuersis uariū applicare  
opus est. & hoc loco uulgarium opinionē excludo, qui bal-  
nearum effectus proprietatibus occultis attribuunt.

Affirmandum secundò balneas naturales omnes, ut actū,  
actualiter calefacere, atq; exiccare, multoq; magis cum ex  
minera fuerint calidiori. quæ res eos non latet, qui eis utun-  
tur, cū ad sitim non paruam perducant. quamobrem aiunt.  
qui bibere potēter cupiunt, ad balnea proficiscant. & Prin-  
ceps primi secunda. & de dispositionibus aquarum Rasis in  
Alman. 12. continentis. eorumq; caliditate ad tertiū gradū  
producit, ut actum: nam eorū fortis alteratio non toleran-  
tia uacat. quibus inducitur mēbra humani corporis sic potē-  
ter calefacere, exiccare, atq; resolueret, resoluendo plurimū  
debilitare, ut de balneo aquæ calidæ supra agebatur. estque  
tenendū debili passo forte agens applicandū non esse: qm̄  
ex tali applicatione passum exterminat, & in rubore suo cō-  
uertitur, & finitur: debent. n. talia ad inuicē proportionari  
ut inde conuenientior, & securior actio consequatur: nam,  
si pauco in lucerna oleo magna accenderetur flamma; ilico  
oleum euanesceret, & flamma extingueretur. & propterea  
clamat medicinx authores curā per contraria æqualia fie-  
ri debere, ne cura perfecta per altiora impediatur. neq; ob-  
liuioni tradēda est totius, ac corporis particularū uirtus:  
sed prius contēplāda est: nam, cū deficit uirtus; deficit & cu-  
ratio. Princeps primi quarta, & Dux medicorū. Omnīū uir-  
tur est operatrix. Techni. 3. Similiq; modo, & membrorum  
compositio. quamobrem gracilia ea non sustinent medica-  
mina, quæ robusta ferunt, & naturalem membrorum debili-  
tatem amplexantes, postea, quæ sic posita sunt, dicemus, pri-  
mò iuncturarum debilitatem omnem, aut ex complexione,  
aut ex compositione, aut ab utroq; simul prouenire. iuxta  
quæ has ponemus conclusiones. sitq; nobis prima. In debi-  
litate iuncturarum compositione gracilium sulfuræ balnea  
non competere; qm̄ nimis potentia sunt; non. n. passo agens  
proportionatum esse uidetur; etiam cum pauco calore ui-  
geant, sic forti ex resolutione exterminantur. itē quæ sicca  
sunt, non oportet amplius exiccare, primi tertia, & prima  
aphorismorum Dux. Omnis immoderata qualitas actū pro-  
priæ uirtutis deiicit. altera. In debilitate non uetusta iun-  
cturarum compositione robustarum mala, stāte complexio-  
ne frigida, & humida, cæteris consentientibus, balnea ma-  
gnificè cōpetūt sulfuræ. ubi uerò mala foret cōplexio cali-  
da; incōuenient. hanc conclusionē nostri sensere ueteres,  
à qua fortassis in omni iuncturarum passione, & indifferen-  
ter erroneus accessus ad balnea ortus est: hæc equidem ex  
suppositis sicut probata relinquatur. debilitate uetusta iun-  
cturarum stante, quo in casu iuncturæ calore naturali admo-  
dum depaupertatæ sunt, aut cum robustitate, aut graci-  
litate balnea sulfuræ minime conferre uidentur. hæc ex

suppositis probetur, cui & addatur, quod & thermæ nullo modo conueniunt, nisi ubi iam humiditas in eis adesset resolutionem agens, quo in casu etiam in caliditate thermæ remitti deberent, reliqua ponatur, quæ in corporibus plethoricis etiam stante robusticitate membrorum thermæ naturales suspectæ sunt habendæ. conclusio declaretur per ea, quæ de aquis sulfureis actum est supra in areola. membra nutrimenti in hoc cap. quoniam liquefaciunt, & humores descendere faciunt ad inferiora, ut expertus fui. quintâ hic addâ, quæ in præseruatione, ubi iuncturæ naturaliter sint graciles, & sic naturali calore depauperatæ; hæc balnea sulfurea minime conueniunt: nam amplius sic debilitantur facta caloris sui pauci, ac humidi substantifici resolutione. quare plures solito ad eas fluent superfluitates: nam Princeps, membra fortia mittunt ad debilia: ueruntamen est, ut in de obseruandis agitur, balnea in resolutione ex mora plurimū moderantur. postremam adiciemus. cholericis naturales, & cholericis adusti ab eorum usu se abstineant. nam ea illos ad febres præparant ad hepatis super calefactionem, ut primi secunda de dispositionibus aquarum. & hæc conclusiones nobis ueluti principia sunt ad ea, quæ in similibus est considerandum. quibus accipiatur error eorum, qui complexionibus hominum, eorum habitudines, & compositiones totius, ac particularum patientium uirtutem prius non contemplantur: sed indifferenter omnes sic ad balnea assumenda consulant, id opinantes ut uulgus effectus hos, cum sæpe beneficiū medicorum non curantur, & ex eis iuuamentum suscipiant à proprietate occulta prouenire, ut Siculi, & Neapolitani, de quibus infra. & dixit Princeps. Aquæ sulfureæ conferunt apostematibus iuncturarum, & duriciis, & uerucis pendentibus. & nota lector uerbum duriciis, & considera. & in summa, ut Princeps, conferunt omnibus doloribus iuncturarum, & neruorum frigidis.

## De balneis Sancti Bartholomei. Rub. 5.

**B**ALNEA autem hæc uallibus undiq; sunt uallata à meridionali plaga montibus discooperta: rus enim fuit quondam Sanctus Bartholomeus nominatum miliaribus. xii. à ciuitate distans: nunc uerò siluestris, & inhabitatus locus est. uerum per nobiles nostros de Leone fundatū fuit, & in eo tempore Bartholomei templum amplum, cui coniunctum est hospitale, ad pauperes recipiendos, ut sic commoditate ampliori ab eorum languoribus precibus sancti interuenientibus curarentur. sunt autem ueluti piscina magna non lapidibus, ut cætera patauina fabricata: quorum fundus luteus, & pinguis est ad nigredinem declinans: mollis multum, in quem necessariò penetrant se balneantes, ita ut si in baculis se non sustinerent; ad profunditatem periculosa quandoque descenderent: nam eius in superficie non alta est aqua: sed ad altitudinem duorum pedum, uel prope hæc autem aqua tempore hyemis, & ueris est in calore notabiliter remissa, qua ex re eam eligere oportet æstiuo tempore, & ad ea itur de mense Augusti usq; ad medium Septembris, & ultra, aeris constitutione suadente. existimo autem, & de mense Iunii, & Iulii efficacia esse, & euntes eo tempore ab eis non minus iuari.

**M**inera. Huius autem minera sulfuris naturam sapit aliqualem, & bituminis, siue asphalti, ut quidam asseruerunt. uerum lutum illud ut liquida pix uidetur: arbitror. n. ut actū, sulfurea fore, licet parua in quantitate sulfure participant: propterea quoniam eorum caliditas non magna sit; consequenter de alumine plus habere ut cætera Pataua. sed sic in eis humiditate superabundante: quoniam caliditatis actiuitatem obtundit, & siccitatis operationem, non sic ad calefaciendum, & exiccandum, ut cætera potentia redduntur. quæ propter debiles in iuncturis, quibus aliqua inest durities, aut nodositas: ad hæc quam alia securius se transferre possunt. unde meo cum consilio uir quidam Feltrensis nomine Petracca, qui nodositatem, ac duriciem in genu habebat: cum prius dislocatus foret in genu, & plurimos non dico restau-ratores sic expertus foret. qua ex re ob dolores pluries receptos materia multa fluxit, & in loco retenta, & frigidis medicaminibus applicatis indurata absq; baculo, & ferula

**A** ambulare non potens, sic duobus annis transiens, ad hæc balnea profectus est, ex quibus spacio dierum quindecim tantum recepit iuuamentum, ut demum absq; baculo, & ferula rediret. & breuiter claudens ea pronuncio plus alumino-sa, nitrosa, etiam & cinerea à falsedine, licet remissa, non priuata: sulfure autem modico participantia.

**O**perationes, & proprietates. Est mediocriter calefactiuum, & parum exiccatiuum; cum mirabiliter duricies mollificet in quacunq; parte corporis extiterint: nam mollificatiua sunt, ut Princeps, quæ ponunt essentiam membrorum habentium spissos poros, leniorem caliditate, & humiditate sua, & accidit ex hoc, ut pori fiat latiores, & expulsio superfluitatum, quæ in eis continentur, facilior, sicut exemplum de semine lini: sunt enim talia, quæ neq; fortiter calefaciunt, neq; fortiter exiccant, quia si uehementer calefacerent; potius indurarent, & similiter si fortiter exiccarent.

**N**atura. Finem secundi parumper excedere sentitur iuxta aquæ superficiem: sed ulterius in fundo procedentes sentiunt caliditatem, ut ad tertium eorum caliditas perueniat.

**E**lectio. Eligatur tempus, ut actum: & hoc in tempore diem uigiliæ, ac festi Bartholomei eligibiliorem quadam deuotione pronunciant.

**M**embra iuncturarum. Doloribus podagricis, ac iuncturarum aliarum confert. & inuentum est in libris quendam Estensem Marchionem à podagra curatum. delet mollificando, & resoluendo omnes iuncturarum duricies. & ego uidi ex duricie genu, qua impotens quidam ad ambulandum reddebatur, eorum beneficio curari, ut actum. unde sic membra indurata nodata contracta mirabiliter mollificat, & extendunt, & ad pristinam prosperitatem sua uirtute potenti homines ducunt. & dominus Aquileiensis Cardinalis totus contractus in eo tempore ita ex his iuuabatur, dum in eis erat, ut ueluti sanus totus moueretur. uerum in eorum egressione aeris frigiditate ad pristinam dispositionem membra redibant. & Georgius Pisanus de sancto Casano à sua contractione notabiliter conualuit.

**V**ulnera, & ulcera. Scabiosis conferunt, & ulceribus. alias subticui areolas; quoniam in his membris conferre non multum uidentur. iste autem locus, & si non elegantis sit habitationis & aeris: tamen habitatur, & habitabilis est, & ratione indulgentiæ ad id templum, de quo actum est, maximus confluxus ciuium, & habitantia loca circumstantia in die sancti Bartholomei. hoc autem balneum inundatione aquarum pluuiarum alteratur, sui que effectus minuuntur.

## De balneis sanctæ Helenæ. Rub. 6.

**D**ISTANS est à ciuitate septem miliaribus monticulus quidam undequaque uallibus uallatus, ad quem per aggerunculum manibus factum peruenitur, cuius in summitate muri olim ecclesiæ Sanctæ Helenæ dedicati adhuc superextant, apud quem balnea sunt de Sancta Helena nuncupata: hic enim mons illas à plaga occidentali tegit, suntq; à plaga orientali discoopertæ. domus uerò eorum pulchra est: sed situs malus, ac turpis; cum præter monticulum nullus adsit perambulandi locus. Itat autem apud montem uersus meridiem uelut stagnatus lacus. unde aer eius loci malè qualificatur ex uicinitate aquarum foetentium. & certè ut in de obseruandis post eorum situs multum contemplandus est. fons autem in superiori parte montis esse uidetur: cum sic per eum descendat aqua per canale magnum terra montis coopertum ad pedes eius balnea sic producens. hic autem fons ut cæteri oculis non uidetur, cuius minera est aluminosa, cinerea, & nitrosa, & falsedine parum participans. non autem à sulfure absoluitur; licet quidam ea à prædominio sulfurea scribant: cum ea caliditatis uehementis esse dicant. ego uerò opinor, quod à prædominio non est sulfurea; nam neque uisus, neque odor, neque gustus illud manifestant. & pro his recurre supra ad ea quæ de balneo Ebani scripta sunt, & montis Groti, de mineris eorum, neq; super caliditatis sensationem se fundent: quoniam actu calidiora sunt falsa ipsis sulfureis: quoniam fals-



sa per aduersionem fiunt. & ego dum cum magnifico Capita-  
neo Carmignola in balneis his pro cura sua moram, ac sta-  
tionem traherem; de caliditate balnearum Ebani disputan-  
tes, in quibus se prius balneauerat: hæc sic adinuicem com-  
perantes, nuncium specialem misimus Ebanum, locus est  
ab hoc tribus miliaribus distans, uel circa, secum portante  
horologium, & phylam, & data hora impletæ fuerunt duæ  
phylæ: una ex aqua Ebani: altera ex aqua hac, & certè in ca-  
liditate multum differentes inuentæ non fuerunt. addoque  
q̄ fontis locus huius monticuli ignoratur: potest enim lon-  
ginquior, ac propior esse. qua ex uarietate, & balnearum ca-  
liditas uariatur. & certè opinor ipsam alumine participare  
qua ex re suis in proprietatibus, cæterisq; in areolis à uirtu-  
te eorū de Ebano nō multū differre. sed hoc loco ne uacuis  
discedas, tum quia famosa sunt; hæc pauca subscribam.

Operationes, & proprietates. Est parūper eo Ebani ma-  
gis calefactiuum, exiccatiuum, resolutiuum.

Membra capitis. Cōfert in ægritudinibus capitis, paraly-  
si, & neruis humiditate repletis, & spasmo, cæterisq; ægritu-  
dinibus suis ex causa frigida, & humida uenientibus, & ex  
repletionem. unde membra ob imbibitionem materiæ humi-  
dæ contracta indurata remollit, & extendit.

Decoratio. Cōfert serpigini, albaras, scabiei, & macu-  
las corporis superficiales emundat.

Membra pectoris. Cōfert pectori læso ex causa frigi-  
dæ, & humida.

Membra iuncturarum. Cōfert iuncturis, & eas con-  
fortat, & prohibendō fluxum humiditatum ad eas, sic illas  
à dolore præseruant: si suis cum canonibus fuerint applica-  
ta. & in laudē eorū dicam, q̄ iam fama est cæteris omnibus  
Patauis plus in hoc conferre. sed consideret speculator.

Membra nutrimenti. Stomacho humido subueniunt, &  
hydropisi, & uenam habentibus ciuilem. quare &c.

#### De balneis Orthoni montis. Rub. 7.

**M**ONS ortonus à uiro Patauo, ut referūt in armis  
strenuo, Orthonus appellato, monti rubeo proximi-  
mus, apud quem olim Patauia primum edificata  
fuit, nomen sic accepit: ad cuius pedes piscina magna est,  
uallibus, & lacunosis, siue stagnis foueis circumdata, a me-  
ridie, & plaga orientali detecta, à septentrione uerò ipso mō-  
te, & aliis defensata: cuius aer certè non benè qualificatus  
est. & locus longis in annis inhabitatus fuit; nunc uerò, Pa-  
taui quadam deuotione uirginis gloriosæ commoti, quā an-  
tiquo ciui ex nostris eo ī loco apparuisse fertur; tēplum ma-  
gnificū fabricarunt, ac monasteriū ordinis Augustini de ob-  
seruantia dedicatū, in quo plurimi existunt claustrales, locū  
reddentes domesticū, & montem. cuius minera sulfuris ali-  
quid sapit, ac salis, & alumine nō priuatur: est. n. piscina hæc  
lutosa, uirtutibus compositis dotata. cuius opertiones, ele-  
ctionē, naturamq; ut quæ de balneis Bartholomei Sancti di-  
gnificare possumus. dolores antiquos ex causa frigida, & hu-  
mida tollit. durities articulosas spleni, & hydropisi resolu-  
do, ac mollificando succurrit. & hæc de balneis septē Pata-  
uis famosis in præsentiarū à nobis tm̄ dixisse sufficiat: & plu-  
rima in eis memorata ēt ad sequentia, ne replicatione hæc  
mea dicta tibi tēdio fiāt, uolo sic nobis satisfacere. & qm̄ de  
balneis famosis scribere nostra est intētio; hinc post Patauo-  
rū, & domesticorū uirtutū narrationem, ad extranea me cō-  
uertam de proximis ad longinquiora procedens.

#### De balneis della Porretta. Rub. 8.

**E**T, CVM balnea della Porretta dicta in comitatu  
Bononiensi à ciuitate. xl. miliaribus distātia nobis ui-  
cina sint, & famosa multū; sic de ipsis secūdo agemus  
loco. his aut tot attribuuntur laudes, totq; occultæ proprie-  
tates, ut uerè sacerrima dici possint, ut &. 24. problematum  
problemate ultimo. ex eis. n. ut fama est, sacra operationes  
emanant. earū aut ortus à duobus faxis, & lastrosis montib.  
est ad meridiem situatis: quorum in medio, ut aiunt, salis ri-  
uulus amplius est. & per duo canalια duorum mōtium aqua  
sic defluens balnea duo edificat: unum in dextris, alterum in  
sinistris. ex sinistro autem uersus orientalem plagam fumi

exeunt, & uapores clari ad rubedinem declinantes.

Minera. Minera autem eorū aluminosa, ut aiunt, & parū  
sulfurea est, & sale participans, & nitro. sicq; compositas uir-  
tutes habet, & certè, ut actum, à minera eorū de Ebano e-  
ius minera non est longinqua multum. quare & ea, quæ  
Ebano in proprietatibus simillima esse deberent. & hic est  
locus considerationis non parua: ut cum ita esse uideatur,  
ut cur non esse in usu potus aquæ Ebani, ut quæ de ipsa non  
tot, tantæq; laudes, ut de aqua Porrette enunciantur. id ar-  
bitror primum dicendū esse, q̄ Bononia ciuitas studiorum  
oīum, quā Patauum uetustior mater fuerit. qua ex re Illu-  
stres medici suis de his balneis curam, diligentiamque ma-  
gnā, qui habuerunt, sic famosa fecerunt, & si balnea de Eba-  
no, cæteraq; Patauina ad usum cōmodumq; hominū prius  
accesserint; cum Patauium Bononia ciuitate antiquior ual-  
de fuerit. addo præterea; qm̄ ea, quæ Ebani, in caliditate ni-  
mia habita sint, ut sic potui (ut illa de Porretta, quæ ueluti  
frigida est, de quo statim) amena, ac conueniens non redda-  
tur: sic. n. Pataui, & medici quadam negligentia ducti eam  
aquam bibere in usum non perduxerunt. ego aut tepēfactā,  
& ad calorē aquæ Porrette perductā pluribus ad bibendū  
consului, inueniq; eam, & uentrem soluere, & urinam pro-  
uocare. q̄ si ea in quantitate, siue dosi data fuisset ut illa Por-  
retta, eisq; cum canonibus; non hæsito illam potentissimè  
uentrem soluisse, & urinam prouocasse. q̄ si dominus loci  
existerem; eam per longū canale ad certum locum perduce-  
rem: ut sic à fonte longius separans: ueluti tepidā, & potui  
cōmodam se redderet, ex qua similes effectus his, qui della  
porretta exire sperarem. hæc. n. aqua cum bibitur; gustu sal-  
sedo comprehenditur, & odore sulfur, hosq; effectus poten-  
tiores in ea, quæ montis Groti esse arbitror. & speculator  
consideret, actumq; à Gentili eam aluminosam magis. cæte-  
ri eam sulfuream à prædominio scribunt, ut in alembicatio-  
ne experti sunt. quod minime credo propter rationes supra  
de minera balnearum Ebani, & montis Groti scriptas. ob  
quod ad ea, quæ in prioribus, & ad ea, quæ dicenda sunt de  
alambicatione, diligens scrutator se transferat. unde scien-  
dum, q̄ ex lambicatione mineræ omniū mineraliū, & me-  
diorū, excepta ea, quæ sulfuris, comprehenduntur apertè: cū  
n. sulfuris caliditas ignea sit, & parua cū corpulentia; tunc  
ilico in fumum trāsit, & euanescit: uidemus. n. q̄ sulfur igni  
expositum statim consumpta substantia in ignem transmuta-  
tur. quare cum aliis associatam illis caliditatem præstans;  
ut cum ferro, cinere, & hm̄oi, non nisi parua eius pars uisu  
comprehenditur; cum multa in fumum transferit, aliis soli-  
dioribus, & non ita igneis, quibus commiscetur, remanenti-  
bus. secus autem opinandum, si aqua sulfurea fuerit non cō-  
mixta, aut commixta parum. & hic benè consideret specula-  
tor, ut post de elambicatione, quantus error nostris in tem-  
poribus processit.

Electio. Situs autem eorum syluestris est alpibus Pisto-  
riensibus propinquus. quo in loco, & homines Iulii tempo-  
re argent. qua ex re eligere oportet tempus calidum ualde,  
ut à medio Iulii usq; ad Augustum inclusiuè. & à nonnullis  
Augustus magis cōmendatur: & hoc si t̄pis constitutio non  
obstauerit: nā & prouerbio uulgatur, Prima augusti pluuia  
nobilitatis paupertatē indicat: nā se balneātes uestibus hye-  
malibus munitos esse oportet, de quo in de obseruandis. &  
eligatur, quæ est de nouo scaturiens: nā cū stat per diem, aut  
per noctē ēt post sex horas statim frigeat, caliditatem amit-  
tēs, qua redditur uigorosa. quapropter potātes eā, quæ iam  
stetit, euacuare faciunt, & calidam scaturientem ueluti uir-  
tuosorem ingrediuntur; scaturit. n. aqua hæc duobus in locis  
ueluti aqua fontis frigidi. quo loco accipiatur, quantum ua-  
let ad loca longinqua exportata; cū cito corrumpatur, ac sa-  
porē perdat, de quo in de balneis Ebani actū est. estq; locus  
ad quem per canale fluit, foramē habens spina obturatū. &  
hæc aqua parū calidior prima existit. & hic hauritur, & hau-  
sta bibitur, & de eius potu in de obseruandis dicetur.

Natura. Actum est thermas iā dictas ad tertiū perue-  
nire gradū, & illas in caliditate posse remitti. &, quia aqua  
sic suæ naturæ dimissa ad frigiditatem redit, unde quantū  
longius à fonte discurrit aqua calida, tantū in caliditate  
plus remittitur. quibus accipiendum, cum aqua hæc alumi-  
nosa,

noſa, & ſulfurea ſit, ut iam dictum, non ſitque calida multum, quod a fonte eſt remota multum, & ad eius remiſſionem lapidum frigiditas, per quos tranſit, & ſcaturit, quamplurimum operatur, cum locus eius lapidoſus ſit, ut actum. erit itaque in primo gradu, uel in principio ſecundi caliditas eius ponenda: nam debent intrantes ex occurſu eius, cum nouiter ſcaturit, ſe ſecundum omnia membra uigorari, & per ſpacium temporis incriſpantur, ſeu corrugant membra, quod magis remiſſa caliditate uenit, quam ab intenſa. conſidera.

Operationes, & proprietates. Eſt interius aſſumpta; quia bibita, calefactiua, attractiua, humorum uiſcoſorum, diſſolutiua, inciſiua, cum ex diuerſis componatur, ut actum: nam de his magis poſt in areola.

Membra expulſionis. extenuatos curat, & macrefactos impinguat. & hic eſt locus ſpeculationis.

Membra capitis. Hanc aquam ſic nimium commendant, & ſub timore aſſumptam omnem aiut cerebri debilitatem remouere, cerebrum reſtificar, ac antiquum eius dolorem tollit, oculorum egritudinibus ſubuenit, auditum mirabiliter reparat, narium foetorem exterminat, rheumata conſumit, paralyſi lingua opitulatur, tumoribusque gulæ, ac uocis raucedini.

Membra pectoris. Valet contra pectoris ſtricturam, & anhelitus difficultatem, ut dicant equos aſthmaticos duobus continuis menſibus illam aquam potantes ab aſthmate liberari, & ſputum ſanguinis remouet.

Membra nutrimenti. Deiectum, quinimo deperditum appetitum recuperat, & offenſam digeſtiuam fortem efficit, & uomitum tollit. & quod dictum mirabile eſt, deperditum prægnantium appetitum abſque nocumento proficit, atque illum firmat: nam ſtante cauſa, a qua effectus continet dependet, ea non remota effectum remoueri poſſe non uidetur. amplius cum ſale multo participet; ſic potata conturbatiua ſtomachi redditur, ut de ſale actum, & ad uomitum eſt præparatiua, hoc etiam in potantibus experientia docet: qua ex re iuuare non uidetur. addo, quod Principis dictum primi ſecunda, quod aquæ ſulfureæ appetitum deiciunt, ac ſtomachum laxant, qualem multi illam della Porretta eſſe enunciarunt. cæterum, cum notabiliter uentrem ſoluat, & urinam prouocet, uentrisque fluxus ſit ſæpe abortus cauſa, ut aphor. quinta. conſimiliter & urinæ prouocatiua; cum menſtrua commoueant, ut Princeps, non ſic prægnantes iuuare, ut aiunt, arbitrandum ſic facile eſt. mineralium autem dictorum uirtutes ſpeculator diligenter aduertat. quibus ſic compositis aqua hæc participat, ut ſic ſibi inuicem contra operantibus ſe mutuo iuuare uideantur, effectusque uarios, ac dictum mirabiles ſic poſſe producere. uerum a medico ſemper experientiæ magis credendum eſt, quam rationi; cum artifex ſenſualis ſit. oppilationes hepatis emendat, ac ſplenis. hydropiſim non antiquam curat, & in eius laudes quidam ita proceſſerunt, ut eam hydropem curare dicere non dubitauerint.

Membra expulſionis. Intestina mundificat a foecibus, & a ſuperfluitatibus lauat: eſt enim ſolutiua, ut experientia manifeſtat, ſua uehementi falſedine, aut nitroſitate. uermes in inteſtinis interficit, dolores eorum tollit, & eorum cauſam, & malam qualitatem in eis impreſſam annullando. renum laſſitudini mirabiliter ſubuenit, lapides in eis frangit, ac arenulas congregatas, & lapides per urinæ uias mirabiliter expellit, & ueſicam a ſuis ſordibus paruo in tempore mundificat; ut poſt eius potum per quartum horæ ad extra per uirgam propellat, tantum diuretica exiſtit. & hic eſt ſpeculationis locus, ut cum ex ſulfure, quo non parum participat, & ex alumine ſic ſtyptica reddatur, ut quomodo tam diuretica tanque ſolutiua: nam ad hos effectus ualet uentris ſolutio, & urinæ prouocatio ab ea poſt eius potum, & in debita doſi paruo in tempore exire uidemus, ut in de obseruandis poſt. iam ex habitis ſolutio aperta eſt: quoniam tum ſua falſedine, tum ſua nitroſitate, quibus non parum participat, uentrem ſoluit: ex parte ſua ſulfurea, urinam prouocat. & modus iam in de balneo montis Groti in parte dicebat. eliquat enim ſulfur, & humiditates groſſas ſua uehementi caliditate, in aquoſas curſibiles conuertit ut piper, quarum aquoſarum expulſio per regiones urinales conuenientius

A expellitur. unde ſecunda problematum problemate. 43. Ut quid piper in parua quantitate aſſumptum ſoluit, in magna autem urinam prouocat? & quidam eam in ulceribus ueſicæ conferre aiunt. quod non facile intelligo; cum magis nocere uideatur. ſed de hoc infra, in de balneis Carpenſibus. conſeruntque nimiam ſanguinis egreſſioni, ut per hæmorrhoidas ſiue per uenas matricis euenientes, menſtrua alba conſtringit, & matricis humiditates reſoluit. multumque imprægnationi opitulatur, ut de ipſa aqua ſcribit uir diuinus noſter Gentilis ſuo in tempore plurimas uidiſſe mulieres ſteriles quæ huius aquæ beneficio foecundæ factæ fuerunt.

Membra iuncturarum. Valet paſſionibus neruorum, & doloribus iuncturarum ex quacunque cauſa, ut ſic podagrici omnes ex ea liberentur: uerum in antiquatis non conſert ſed fortatte quis admirabitur, ut quomodo ſic in omnibus conferat, uariisque in ægritudinibus, cum in aliis aquis hoc minime contingere intelligamus. id forte reſpondebitur; quoniam ſic ſua in caliditate temperata eſt aliarum reſpectu, cuius ſuæ qualitates ſic ad medium reſractæ id operari poterunt: quemadmodum medici aſſerunt oleum roſ. temperatum calefactos inſrigidare, & inſrigidatos calefacere, ideoque Princeps de ſignis dolorum podagræ. v. materias autem permixtas &c. & iuuantur cum unctiōibus temperate caliditatis cum quiete: hoc autem temperamentum in ea ueniens merito fractionis ſuarum partium, ex quibus coponitur, multorum ſic apud uulgares mirandorum effectuum cauſa eſſe poterit. & ſubtilis indagator ſpeculetur.

Vulnera, & ulcera. Scabiem antiquam eradica, & ſaniem per corpus diſperſam educit, uulneribus fraudulentis opitulatur.

Febres. Aſſerunt eam in tertianis, & quartanis febribus conferre, quod minime credo: quinimo opinor, & eam, cæterasque thermas, nedum febrientibus; ſed & cholericis adultis non conuenire, quoniam ſic peramplius uruntur, & exiccantur. & ideò non attendo uerbis eorum, qui aſſerunt eam in ulceribus ueſicæ conferre. & cum in amplioribus huius aquæ laudibus proſequi tanta cum commendatione, ſic addendo ſua dignitate mihi detrahere uiſum ſit, ut ueluti altera in terris Dea ſit excolenda. tantum de ea nobis in præſentiarum dicta Bononiensium pace ſufficiant, & ſi ſpeciale regimen habere uideatur, nihilominus de eo in obseruandis ſuo loco dicetur.

De balneis Romandiolæ. Rub. 5.

CVM nobis propoſitum ſit de balneis oibus Italiæ ordinatè ſic ſcribere, planeque intelligam oia compoſitione participare, ſicque uirtutibus copoſitis, ut de prædictis ſcriptum eſt, foretque in parte ſuperfluum ſi per ſingulas areolas diſcurrere: cum in compoſitione, plurimaque adinuicem conueniant; ſtatui, ne longiori ſermone tedioſus ſiam, eas areolas, & principales, ac utiliores ſubſcribere: alias et cum opus fuerit non negligere, & a balneis Romandiolæ exordiar. Caſtrum eſt in Romandiola ſancta Maria in bagno nuncupatum, apud quod balnea hæc tria ſunt, de quibus ſtatim: quorum minera a prædominio ſulfurea ſcribitur, alumine, ferro, ac ære participantia: nam, ſi ſulfure participant; ea comprehendent ſigna, ex parte coloris, odoris, & cæterorum, ut ſupra, in de balneis Ebani, & montis Groti, quæ poſita ſunt propter errores ex inaduertentia medicis contingentes. iſta autem ſunt ueluti ea, quæ de Porretta ſcaturientia, & ita propinqua, ut inter ea murus lapideus ſolus interueniat. qua ex re cum ita propinqua ſint; rōnabiliter arbitrati ſunt nonnulli illa ex eodem fonte emanare. & ſi quidam ea in minera diuerſificati ſint, ut ipſum balneum ſulfureum & aluminosum eē dicant, quod balneum de Turi intitulatur. ſecundum uerò uocatur balneum de Medio, quod magis aluminosum, quam ſulfureum dicunt. & eſt temperate caliditatis: in qua gaudent ſcabioli leproſi, & ulcera habentes, qui in aliis ſic ſtare non poſſunt. & ideò uocatur balneum Poltronum. tertium balneum Dominarum uocatur.

Electio. Et eligatur in tempore Madii, ut de balneis Patauis actum: quoniam eo in loco aer frigidus exiſtit, frigidiorque, quam in comitatu Paduano.

De Balneis. Y 3 Na-

Prægnantibus confert.

Sancta Maria in bagno.

**Natura.** Calidum, ut de prædictis scriptum est: nam eius caliditas, etsi uideatur remitti frigiditate ferri; tamen non tollitur, quin in tertio tale sit, & si eius siccitas caliditatem suam superare uideatur.

**Operationes, & proprietates.** Calefactiuum, exiccatiuum, subtiliatiuum, humorum dissolutiuum, attractiuum, macrefactiuum; quia potenter resolutiuum, humidis natura, ac habitudine carnosus, phlegmaticis potenter conferens.

**Membra capitis.** Catarrho humido, ac cerebro humido, coryza, tinnitui, sibilo, neruis ex repletione læsis, eorū dolori, paralyfi, epilepsia, & diminutioni memoriæ conferre sic uidetur, & quoniam in passionibus matricis mirādos effectus ab antiquis productos esse inuentum est; hinc balneum dominarum tertium nomen accepit.

**Membra expulsionis.** Mirabiliter humiditatibus matricis confert, eamq; sic læsam confortat, si diligenter, quæ de sulfure, lumine, ac ferro scripta sunt, contemplantur.

**Membra iuncturarum.** Valet plurimum contra iuncturarum dolores, & hic diligenter aduertat speculator quoniam, ut actum, medium temperatæ caliditatis est aliorum respectu, ut sic arbitrentur ex diuersis mineris illa sic scaturientia diuersos effectus producere, & plurimi magis solertes asseruerunt hæc balnea in uigore illis de Corfeno assimilari, de quibus statim: & si in actu, & potētia, quæ de Corfeno sunt, calidiora existant. sunt autem cooperta à ciuitate Forlii.iii. xxx. miliaribus distantia, apud quam ciuitatem. v. miliariorum distantia castrum est Meldula dictum, in quo est aqua thermalis solutiua, quæ bibi ē, neq; sapore sulfureo priuatur, ut illa della Porretta: sed quæ est in Sancta Maria in Bagno propter sulfuris excellentiam, non bibitur. cæterarum autem areolarum uirtutes: quia quibus conferant ægri tudinibus, indagator ex dictis speculetur.

#### De balneis ciuitatis Lucanæ. Rub. 10.

**C** I U I T A S Lucana tribus balneis gloriatur: quorum primum de Corfeno nominant. id rus est à ciuitate. xvi. miliaribus distans, cuius in minera diuersificati sunt medici: ipsum nanque sulfureum, aluminosum, nitrosumque esse Gentilis uir diuinus enunciauit, cui non parua fides danda est. Vgolinus uerò de monte Chatino, cui hoc balneum multum familiare fuit, id scribit aluminosum & salgemmosum, ut unum alterum non superet, pauca, siue minima quantitate sulfuris participans sit: hæc enim discordia ex signis datis de balneo sulfureo supra, ut actum in præcedenti capitulo, faciliter tolli potest; cum experientia sit omnium harum uerus iudex.

**Electio.** Eligatur tempus, ut de balneis Patauis actum.

**Natura.** Actum multum calidum est, ut intrantes primo in occurso uix sustinere possint: mordax etenim, & acutus est calor eius paruo tempore durans, cuius potentia actualis potentialem superat. sed quæret rationabiliter aliquis, unde tanta caliditas actualis, si sulfuris non multum participat. & cum sal, aut salagma per adustionem fiant, sic salagma magis participare uidetur; nam, si balnea salsa actu calidiora sunt ipsis sulfureis, & cum caliditas illa sic cito transeat, in rei ignea, & subtili fundari uidetur. quare sulfuris participatione uacua esse non arbitratur. consideret speculator, quibus indicatur ipsum ad finem tertii in caliditate peruenire.

**Operationes, & proprietates.** Est calefactiuum, exiccatiuum, caloris resolutiuum non parum. quamobrem debiles etiam ex coitu, marasmati, febrientes, & cito resolubiles, ab eo se præcaueant. balneum hoc habet māsiones duas muro quodam intermedio diuisas; quarum altera à fonte est remotior, & maioris caliditatis, in qua longior contrahi mora potest: est enim aqua hæc multum clara, ut ueluti sapore extraneo carens, ac odore: cum qua habitatores illius loci panem conficiunt, carnes decoquunt, uerum in eorum comestione sitis inducitur, ob quod nitrosam esse magis arbitror, & certè, ut Vgolinus, minima parte sulfuris participare.

**Membra capitis.** Valet in ægri tudinibus capitis frigidis, & humidis, & ut de balneis montis Groti, & tantum ef-

ficacius est, quantum sulfure plus participat, ac minus frigidum est, & propter sui caliditatem actualem nocet habentibus fluxum sanguinis narium, ac hæmorrhoidum. unde ab eo montis Groti, ut existimo, non multum diuersificatur.

**Membra pectoris.** Humiditatem eius exiccatur, sicq; asthmatico confert.

**Membra iuncturarum.** Valet in doloribus iuncturarum, & ægri tudinibus neruorum, maximè à causa frigida, & in doloribus remanentibus in membris neruosis propter casum, aut percussionem: item propter dislocationem in iuncturis factam, & in remanentibus post torturam.

**Vulnera, & ulcera.** Exiccatur ulcera, quæ difficilis sunt consolidationis, & illa curat. uidi Dominum de Cesenis Malatestam hac ex causa ad illud proficisci, à quo norabile iuuamentum non recepit, uerum in uirtute motiua uisus est conualuisse.

**Membra expulsionis.** Sterilitati ex causa humida prouenienti succurrit, ut sic illas humiditates exiccando ad conceptionem mulieres præparet. ualet ad summum in ægri tudinibus, in quibus necessaria est exiccatio. apud autè balneum hoc sudatorium est, quod ingrediuntur patientes, asserunt sic in eo sudantes humiditates, quæ ex balneo remanserunt resolui. extra circuitum uillæ balneum est rubeum dictum, cuius minera, ut aiunt, ænea est, & eius aqua modica parua caliditatis, quàm calefacere oportet, si ea uti uolunt. in præsentiarum autem non est alicuius fama: fortassis in præterito fuit.

Tertium balneum de uilla uocatur à Corfeno per miliarum distans, eius minera ferrea est. locus est ad modum putei, in quo solum tres personæ stare possunt, est in agendo debilis, ueluti esset aqua dulcis, non est in usu hominum. & asserunt illud in mala complexionem calida renum, & hepatis conferre, & sitim remouere, quam alia inducere consueuerunt.

#### De balneis Pisarum. Rub. 11.

**P** I S A R U M C O M I T A T U S quinque balnea habet; quorum primum apud montem Sancti Iuliani positum est. locus is medius inter ciuitatem Lucanam, & Pisarum est: est enim scaturiens aqua eius, nominaturq; balneum uetus, quod cæteris solemnius fuit, cuius aqua illud ingreditur balneum Dominarum nuucupatum, cuius minera aluminosa magis sulfure participat. & cum in loco sit ualoso paludoso multum, ad quem confluunt aquæ aliæ, quæ sic earum permixtione læditur, suisque in effectibus multum debilitatur: est enim cœnosum. & breuiter perstringens, colicæ confert, iuncturarum doloribus, & podagræ non antiquatæ, & sciaticæ, humiditatibus matricis, ut cætera aluminosa, & ulceribus. sicque de aliis dicatur areolis, ut de aluminosis supra sulfure participantibus. uerum cum inundant pluuias aquæ; suis in effectibus multum debilitatur, & cætera consimilia balnea, ut balnea Sancti Bartholomei in comitatu Paduano, de quibus supra.

Secundum est balneum Sauræ dictum, uehementer sulfureum, nocet calefactis, & confert habentibus ægri tudines frigidæ, & humidæ.

**T** E R T I U M Sanorum balneum dicitur, eiusdemque mineræ, quo sani utuntur ad se lauandum: est enim parum de utroque participans.

**Q** U A R T U M est ab istis aliquantulum separatum, balneum Regine dictum, à ciuitate tria miliaria distans, ferreum, & modico alumine participans, scaturiens, ut supra, muro uallatum: de quibus actum, quo indagator ex dictis uenari poterit. & licet uideatur esse simile suis in effectibus balneo de Villa in comitatu Lucano; est tamen eo fortius. consideret speculator, ut de Patauis, & de monte Grotto. estque distans ab his in tribus miliaribus balneum quoddam frigidissimum in uallibus stans, & paludibus, apud monasterium fratrum de Agriano, cuius mineræ esse aiunt mormoream: quoniam montes omnes illi marmorei sunt, & in istis uirtus est faciendi mulieres steriles prolificas, ut aiunt: sed non est in usu. hinc ulterius me non extendo, & ad quintum principale me con-

conuerto, cui non parua laudes attribuuntur, distans est à ciuitate miliaribus. xvi. & uocatur balneū de aquis, balneū magnū est aqua lymphida ualde, cuius in fundo ē arena. eius minera ē ferrea, & aluminosa. & assimilatur balneo de Auinione in comitatu Senarum, de quo post. sed est minus calidum illo de Auinione, quod potentius calefacit propter esse substantia densiori fundatum. notabilem alterationem recipit ita, ut aliquo, & aliquibus annis sit ualde nociuum, & rustici uillæ illius sunt in hoc ualde docti: quoniam quando nociuum esse debet, aqua balnei de mense Martii, & Aprilis multum turbatur, & citrina efficitur, & fortassis ex hoc colore sic recepto nonnulli uoluerunt eius minerā ære participare, quibus accipiatur aquas thermarum suis in uirtutibus alterari quandoq; de quo post.

**Electio.** De mense Madii ad usque medium Iulii. sed melius est de mense Iulii, & in medio eius, est locus cæteris efficacior.

**Membra nutrimenti.** Omnem dyscrasiam membrorum nutritiuorum calidam tollit hydropicis, sic ex causa subuenit, & ictericis. hepatis attractiuam fortificat, qua ex re ex eo multi macilenti impinguati fuere.

**Membra expulsionis.** Renes mundificat, humiditates ex matrice uenientes compescit. hoc tamē balneum asthmaticis nocet, & pectus habentibus strictum, & quandoq; ipsos interficit. & de reliquis uirtutibus agetur in de balneo de Auinione magis famoso: quoniam hoc non est multū famosum. & in hoc curatus est Nicolaus Florentinus macerimus propter debilitatem uirtutis attractiuæ, cum fluxu hæmorrhoidum. aliusq; curatus fuit ex fluxu stomaticho, & alius ex fluxu hepatico: & alius curatus est ex ardore urine alius ex podagra: ex pluribusq; aliis morbis nonnulli, de quibus in de balneo de Auinione dicitur.

#### De balneis Vulterræ. Rub. 12.

**A** P V D ciuitatem Vulterræ distanter miliaribus. xvi. plurima balnea sunt optimo cum ordine fabricata, & muro uallata, ut accedentes securè stare possint; cum locus is sterilis sit, & non habitatus. tria enim sunt eadem minera participatia; quia alumine multo, & pauco sulfure. ista in uirtute assimilatur balneis de monte Groto, & balneis de Ebano, ad quæ pro areolis recurras supra: quoniam cõsimilium sunt uirtutum. extra aut circuitū murorū est balneū quoddam, cuius minera est ferrea. & simile est in uirtute balneo de uilla in comitatu Lucano, de quo supra. distanter ab hoc loco duobus miliaribus sunt lacus magni Lacones dicti, & uocantur Lacones surdi, in quibus est mirabilis ebullitio, & ascendunt corpuscula cum rumore, & impetu ad usque superficiem, & effundunt mirabilem effusionem uaporum, ut transeuntes aues uolando in eas cadat, & illico comburantur. naturam tenent salæ, sulfuris, & aluminis: ut ex eis aquis fiat sulfur, alumen, & sal magna in quantitate. ex quo loco accipiatur, quod ex minera balnearum à prædominio sulfurarum sulfur cõficitur. quapropter considerent, qui ita faciliter enunciant hoc, uel illud balneum à prædominio sulfureum.

#### De balneis Senarum famosis. Rub. 13.

**N** I M I Y M gloriatur suis balneis ciuitas hæc tum eorum copia, tum cæteris abundantiore uirtute; quia præstantiora sint. & in primis aggredior balneū de Petriolo cæteris famosius, quod à nomine castri propinqui qui sic nomen accepit à ciuitate. xv. miliaribus distans. cuius minera sulfurea est multum, ut emittat sulfuris odorem ad distantiam medii miliaris, ac in superficie spuma quædoque adsit sulfurea, aut unctuosum quoddam, quod in igne proiectum ardet, & alumine participat.

**Natura.** Calidum est, & siccum in quarto.

**Operationes.** Calefactiuum forte, resolutiuum, exiccatiuum, dissolutiuum humiditatum, ut in de balneis Porretæ actum.

**Electio.** Eligitur de mense Septembris, & Octobris propter sui caliditatem. quidam laudant id de mense Aprilis, &

**A** Madii: quia sic uidetur eūtes ab eo minus noceri: quoniam recedentes in mensibus primis sic succedente frigore, & pluuiis nocentur ab eis ob pororum apertionem, quam ex balneo acquisierunt. considera, quæ infra dicuntur in dubio in de balneis Carpensibus: nam certè recessus à balneis multum considerandus est, & cultu dignus.

**Membra capitis.** Ducia eius surditati, tinnitui, paralyssi, spasma, tremori, epilepticis etiam maximum affert iuuamentum. confert catarrho frigido, & humido multum, cui non excellens coniungitur caliditas: antiquo capitis dolori, qui ex frigiditate est. debiles autem capite, & corpore hoc balneum non faciliter ingrediantur, neq; sic duciam eius recipiant: quoniam forte est in resoluendo, & exiccando, ne forti resolutione debilitate uirtute maius inde sequatur nocumentum. unde attendatur consilium Mesuræ inquietis in de soda frigida. Incipiamus, sicut nostra est consuetudo à debilitioribus. qua ex re tales ducias leuiores prius experiantur.

**Membra pectoris.** Exiccatur, & resoluit pectoris humiditates, & eius frigiditatem tollit.

**Membra nutrimenti.** Princeps. sulfureæ aquæ stomachum laxant, & desiderium deiiciunt ut supra de balneis motis Groti. & tu ibi: quoniam locus est speculationis. nocet hepatis calido & ideò ingrediētes præmuniantur, ut supra allegato loco. splenem durum mollificat, & tumidum dissoluit.

**Membra expulsionis.** Ventositates intestinorum resoluit uuluz, duritiæ confert, & renibus calidis nocet.

**Vulnera, & ulcera.** ualet scabiosis, & ulceribus frigidis, bothor, albaras, & morpheæ.

**Membra iuncturarum.** Iuncturarum humiditates resoluit, & sciæ, & doloribus earum confert. & hic dubitatur, si balneum illud sic confert in præseruatione iuncturarum ab incurso podagræ: ut quidam omni die consulunt. arbitror dicendum, quod habentes iuncturarum debilitatem complexionalem, & compositionalem, nullo modo ad sulfurea, & fortia balnea pro præseruatione tali accedant: quoniam sic plus debilitantur resolutione calidi, ac naturalis humidi, quo calor ipse pabulatur. qui uerò iuncturas in compositione robustas, & lætas habent, ac humiditate abundantes, ad illa securè accedant. uerum pro primis consultius est in balnea ferrea ingredi. & in his omnibus semper est attendenda mora: quoniam magna ad magnam operatur resolutionem. & notetur dictum Principis primi secunda pro secundis: quoniam balneū sulfureū facit. superfluitates ad membra, in quibus est debilitas leuiter descendere, ut supra de balneo motis Groti in areola. Membra nutrimenti. & memores simus, quod quæ sic ea sunt, non oportet amplius exiccare, primi tertia. & de his satis. & adulti cholericis priusquam balneum tale ingrediantur, bono utantur consilio, cum ad febres parati sint, & balneū hoc sic sua caliditate corpora parata maximè ad febres præparet. primi secunda, de dispositionibus aquarū. & can. secundo aquæ sulfureæ faciunt accidere febres.

Apud balneum hoc est balneum aliud prope flumē, quod farina nuncupatur, quod non multa caliditate participat, in quo prius homines ingrediuntur: sic secundum ordinem ex Mesuræ scriptum à faciliore inchoantes, quod à toto diuertit, & scabiei confert.

**D** Propinquū uerò huic est balneū de Cornetis, in calore tepidū siue remissum, sic dictū: quoniam in eo ponuntur uentose siue corneta absq; igne, cuius aqua in flumen cadit, & huius mineram scriptam non inueni, neq; eius experiētiā habui est ueluti balneum calidum aquæ dulcis, neq; ad aliquas operationes notabiles accedere memoratum legi.

Estque balneum aliud lapidibus coopertum, cuius minera ferrea est, & sulfurea, & huius aquæ tanta existit caliditas, ut in eo homines uix stare possint: quoniam eius caliditas in substantia densa fundata est; potentia quidem rei apud multitudinem formæ attendi habet: est enim calefactiuum, exiccatiuum, & maior est sua calefactione exiccatio: quare in ægritudinibus frigidis, & amplius humidis est potenter ualens. & tu indagator per areolas discurre, ut de reliquis actum, quod facile facio. hoc autem sic lapideo circumflexo, construi fecit dominus Rodolfus antiquior camerini dominus. membra iuncturarū. confert nanq; doloribus. poda

gricis, & iuncturas mirabiliter à futura podraga conseruat. quapropter arbitror dominum illum balneum illud sic coluisse.

Ab isto enim balneum aliud egreditur discoopertum non tantæ caliditatis, in quo melius stare possunt homines, quo utuntur ad dyscrasiam stomachi, & splenis à causa frigida, & humida uenientem.

Ante autem balnea hæc quatuor, balneum quoddam reperitur notabiliter calidum, in eius extremitate tres habes ducias, quod, ut arbitror sulfure, multo participat, & cadit in balneum, in quo nudi illas recipiunt. hoc autem multum inflamat: & ideo habentes hepar calidum, ac renes, debent se præmunire frigidis, ut in de balneo montis Groti actum, et hoc digestiuam plus cæteris debilitat. estque sua in uirtute, ac proprietatibus balneo primo de Petriolo dictum simile.

Et iuxta hoc per certam distantiam est aliud, quod ab ipso egreditur: sic longitudine uix in qualitatibus suis remissus. estque illic cooperta mansio, ubi homines duciam recipiunt, super scamnum extensi, pileos perforatos in capite tenentes, ut sic aqua non nisi discoopertam capitis partem percutiat. et ad, id uel aliud non accedat, nisi corpore prius mundificato ab humore peccante.

Ex alio autem pontis latere balnea sunt dominarum nuncupata, iisdem uirtutibus potentia. Membra expulsionis, frigiditati matricis summè conferunt. Membra nutrimenti. Stomacho, & passionibus eius frigidis & humidis confert. Membra capitis. Dolori eius. Membra iuncturarum. Podagræ & similibus, ut supra de primo.

Ultra uerò flumen per tres balistatas, balneum est quod Caldenarum nuncupatur, circumflexo lapideo coopertum: cuius aqua clarissima existit, et huius minera ut aiunt ferrea est, & aluminosa: quamobrem est sua in caliditate uelut temperatum, sed est ualde exiccatiuum: quare membra fortiter unit, & aggregat, & confert laxitati membrorum nutritiuorum, & uon multum calefacit. unde Princeps primi secunda. Et ferrea quidem splenem resoluunt, & non coire ualentes, adiuuant. Et arbitror debilibus in iuncturis hoc multum conferre debere. Et ex isto aliqui bibunt, aliqui ænemata imponi faciunt, ut asperitatem remoueant à balneo Petrioli inductam: quoniam prius stant homines in illis Petrioli, quæ asperitatem propter sulfur inducunt. Et per duos dies antequam recedat: bis in die ad istud ueniunt, ut sic digestiua uirtus ex primo debilitata per istud restauretur. Et hoc in loco duo sunt balnea: primum uirorum, reliquum dominarum dictum.

Estque à Petrioli quinque miliaribus distans balneum quod de Macereto dicitur: cuius minera est sulfurea: non tamen tantæ existit acuitatis, ut est balneum de Petriolo, & eius aqua est longe clarior. ulcera. conuenit scabiosis proprie. Membra iuncturarum, doloribus iuncturarum & passionibus frigidis & humidis, reliquorumque membrorum, ut balneum Petrioli. Sed non est æque potens. & propterea melius est ab hoc incipere, ut ex Mesue autorizatur.

Est aliud balneum Rapolani dictum, iuxta ciuitatem existens: cuius minera est multum sulfurea. operationes & proprietates. omnes ac de omnibus membris memoratas in eo quod de Petriolo sic habere uidetur. ulcera. quia fortius existit, ualeat ad scabiem grossam: quoniam exiccat materias cutaneas. membra expulsionis. matricis dispositiones humiditas potenter tollit, atque prurimum in toto existentem. Et ex consilio Gentilis multi ex his dispositionibus curati fuere.

Estque balneum aliud de auinione dictum: à ciuitate uiginti miliaribus distans: cuius minera ferrea est, & aluminosa ære participans, suis uirtutibus balneo Reginæ in comitatu Pisano existentem simile: tamen grossioris est substantiæ: ideo tardiozem impressionem operatur. membra nutrimenti. ualeat hepate calefactis, scabiosis membris nutritiuis aliis, quia stomacho & intestinis, spleni cæterisque talibus calefactis, ac laxatis. quamobrem ex causa calida, & ictericis ex eadem subuenit, & hyposarcæ, tympaniti aquositate exiccando: mundificat renes. membra capitis. catarrho calido prodest, & omni malæ neruorum dispositioni ex eadem

causa prouenienti.

Balneum sancti Philippi iuxta Rhodocophanum. xviii. miliaribus à ciuitate distans: cuius minera, ut asserit Gentilis in primo suo tractatu: earum est uirtutum: quarum est balneum Petrioli: licet sit subtilioris substantiæ. in secundo uero tractatu suo iudicio plurimum aliorum medicorum quid de ea aqua experientiam fecerunt, scribi hoc mineram nitrosam habere, cum multum subtiliet & resoluat. Et ex hoc inferitur naturam eius minus illius calidam esse & siccam: propter quod ualeat in ægritudinibus capitalibus frigidis & humidis, & est efficacius illo in hoc: quoniam balnea sulfurea in his passionibus sunt suspecta magis quam aluminosa, aut nitrosa: quoniam sulfur dissoluit humiditates corporis: propter quod stomachum laxat, ut supra de balneo montis Groti, sub areola membra nutrimenti. sensu autem eius aquæ leuitas percipitur ea maior, quæ in aqua Petrioli: quoniam cum super caput aqua distillat, cæteris seruatis paribus non tanta sentitur grauitas. membra iuncturarum. ualeat podagræ & doloribus iuncturarum, frigiditati neruorum. electio ut de aliis. Et nota quod aqua huius balnei multum alteratur inundatione aquarum, & uentorum multiplicatione, ut experientia docet.

Postremum facio balneum prope Petriolum, quod quoddam in monticulo nascitur, aqua borla dictum, quæ est nitrosa, & solutiua, & doloribus iuncturarum confert: ut in ea sedentes à dolore sciæ liberentur. cætera multa sunt alia diuersis mineris participantia, ut quædam sulfurea, quædam temperata: à quorum recitatione supersedeo: quoniam exhibitis, & ex dicendis, & mineræ, & suæ uirtutes sic notæ relinquuntur.

De balneis Viterbi. Rub. 14.

NON ENIM minus magnificiunt balnea sua Viterbienses uiri qui in eorum copia & gloriosis suis uirtutibus superbiunt, inquietantes decem singularia balnea suo in comitatu possidere.

Quorum uirtuosius, & primum faciunt balneum de Grotta dictum, per miliare unum à ciuitate distans, arcu lapideo tectum: cuius minera, ut aiunt, ferrea est & ænea. nam eius aquæ color ad auri colorem tendit: propter quod opinantur eam uim auri tenere. in sapore quidem percipitur ut gustus æris: propter quod à minera eius expoliari non uidetur. nam ut Arist. de proprietatibus elementorum, duo sunt sensus qui de mineris thermarum iudicium deponunt: uisus uidelicet & gustus. hæc. n. aqua cum bibitur, & soluat: à sale uel nitro non euacuatur in totum. quibus inducitur balneum hoc compositarum esse uirtutum. hæc autem lymphidissima est, & gustui sic delectabilis se reddit: ut quandoque ab ægrotantibus ex ea bibatur incredibilis quantitas, nullo ex tanto potu nocumento percepto. natura. ponitur à prædominio ferrea: & cum sic mineris aliis calidis participet ut ære, & sale, uel nitro: uelut temperata esse uidetur. nam ipsa est exiccatiua, stypticitatem habens notabilem, propter quod membra relaxata confortat: estque resolutiua, calefactiua, sitim faciens, & superfluitatum consumptiua. & est tantæ subtilitatis aqua hæc: ut cum exportatur in uasis bene obturatis euanescat. electio. eligatur tempus ueris & autumnii, non itur ad id tempore æstus, neque tempore frigoris: sed de mense Aprilis, & maii, septembris & octobris: motaque in eo contrahatur ad uirtutis tolerantiam debite conmensuratum. membra capitis. cerebri digestiuam confortat. propterea in confortando uisum mirabiliter operatur. ualeat. n. ad uisum caliginosum obscurum: ad cataractas, præcipue ad lippitudines, ad descensum humiditatum: ad oculos, sic spiritus uisibiles confortat, & debilitati uisus in senibus iuumentum præstat. catarrho etiam confert, paralyfi & spalmo: cæterisque neruorum passionibus, & originibus eorum. membra pectoris. asthmaticis & pulmonem habentibus debilem subuenit. membra nutrimenti. stomachum confortat, appetitum prouocat deiectum, digestionem procurat: unde conualescentes sic appetitu & digestionem deiecti, statim cum ad eum se transferunt ab his nocumentis releuantur. quinimo imprægnantibus appetitum

B. S. Philippi.

B. Petrioli. Aqua borla.

B. de Grotta.

B. Caldenarum.

B. de Macereto.

B. Rapolani.

B. de Auinione.

titum facit moderatum, si ex ea bibunt: sed post tres mēses impregnationis bibere non debent, quia periculum incur- runt aborsus. splenicis, & hepaticis confert eorum uirtu- tes confortando, & breuiter omnibus uirtutibus naturali- bus subuenit. membra expulsionis. renū oppilationes aperit, & ipsos mūdificat: arenulis, muscositatibus, & lapidi eo- rum, quem frangit mirabiliter, cum sic potus eius fuerit u- sus: unde plures ab eo chronicè uexati, sic liberantur: & ci- tius, si eo pro tempore iustum, aut lithontripton & huius- modi ad lapidem frangendum usi erunt ante uel post balnei introitum. simili modo de lapide uesicæ dicendum: nam de his saepe uisa est, & in dies uidetur experientia. curat dolo- res colicos iliacos, siue ab humoribus, siue à uento proue- nerint. matricem confortat humiditatibus relaxatam. uen- trē soluit bibita, ac superfluitates unctuosas & grossas edu- cit. ulcera & apostemata. scrofulas resoluit, carbunculis & ulceribus confert. membra iuncturarum. podagricis subue- nit, ad quod securius ire possunt pro præseruatione à futu- ro dolore. iuncturas debiles natura habentes & graciles: de quo supra de balneo Petrioli. balneum autem hoc cōuenit fracturæ ossium, & restaurationem eorum multum fortem efficit. unde princeps. Aeræ aquæ ferreæ & salis etiam iu- uant in ægrotudinibus, quæ sunt ex frigiditate & humidita- te, & in doloribus articulorum & podagræ: & conferunt la- xitati & asthma: conferunt carbunculis & ulceribus.

Aliud balneum est nominatum balneum uallis chaym, q̄ alio nomine balneum dominarum dicitur. hoc nanque cum calidissimum sit, male tolerant uiri: sed mulieres melius. an- gustiantur. n. uiri ex parua mora in eo. & est aqua hæc cali- dior in hyeme quàm in estate: propter quod arbitror cau- sam fontis intrinseci bitumen nostrum aquam colligens à superficie terræ non multum distare: quoniam tanta calidi- tas hyemalis non nisi per antiparistam prouenire uidetur: sic à frigiditate aeris circumstantis, ut in aquis puteorum tempore hyemis contingit. & ut supra. i. cap. secundi autho- ritate Aristo. de antiparistasi, quæ fortificatur ignis Aethnæ & Montibelli. & cum per omnes balnea pulicani scribatur ferro, alumine, & ære participare: hinc cum balneum hoc sit uehementer calidum: minera eius alumine plus & ære par- ticipabit quàm ferro. qua ex re calidum ad principium quar- ti dicendum est & siccum. nam multa stypticitate partici- pat ferri & aluminis ratione: & sic habetur eius natura. ue- rum à nonnullis sulfurea esse putatur, cum ad sic dicendum tanta caliditas persuadeat. sed iam ut supra de balneo san- ctæ elenæ dicebatur: feruor aquæ non erat efficax signum ad concludendum aquam esse à prædominio sulfuream. & tu ibi. operationes & proprietates, est uehementer calefa- ctium, exiccantium, stypticum, membrorum relaxatorum, confortantium, congregantium, aperitiuum, resolutiuum, & huiusmodi membra nutrimenti. confert stomacho frigi- do & humido: cuius parietes sunt relaxati, aperit oppilatio- nes hepatis & splenis. sed qui horum membrorum calidita- te uexantur, illud non nisi cum cautela, ut supra ingredian- tur. membra expulsionis. spālem commendationem reci- pit in passionibus matricis, disponendo eam ad conceptio- nem, illam mundificando, abstergendo, & confortando, q̄ intellige ex causa frigida & humida prouenientibus. men- strua prouocat. nam pro his passionibus in dies mulieres ad id accedunt. membra iuncturarum. ualet doloribus ea- rum, & podagræ, & omnibus ægrotudinibus neruosis ex re- pletionem: dummodo causa frigida & humida fuerit. ualere- que sua resolutione, ubi pauca causa foret calida. & tu consi- dera: quoniam sic signum sumptum à iuuantibus, & nocen- tibus non semper est efficax.

Tertium balneum Cruciatorum nominatur: nomen quidē dictu horribile satis: in quo duci sunt in balneum cadetes, cuius minera, ut asserunt, sulfurea est. hæc quidē aqua gros- sæ substantiæ est, & calidior actu quàm præcedēs: quoniam in grossiori fundatur substantia: neque, ut alia, à ferrea & ænea minera euacuatur. estq; natura sic calidius præceden- ti. operationes & proprietates. in omnibus ualet ut præce- dens, in catarrho frigido. unde sic exiccando, calefaciendo origines neruorum confortando mirabiliter podagricis, & iuncturis debilibus ualet. unde multi in ambulando, impo-

tententes, ex usu eius balnei curati fuere. unde in passionibus cerebri frigidis & humidis & originem neruorum poten- ter conferre sentitur.

Quartum est balneum Bulicani per miliare à uiterbo di- stans per riuos bulicani exiens: est. n. temperatæ calidita- tis. cuius minera est aluminosa, & ferrea, natura. est exicca- tium, non calefactiuum. propter quod ualet hepatis super- calefacto, & in ægrotudinibus ab humoribus cholericis ue- nientibus, & adultis. quamobrem mirabiliter curat scabiem ulcerosam adultam, & leprosis confert: & omnes humores cutaneos tale potenter resoluit, ac consumit, humiditates. que ad hydropem præparantes delet. electio. tempore æsta- tis & hæc aqua eodem die nunc ad colorem auri, nunc au- richalchi, nunc stanni mutatur, mirabile uisu: & tu cau- sam speculari,

Quintum est balneum de buffetis sic dictum: cuius mine- ra sulfurea à prædominio scribitur; licet ferrea participet. hoc in uirtutibus suis balneo cruciatorum assimilatur. Mē- bra iuncturarum. summè commendatur in dislocatione; quia sic dislocata ossa reducit, & fractis potenter subuenit. & his duobus casibus aiunt mirabilem habere proprietatē: hæc. n. aqua subtilis est substantiæ, & subtilioris quàm præ- cedentia. Membra capitis. ualet mollificatis, & passioni- bus neruorum, sciaticæ, doloribus intestinorum; quia colico, iliaco ex causa frigida, & humida uenientibus: quinimo hos antiquatos, & icurabiles reputatos dissoluit, ac liberat.

Sextum est balneum de Palatiis dictum, cuius minera sulfurea est, & aluminosa, prædominante alumine. & simile est balneo de monte Groto supra in comitatu Paduano. quod quidem easdem uirtutes habet ut illud per suas aureo- las discurrendas. uerum unum sibi attribuunt singulare, quod omnem scabiem, qualiscunque sit, curat, & cutis infe- ctionem plus cæteris tollit. & arbitratur id cōtingere: quo- niam à forma specifica hepar respiciat; nam & in principio leprosi uidentur ab eo curari.

Septimum nominatur S. Mariæ in Felice, sulfurea est, & ferrea, cuius aqua leuissima existit, & caloris sui impressio sua uis ita, ut nonnulli id balneum suaue nominēt. huic tres assignantur uirtutes: prima, quoniam paralyti, ac neruorū passionibus mirabiliter opitulatur: pari modo doloribus intestinorum; ut colico, & iliaco, ac eorum uentositatibus: tertia, quoniam arthriticis, & podagricis potenter subue- nit, omnibus sic ægrotudinibus ex materia plegmati- ca ortis.

Octauum balneum prati dicitur: cuius minera sulfurea ē non multum, & eius aqua est bibitioni sani sua uis. huic una spāliter laus attribuitur; quoniam mirabiliter sedat dolores matricis, & suauiter, ac intestinorum ex causa uentosa ue- nientes: nam uentositas matricis difficilis est curationis: ma- ximè cum antiquatur: nam Princeps de ea. mulieres ut plu- rimū commoriuntur cum ea. habet & cætera uirtutes in cæ- teris membris, ut de balneis sulfureis actum.

Nonum nominatur balneum Paganelli: cuius aqua cla- ra est, & non tantæ caliditatis, ut præcedens, quæ bibitur. & in eius potu duos producit effectus stomachum uideli- cet, & membra nutritiua confortat, membrisque expulsio- nis non mediocriter confert. Membra nutrimenti. ilico adiu- uat appetitum deiectum, & stomachum marasmatum redu- cit, & impinguat, præcipuè quando est talis propter debili- tatem uillorum eius: quoniam, si foret à mala complexio- ne sicca, cui coniungeretur caliditas; non uideo, qualiter iuaret: nam digestiuam optimè confortat. Membra expul- sionis. educit solutione materias mucosas, urinam, & hæ- morrhoides prouocat, & menstrua, & matricem à super- fluitatibus purgat. propter quod prægnantes illud ingredi- uerentur; renes mundificat. & hic aduertatur: quoniam scri- bitur, quod minera eius ænea sit: & ut actum, multorū opi- nio discurret, quod omnia balnea Pulicani aluminosa, ac ferrea sint, unde considerans aquæ claritatem, & quia sic so- lutiuua sit, & prouocatiua; arbitror illam nitro, & sale, & al- mine magis participare, quàm ære: & si æs etiam sit soluti- uum, ut supra de eo: nam si ænea foret à prædominio; non uideretur aquæ colorem à citi ino euenire. Membra iunctu- rarum. conuenit podagræ, & ligamenta iuncturarum con- fortat.

B. Bulica- ni.

B. de Buf- fetis.

B. de Pala- tijs.

B. S. Ma- riæ in Feli- ce.

B. Prati.

B. Paganelli.

B. Vallis Chaym uel domi- narum.

B. Crucia- torum.

fortat. unde ex podagra nonnulli liberati fuere.

B. Afinel-  
la.

**D**ecimum balneum Afinellæ nominatum: cuius minera, ut aiunt quidam, ænea est à prædominio, & sulfure pauco participans, cui hæc attribuuntur laudes. Membra nutrimenti. stomacho confert hepatis & spleni. & est tantæ subtilitatis, ut penetrando oppilationes eorum remoueat, ac hydropem in eis factam, & doloribus in his membris antiquatis miro modo subuenit. Membra expulsionis. purgat matricem, & eam ad concipiendum præparat, menstrua prouocat, & orificia uenarum hæmorrhoidum aperit. Apostemata. & membrorum interiorum apostemata in breui maturat, & aperit: aqua enim hæc clarissima est, & lymphida, & transparens. postremò, ut actum, diuersitas est inter scribentes de minera horum balneorum. & ego illam non fui expertus. sed qui uoluerit experiri, poterit cum documento infra ponendo, dum de elambicatione aquarum thermarum sermo fiet. & hæc omnia balnea apud ciuitatem sunt: ut aliqua distantia sint per miliare, quædam per miliare cum medio, nonnulla per duo.

De balneo Esculi.

Rub. 15.

**E**scvlvm ciuitas balneo uno gaudet, cuius aqua est parum calida. & idè ad ipsum itur tempore magni æstus; quia eo in tempore radiis solaribus calefit: cuius minera est sulfurea multa parte aquosa participans. & una laus Dei datur, ut non parum conferat in neruis debilitatis: sed nocet multum oculis debilibus. ualet ut cætera sulfurea in passionibus superius memoratis, & ad ipsum itur tempore Madii. uerum debile est in suis uirtutibus.

De balneis Urbis ueteris.

Rub. 16.

**H**æc ciuitas habet castrum unum Sæctus Casianus nomine, apud quod ad distantiam parua; quoniam circa miliare medium, plurima existunt balnea: quorum omnium minera, ut describitur, aluminosa est à prædominio ferro participans. & sunt numero nouem.

B. della  
Terra.

Quorum primum ponitur balneum della Terra nominatum. Membra expulsionis. ualet in passionibus frigidis matricis, in passionibus renum. unde stantes in ea, mingere facit, ut sic renes à lapide, & arenulis mundificet & uescam ipsam ac eorum mucositates. sed mirandum est, quomodo prouocat, cum multum stypticet: forte dicitur: quoniam cõstringat sua stypticitate uias uentris: & sic per illas calefactæ humiditates, & caliditate attractæ exire minime possint. uirtus ab eis sic stimulata, cum iam liquidæ sint per regionem conuenientem; conatur illas expellere, quæ est urinæ uia. & hæc respõsio, ut euitetur fuga miserorum, pronè pace intelligentium sustineatur.

Membra iuncturarum. ualet in passionibus frigidis, & humidis earum. & certè est opinandum, quod ægritudinibus in aliis membris ex causa frigida, & humida contingentibus conferat, calefaciendo, resoluendo, exiccando, & fortiter stypticando.

B. Calida-  
ia.

Secundò ponitur balneum Calidaia dictum, quod primo calidius est multum: quinimo ualde calidum est ita, ut in eo homines longam moram sustinere minime possint. quare existimandum minus de ferro participare. Ulcera, & bothor. specialem proprietatem habet in mundificando cutim & specialiter à scabie ualde humida; quoniam est uehementer exiccantium. ualet & potenter in omnibus ægritudinibus frigidis, & humidis.

B. S. Ma-  
riz.

Tertium balneum Sanctæ Mariæ dicitur: hoc quidè ualde calidum est, & siccum. Membra capitis. ualet paralyticis, tremulis, stupidis, spasmatibus ex spasmo repletionis, catarrho frigido, & humido, sodæ antiquæ frigida. Membra nutrimenti. confert hydropisi ex causa frigida. Membra iuncturarum. ualet podagræ ex causa frigida, & arthriticis ex eadem. Membra expulsionis. humiditates matricis exiccat.

B. de Cal-  
dagna.

Quartum nominatur balneum de Caldagna: est quidem calidum ualde, & siccum. quamobrem multo participat alumine multo plus, quam ferro. ducias habet in balneum ca-

dentis, quas homines diu sufferre non possunt. Membra capitis. catarrho frigido, & humido confert. Membra iuncturarum. podagricis magnum præstat iuuamentum.

Ulcera. scabiei humidæ mirabiliter opitulatur.

Quintum dicitur balneum Ficuncellæ, siue Delafigatellæ: est enim in caliditate temperatum, sic alumine, & ferro participans. Membra nutrimenti. confert stomacho calefacto, & non calefacto, sic appetitum in eis acuedo, hepatis mirabiliter, & spleni subuenit: propter quod fortassis sic ab hepate nomen accepit. Membra expulsionis. humiditatem matricis tollit: & hæc aqua bibitur de duobus muris' exiens, ut una calida sit, & reliqua frigida, ut de his actum.

Sextum balneum Grotæ nuncupatur. Cuius proprietates est ad remouendum scabiem malam ulcerosam, & lepram.

Septimum balneum Sancti Georgii dicitur, calidum & siccum: sed amplius siccum. cui unica sic laus excellens datur: ut uulnera, & ulcera antiqua consolidet.

Octauum balneum Potus nominatur, calidum subtiliatium, & sudoris prouocantium.

**N**onum est balneum De Luto dictum: cuius proprietates sunt ad ulcera fordida, & difficilis consolidationis sananda, ad crurium grossitiè tollendam, & ad neruos contractos: in quibus stare oportet patientes ultra mensem cum dimidio & usq; ad duos. omnium autem balneorum aqua clarissima est, & bibitur, & ex eadem clysteria fiunt. Et ad hæc pergunt homines de mense Martii usq; ad mensem Septembris. sed temporis constitutionem moderare oportet in eundo ad illa, & ad alia secundum maiorem, aut minorem caliditatem eorum, ut in de obseruandis infra, & in dubio in fine de balneis Carpensibus.

De balneis Perusii.

Rub. 17.

**P**ervsivm ciuitas insignis unicū balneum possidet quo certè non multum gloriari potest, balneum Montis alti nuncupatum: nam eius aqua nigra, & foetida est hyeme frigida, æstate autem radiis solaribus, & stellarum calefit. cuius minera sulfure participat, licet non multo, participatq; asphaltum. confert autem ægritudinibus de materia frigida, & humida. & certè opinor simillimum esse balneo de Sæcto Bartholomeo in comitatu Paduano, de quo actum licet aqua eius non sit foetida.

De balneo montis Catini.

Rub. 18:

**V**l insignis Vgolinus de monte Catino de balneis eiusdem castris scripsit: quarum uirtutes, quas magno cum studio ipse doctor inuestigauit, silentio non præteribo: apud enim castrum illud per miliare aquæ salis maxima est copia. unde balneum unum antiquissimum est, de quo nulla habetur memoria. asserunt tamen homines illud magnarum fuisse uirtutum. & ut ruina docet, iam fuit pulchræ compositionis, & formæ. in hoc reperitur parua quantitas aquæ salis cum aqua dulci permixtæ. & est ibi uelut palus, circa cuius circumferentiam nascitur tamariscus magna in quantitate, & rustici illius loci eo utuntur in doloribus iuncturarum, podagræ, sciæ, & dorsi, & sentiunt ex eo sic se iuari.

Aliud est balneum in duo diuisum: ut in altera parte stent mulieres, solemniterq; ordinatum est. Membra iuncturarum. ualet podagræ, sciæ, similibusq; doloribus. Ulcera, & apostemata. confert scabiei, & undimiam tollit.

Tertium est balneum nouum per communitatem Florentiæ ordinatum. 1320. ut inde utilitatem percuniosam sibi uendicarent, non ad hominum salutem: sperabāt enim ex ea aqua salis abundantiam habere. quod cum experti fuerint expensam introitum excedere; opus illud reliquerunt. huic autem non nisi pauca laudes attribui possunt. hinc breuibus claudens dico, quod homines illi de mense Iunii, & aliquando de mense Augusti eam bibunt, ut sic de aqua Porrettæ. soluit uentrem mirabiliter, uomitum prouocat, oppilationes renum aperit, frangit lapidem in eis, & uermes potenter interficit, & per accidens expellit. & hæc de illis.

De

De balneis in terra Laboris à Neopolitanis de Agnano dictis. Rub. 19.

**TERRA** Laboris decem balnea possidet, quibus, ut aiunt, tot insunt uirtutes, ut ab omni languore homines liberent, quæ modo mortales latent: nam, cum illæ literis in marmore sculptis sic indicarentur, ut unūquodque balneum sic literis indicantibus uirtutes suas manifestaret; medici inuidia quadam moti, & avaritia eas literas aboleuerunt, ut actum, quo fit, ut omnes non nobis sint manifestæ. sed, quoniam id fabulosum facio; hinc ad manifestas earum uirtutes, quas in quibusdam uersibus exametris, & pentametris collegi me conuertam, & eorum primum Sudatorium nominatum faciam: est. n. testudo quædam parua, quam ingrediuntur homines, in qua sudant ex parua in ea mora contracta, ante quam locus est ranis, & colubriplus plenus, in quo non nascuntur pisces, huius autem minera non mihi nota est; sed ex effectibus aliquo modo comprehendendi, & ex uicinitate mineræ aliorum sibi propinquorum quæ cum sulfure participant, ipsum ab eo absolutum esse non est opinandum. Membra expulsionis. ualet doloribus illiū, Ulcera, scabiæ, & cutaneis ægritudinibus.

Aliud nominatur Sulfureum. Membra capitis. ualet dolori antiquo capitis, compescit lachrimas oculorum, uisum acuit. Membra nutrimenti. ualet doloribus stomachi ex causa frigida, & confert uomitui. Membra expulsionis. steriles ad concipiendum præparat: quando causa talis est ex frigore, & humiditatem purgat phlegmaticam. Ulcera, scabiæ curat. Febres. Asserunt curare febres, & rigores earum, quod non credo.

Tertium nominatur De bulla. Membra capitis. Valet in passionibus capitis, & lumen oculorum acuit. Membra nutrimenti. Confert hepatis, & spleni. Membra expulsionis. Purgat matricem.

Quartum Astranæ nominatur. Membra capitis. Ducia eius catarrho subuenit branchæ, & corizæ, & passis oculis hæc aqua præstat opem. Membra nutrimenti, stomachi fastidium tollit, & appetitum prouocat. membra pectoris. pulmonem recreat à tussi fatigatum, & pectus lenit, raucedinem uocis expellit.

Quintum Deiucare dictum, estque iuxta litus maris positum. Membra nutrimenti. Confortat stomachum, & hepar. Membra pectoris. Pectus confortat, animum letificat, & gaudia in eo inducit, suspiria tollit, & faciunt alacres in muliere uires. Membra expulsionis. confortat renes, & coitum excitat, de quibus dicitur. Efficiunt Veneris renes ad prælia fortes. Febres. aiunt annihilare fortes, & terras febres. & quod ualent hæc primæ, & secundæ speciei: hoc credere mihi difficile est.

Balneum locus est apud litus maris: est. n. fons paruus, & uiribus amplus. de quo scribitur de morbo quocunque dolor, seu grauitate quauis. locus aqua tali tempore liberabis. Membra capitis. Confert oculorum obscuritati, & caliginis, & cataractæ. Confortat caput, & catarrho subuenit. Membra nutrimenti. Confortat stomachum, & eius digestiuam. Membra expulsionis. Confortat renes, consumptos reficit, & multa operatur auditu miranda, & idè Neapolitani hoc præ ceteris diligunt, quo scribitur ut patiens illic se credat esse Deum: est enim aqua suaui, tepida, & corpori multum grata.

Balneum De tripta iuxta litus maris existens non est aqua calida, & est dulcis ad potandum. Membra nutrimenti. debilitatem stomachi tollit potata, & hepatis. sed nocet hydropicis, Membra pectoris, pulmonem læsum sanat, & tussim mitigat, ac tollit. Membra expulsionis, calefacta, & bibita uentrem lenit. Febres. Ariditatem membrorum ex febre uenientem tollit. Decoratio. Aufert cutis infectiones.

Reliquum Petra dictum: quoniam petram frangit. Membra capitis. Omnes capitis quærelas depellit, surditati subuenit, caliginis oculorum, & cataractæ. Membra pectoris.

Confortat pectus, & cor aperit urinæ uias miro modo, ut sic ab eis expellat arenulas, & lapidem in eis genitum frangit cum calida potata fuerit.

**A** Nonum Celatura dicitur. Membra pectoris. Cor lætificat, pulmonem, & tussim tollit, & liberat, aptos ab incurfu in eam præseruat, si de ea fuerit sæpe potata, quæ descensu catarrhi facta est. Membra nutrimenti. stomachum confortat, & digestiuam eius, & appetitum excitat.

Decimum Lauacrum nominatur. Membra pectoris. pulmonem purgat. Membra nutrimenti. Confert spleni, & duricie eius, & hepatis subuenit. Modus autem in uestigandi mineras eorum habebitur infra suo loco; quia ultimo capitulo.

De balneis ciuitatis Aquensis. Rub. 20.

**A**QUI S ciuitas est apud montem Ferratum ab Alexandria della Paia. xvi. miliaribus distans. In qua ciuitate super plateam duo sunt balnea ex eodem fonte descendente, qui fons ab ipsis distat semi iactu lapidis, & est arcu lapideo tectus, ne pueris bestiisque aliis offendiculum fiat. cuius aqua calidissima existit. primum balneum magnum est lapidibus circuncirca ornatum. secundum uerò iuxta positum ab eo exiens balneum dominarum uocabatur. nunc uerò constructa est domus apud istam, in qua ciuis quidam ordinauit æstuarium siccum, ex fumo balnei tractantis factum, ad quod homines uadunt. & ex hac aqua eleuatur fumus sic per domum transiens, qui construit balneum unum paruum coopertum, quod modo ad honestatem balneum dominarum nuncupatur, fontis autem mineræ notitiam non habeo; nam qui ibi fuerunt, & aquam biberunt, dixerunt mihi aquam illam primis in duobus diebus clarissimam ac lymphidam esse, ut in fundo paruulus obolus uideatur: deinde post biduum fit uiridis, & mundatur balneum de octo in octo dies. s. omni die ueneris, asseruntque primis duobus diebus tanta caliditate uigere, ut nemo eam sufferre possit. qua ex re ingrediuntur tertia die, à quibus accipitur, & in ea ab aere sic alterata communiter omnes se balneant: nam aqua quanto calidior, tanto rarior, faciliusque apta est ab aeris frigiditate pati. consequenter aiunt eam omni minerali odore priuatam. & quod bibente, dum bibunt, odorem ex ea foetidum sentiunt, uelut corruptorum ouorum propter quod qui conantur eam bibere, se nares prius aliquo odore muniunt. neque communis est consuetudo eam potandi. sed, quoniam in passionibus iuncturarum poteter ualet, & hæc sibi laus à suis attribuitur: super alia balnea omnia, & in omnibus doloribus articulorum, cum tantæ sit caliditatis; uerisimile est, quod alumine participat, & quod à prædominio talis sit, cum aluminosæ sic sapore sint remissæ: nam sulfureæ gustu, & odore percipiuntur, & uisu: salæ uerò saltum gustu, & nullum talium in aqua hac sentitur. uerum ex medicis illius patriæ quidam dixerunt eam sulfuream aluminosam, ac nitrosam esse: cuius ueritas ex ultimo cap. haberi poterit. & consequenter dicendum, quod odor ille malus acquiritur ex transitu per loca foetida: & hoc disputatiuè, quibus inducitur, quod earum introitus est multum considerandus, & non facilis. attribuuntur eis etiam plures laudes in passionibus aliorum membrorum, ut in passionibus capitis, stomachi &c. ut ex aquis aluminosis de quibus actum, uerum aiunt hepatis nocere, postremò dicunt, quod uirtutes horum balneorum non imprimunt in corpus, nisi postquam homo in eis steterit per magnum tempus, ut duorum mensium ad minus, unde quidam steterunt hac ex causa per annum. & relatum est mihi ab his qui, longo tempore steterunt se non fuisse sanatos, neque effectus grandes, & notabiles in sociis uidisse, ad hæc autem profectus est pro cura podagarum suarum recolendæ memoriæ illustris Nicolaus Marchio Estensis genitor tuus, qui cum eisdem rediit,

De balneis Siciliæ. Rub. 21.

**I**N SYLA trinacria pluribus gloriatur balneis etiam diuersis in locis situatis, uerum, cum omnia illa à prædominio maximè sint sulfurea; de ipsis non aliter in præsentiarum agendum esse putauit, quam de balneis sulfureis actum est in de balneis Petrioli: nam & eadem sunt uirtutes, & proprietates; & si intensione, & remissione differant, quæ

B. Sudatorium.

B. Sulfureum.

B. de Bulla.

B. Astranæ.

B. Deiucare.

B. Locus.

B. de Tripta.

B. Petra.

B. Celatura.

B. Lauacrum.



quæ speciem non uariant. Ideoq; ad eum locum pro his recurratur; ut sim breuitati indulgens. at, cū inter cætera unū famosus sit, ne sic hunc locum facili, & ieiuna oratione percurrat; de eo aliqua scribā tuq; ut spero, dominationi gratissima, est. n. hac in insula ciuitas quædam Sacha nominata apud Sinum montis gemmariarum sita, eoq; in mōte plurimum palmofo balnea hæc sic à natura producta fuere. & antequam ad ea aperienda accedam; id primum scribā memoria, & ueneratione dignum: nam cum mōs hic sit à summitate eius usque ad profundum maxima in concauitate natura factus, quo in loco tempore Petri Sancti Dæmones habitassent, & populos insulæ infestarent, habitaculum Dæmonum dicebatur, quod Petrus intelligens Calogerum confessorum, Paulum, & Iorladum, ceterosq; discipulos duos ad eos expellendos transmisit. elegitq; Calogerus beatus sibi locum hunc, & Montem in habitaculum: ut ab eo Dei Iesu uirtute eos sic expelleret, quod ab eo succurrēte Dei gratia, facile actum fuit. ob quam rem non paruus fuit ad eum uisendum uirum hominum confluxus, & sanorum, & languentium, quos sanitati uerbis sacris sic restituebat, & sanos fide ægrotante miro modo sanabat: hic. n. uir sanctus sic in longum tempus hoc in loco habitauit, donec uitam cum morte commutauerit. & cum in populos sic deuotio creuisset sancti huius habitatione, id opinantes uirum illum non raro, & in antro orasse; de quo post, & in balneis montis huius se balneasse, antrum, & aquam eorum sancta loca, sic Siculi aiunt. præcipuè antrum, in quo sedilia posita fuerūt, uirtutes, ac proprietates literis græcis in eius cute sculptis indicantibus: quæ quidem literæ uiri sancti auctoritate scriptæ fuerūt, ut dicere uelint eo in loco, & in eis aquis benedictionem diuinam, ac uirtutem, & non naturalem tantum reliquisse. et in re hac tanta cum deuotione processerunt, ut dicant in uno sedili proprietatem, ac uirtutem, esse qua languentes hydropici curantur, in reliquo podagrici: sicq; de aliis ita: ut hydropicus in sedili alteri ægritudine deputato sedens non sanetur: sicq; de cæteris. hoc autem tempore hæc literæ minime legi possunt: quas, ut aiunt, medici auaritia ducti aboleuerunt qua ex re non in eos exeunt effectus, ut consueuerunt, quod fabulosum facio. & ad balnea rediens dicendum, quod in summitate montis antrum est ad instar domus cum hostio paruo, & humili, in cuius medio puteus est profundissimus ad usque radices montis, à quo fumus calidus egreditur antrum calefaciens: sua tamē cum humiditate ipsum humectans, & hunc locum Balneum sic appellat: & hoc in loco sedilia sunt, de quibus actum. balnea autem aquæ in infima parte mōtis sic fabricata sunt, ut loca uirorum ab eis, quæ dominarum, & brutorum sint separata. postremò his adiicio ex uirtutibus eorum, quod hermatos ex uentositate, & ex intestinis mirabiliter sanat quamobrem ferro plurimum sic participare illa arbitror propter quod supra de ferro legatur. & hoc de eis satis dictum esse uolo, si eis addidero balneum de Calatomech: terminus Græcus, aut Arabicus est, ab oppido olim hoc in loco situato deriuatus: in medio nanque ciuitatis Drepani, & Alcami locatum est. Alcami quidem castrum, & non ciuitas habetur, à quo miliaribus quatuor distat. eoq; in loco tres sunt balnei mansiones, ut una calida sit, altera calidior: tertia calidissima, ut in ea facile coquantur oua. sulfurea quidem est, & de mense Madii ad eum confluunt gentes. suntq; in comitatu Palermi balnea termini nominata à Castro, iuxta quod situata sunt sic dicta. & hæc de eis pauca tibi sufficere uolo.

## De balneis de Aquario. Rub. 22.

**A**QUARIUM terra est à Regio longobardo xxv. miliaribus distans, apud quam distantia miliaris balneum est balneum de Aquario nūcupatū: cuius aqua nimium lymphida est, & clara, frigida scaturiens, odore suauis, & sulfureo carens, quem nonnulli odorem camphoræ esse iudicant: sicq; eam camphoræ mineram obtinere. quod minime credo, cum effectus camphoræ non teneat: uerum magis eos, qui ex alumine sunt, ut de eis statim. estq; camphora gummi arboris, non mineralis res: hoc. n. balneum

**E** nouum est, & meo tempore inuentum. quo in loco nullus erat ad recipiendos ægros præparatus locus, neque ad id confluxus: uerum nunc ad illa itur, bibitur eius aqua modo & ordine, quibus bibitur aqua Porrettæ: cum ex eius potu idem proueniant effectus prouocatiua. s. aperitiua, stomachi mirabiliter confortatiua, & maximè dyscrasie frigide remotiua, ualensq; in omnibus cæteris membrorum passionibus, ut illa della Porretta. & ultra, quod est urinæ prouocatiua, est & uentris laxatiua, propter quod à nitrositate aut sale non absoluitur. Estq; famis, & somni inductiua, propter quod illi canones seruentur in his duobus accidētibus de quibus actum supra de diæta tenui, & somno diurno in de balneis della Porretta. hæc autem aqua cum ex ea balneum fieri contingit; igne ab hospitiibus calefit, & in uasis ligneis sic calida ponitur: in quibus duo uiri simul sedere possunt. & paucis claudens, quidam, qui utrunque balneum experti fuere, hoc magis laudarunt, quam illud della Porretta: in cuius assumptione, ut actum, omnia, quæ in illo suo ordine obseruentur, aiuntq; effectum efficacem huius balnei non nisi post annum cognosci posse. & cum adhuc non sit famosum multum; satis sic de eo in præsentiarum scripta esse uolo: si hoc unum addidero, quod cum multi hydropici pro eorum salute ad ea profecti fuerint; ab hydrope ipsa minime liberati fuere. quamobrem in ea non ualere aiunt. curant fistulas antiquas membro in aqua retento bis in die per horam.

## De balneis Carpensibus.

Rub. 23.

**M**AGNIFICI domini de Carpo castrum possident nomine Brandula à magnifica terra carpensi. xxxiiii. miliaribus distans, apud quod miliaris distantia balneum hoc in tempore inuentum est, brutis eius uirtutē aliquam primò indicantibus: nam cum boues, & iumenta alia plurima se pascendo loca balnei circuirent; ad balneum se conuertentia, de aqua ipsa sic actu frigida bibere ceperunt. quæ cum aliquid salis in se habeat; sic sapida gustui eorum delectabilis facta fuit. quamobrem & usque in hodiernum ad eam sic gustu delectantem iumenta ad potandum magno cum appetitu se conuertunt. cumq; in. 1448. eius loci boues infirmarentur, ut sanguinem mingerent; quotquot ex aqua illa potabant, non multis in diebus curabantur, quod pastores oculis uidentes hominibus castri denunciarunt. & plurimi id opinantes, quod ægritudo brutorum à renibus, aut à uesica procederet, qui renum passionibus, ac uesicæ molestabantur; animo statuerunt de ea aqua bibere orbiterantes se sic à suis infirmitatibus posse curari. comperitq; est deinde calculosos, & colli uesicæ excoriationem patientes sic ex eius potu curatos esse. res autem hæc cum memoriæ, & honore digna esset, per officiales castri magnificis dominis suis renunciata fuit: neque prius nisi post multas uiuas experientias, ut non fabulosa scriberent. cumq; ita rem hanc magnificus Galasius ex dominis carpensibus authenticè intelligeret, eamq; ad culmen laudis suæ terræ accedere sic facile cognosceret: ilico eius generosus animus sibi persuasit, cum me de cæteris Italiæ balneis scribere sentiret, ut de dicta aqua usque Ferrariam salma una ad me deferretur, ut qualis eius esset minera, quæ & ipsius uirtutes hoc meo opusculo interfererem, precesque suis in literis addidit, ut huius aquæ uirtutes, si quæ sunt à Deo optimo datæ, sic homines non laterent: eodq; per maximè, cum ad mortalium utilitatem sic accedere uideretur. & is cum uirtutum sit zelator, nunciis, ac literis, proprioque suo ore me sollicitare curauit, quod lubens feci, aquæ mineram inuestigans, ut ualui. hæc autem aqua clara est, actu frigida, & sapore extraneo, & abhominoso priuata. cuius minera, ut ex pluribus habere potui, aliquid sulfuris tenet, & parumper: nam cenosum eius super ignem proiectum, odorem sulfureis remissum reddit: estq; aluminosa magis, pauco sale participans: uerum in his omnibus remissa est ualde. propter quod ipsa redditur styptica, & absque mordicatione exiccatiua. unde non eleuatur in gradu caliditatis, & fortassis peruenit ad finem primi, uel principium secundi. sed in siccitate intenditur, & usque ad finem secundi, & principium

pium tertii. quibus accipitur, quod est ulceribus, quorum expectatur consolidatio plurimum ualens.

**Membra capitis.** Exiccat capitis humiditates, catarrhū sistit, & præcipuè ducia eius, cum ad ignem calefacta erit, oculorum humiditates tollit, lachrimas eorum compefcit, & in cataractis tollendis præcipuè ante earum confirmationem mirabiliter operatur.

**Membra nutrimenti.** stomacho subuenit humido: cum calida potata fuerit, ut supra de illa Porretta.

**Membra expulsionis.** Dilatationi panniculi renum mirabiliter operatur, ut in bobus in dies uidemus, & in hominibus experitur. eorum debilitati opitulatur, permaximè à causa frigida, & humida prouenienti, ulceribus eorum, ac uescicæ: nam plurimos ex ulcere colli uescicæ sanatos esse intelleximus. & fessio in ea calida matricem frigiditate, & humiditate læsam potenter iuuat, & humiditates albas tollit, ac corrigit, & mulieres ea ex causa steriles factas foecundas reddit.

**Membra iuncturarum.** Podagræ, & cæteris articulo- rum doloribus ex causa frigida, & humida uenientibus succurrit: hæc enim aqua, cum sic calefieri oporteat in omni parte temporis; sic exportata uti poterit, & de ipsa satis.

Quibus ex omnibus plane accipiantur proprietates, naturæque thermarum totius orbis: nam omnes tales in mineris iam dictis conueniunt, neque aliis ex causis thermæ fiunt. quã obrem cum aperta satis sit thermarum naturalium Italiæ doctrina; poterit, & faciliter satis diligens indagator cum his in ulti. cap. scribuntur, cæterarum omnium naturas, ac proprietates scrutari: ut inde satis clara, atque exquisita scientia habeatur, ut patet intelligenti. & tu considera.

**C**um plerumque dictum sit in fine ueris, aut in principio autumnii homines se ad balnea, & debere, & transferri posse, & in quibusdam in tempore medio; hæsitatur, an salubrius sit ad ea proficisci uno tempore magis, quàm in alio. & quoniam sic posituè satis usque modo processimus, ne noster in longum sermo protrahatur, dubio per conclusiones satisficiemus etiam aliquibus cum rationibus firmatas.

**Quarum prima hæc est.** tempus tempori comparantes dicamus: uer cæteris temporibus sanius, & minime ægrota- tiuum: est enim cæteris temperatius, & uitæ hominis accommodatum magis. autumnus uerò malus, & multis illaudabilis in rebus, acutorumque morborum generatius, & uitæ principiis obuius. hanc conclusionem uoluit ad litteram Dux noster aphor. tertia tex. commenti. 10. iuxta hanc ponamus secundam, quod absolutè pronuntiandum esse uide- tur salubrius in fine ueris esse, minusque uerenda: eo nanque tempore aer caliditate sua temperata calorem confortat naturalem, neque autumnus, propter suam diuersitatem uirtutem debilitat, & corpora ad tam prauas præparat ægritudines, ut dicitur. ergo. in fine autem ueris multæ adhuc reseruatæ sunt ex hyeme superfluitates, quæ phlegmati attestantur siccatione, & resolutione egentes. quare stante aeris temperie, qua uirtus fortificari habet, sic conferre uidebuntur. in autumno uerò iam reseruatæ humiditatibus calidis cholericis ex æstate multiplicatis, sic in poris membrorum, & uenis clausis ex superueniente frigiditate aeris autumnalis sic prohibita transpiratione periculum est superueniente tanta caliditate aquæ thermarum, ne in eis ebullitio superueniat, cum ad ebullitionem nimium paratæ sint: sicque putrescant, natura ex earum multitudine sic superata, non potente eas regulare, cum diuersitate eius primum debilitatur, ut actum. quare accident febres acutæ, dysenteriz, ac febres pestilenciales, & carbunculi, ut Dux allegato loco. acceduntque multis in corporibus ea ex causa ægritudines chronicæ quartanæ permaximè, in quibus præsentia est humorum heterogeneorum, habentium multum de adusto: nam in his subtilium sit resolutio, remanentibus grossis melancholicis, ut accidit melancholicis per adustionem cholerae talibus. quas ob res tertia ponatur, quod cholericis naturaliter, & cholericis adustis, melancholicis, & debilibus natura, sanius est consulendum in fine ueris ad balnea se transferre debere, si eos ad reassumenda necessitas compulerit. dicitur si necessitas & cætera: quoniam si aliter

**A** dispositioni malæ corporis prouideri poterit; illud prius quærat, & tentetur: nam balneum sua forti caliditate humores calefacit, subtiliat, eliquat, fluere facit, & sic eos in fluxu disponit. quare sæpe ad loca uaria sic discurrent, ut in de inopinatè eueniant ægritudines, ut meo tempore uidi. ex quibus infertur, quod non nisi ex causa multum necessaria quærenda sunt balnea. unde communis schola in ægritudinibus fortibus balnea consuluit: cum prius omnia tentauerit medicamina, quare eorum assumptio plurimum consideranda est.

Corpora sanguinea cum minori eorum nocumento in principio autumnii ad balnea se transferre possunt. hæc conclusio probabiliter ponitur: quoniam in fine ueris talia se inueniunt multo sanguine ex constitutione temporis repleta. quare etiam iuuante aeris caliditate periculum maius incurrunt: ne ad tantam aquæ caliditatem sanguis in ebullitione ponatur, unde febres accendant sanguineæ, fluxus sanguinis, tumor tibiæ, & phlegmones.

**B** Phlegmatici salubrius se habebunt in fine ueris, eos sic aeris caliditate iuuante, quibus indicatione à complexionem sumpta, directius competunt balnea.

Ratione autem situs balneorum salubrius, quandoque corpora ad balnea se transferunt in tempore inter hæc medio, ut tempore magni caloris, quia in fine Iunii, & usque ad medium Augusti. patet conclusio primo de balneis della Porretta: nam in aliis temporibus propter aeris excessiuam frigiditatem, debiles, & infirmi absque nocumento ibi stare non possunt. similiter ubi fit ingressus in balneum superficialiter parum calidum, cui aquæ supercalefactio à caliditate expectatur, ut de balneis S. Bartholomei actū est.

Caliditas aquæ thermarum mensuranda est secundum mensuram caloris, & complexionem ingredi debentis. est Principis dictum secunda primi. quidam ornatè loquētes, quod in assumptione balnearum consideretur multum debilitas: & fortitudo totius, & particulæ patientis. unde corpora multum debilia, & amplius ex ægritudine debilitata, non absque grandi periculo balnea ingrediuntur, quod maxime attendatur in balneis, quæ bibuntur. idèdque tales corpore debiles meo consilio illa della Porretta non ardentèr diligant, quibus sæpe mori consueuerunt. consideretur et uirtus particulæ patientis: ut, si stomachus læsus sit, sitque texturæ nimium rarus, & sit debilis, quod ea ex causa impressionem aquæ talem fortassis sustinere non poterit, quæ admodum pharmaca, & alia fortia medicamina minime ualuit sustinere. item si calidus sit, & passio à caliditate proueniat, consimiliter de aliis particularibus membris dicatur: in quibus omnibus medicis debet singularem diligentiam adhibere. & inter cætera est hepar: nam, cum lapsus est ad calidum multum naturaliter, dubitandum est, ne præternaturaliter sic labatur, inflammetur, & febres faciat: sicque de renibus, & de cerebro dicendum: nam non uideo, quò ducia in causa eius calida, & catarrho calido conferre possit: cum plurimi asserant ex ducia Petrioli à catarrho calido, & humido se euassisse. arbitror eos aut rem suam non intellexisse, aut cerebri caliditatem multum remissam fuisse, & cerebrum ipsum ad uehementem humiditatem esse prolapsus. septentrionales impressionem thermarum, quàm occidentales facilius tolerant, & meridionales, quàm orientales. patet conclusio ex habitis: quoniam robusta corpora ab eis minus molestantur resolutionem earum, & exiccationem minus timentia.

**D** Indicatione à complexionem sumpta congruentia sunt phlegmaticis, secundò melancholicis naturaliter talibus in caliditate moderata, & hic supponendo terram frigidiorē esse ipsa aqua, & melancholicum ipso phlegmatico: tertio sanguineis: ultimo cholericis naturaliter talibus: minime uerò cholericis adustis. hæc tamen conclusio, ut probabilis ponitur: nam fortasse indicatione à uirtute sumpta minus benè tolerabit melancholicus cholericus, & melius sanguineus ipso cholericus, & melancholicus. melancholici adusti ab ingressu thermarum se multum præcauere debent, & ab earum potu. conclusio patet ex facili inflammatione quam incurrunt, & periculum cadendi in ægritudines acutas, ut supra. consueti ad balnea minus trepidè se transferre

ferre possunt: est enim consuetudo altera natura, & si uespertina sit in ingressu balnei conueniens hora; potior dicenda est matutina: est enim tunc natura minus à superfluitatibus oppressa, quas sic in nocte consumpsit, quare super residuum facta est potentior, unde sic fortior facta, quod remansit, facilius resoluit, sic à caliditate thermarum adiuta, ex quo infertur in mane moram in balneo minorem esse debere. & ut paucis claudam; cum per balneorum ingressum, & potum notabilis fiat euacuatio; permaximè ex his, quæ bibuntur, id non nisi ex causa prædico uniuersalem canonem magna cum diligentia attendendum esse à Principe scriptum quarta primi. 3. cap.

De rebus, quæ demonstrant rectitudinem iudicii in euacuando, quæ sunt ætas, sexus, regio, complexio, uirtus, tempus, hora diei, & plurima alia, de quibus expositis facilis erit in consulendo doctrina: ut quod infantes ob facilem resolutionem humorum, & spirituum, quiq; humido egent &c. ad balnea calida resolutiua proficisci non debent. consimiliter mulieres, & natura frigidi aliis paribus, facilius eorum impressionem tolerabunt, consimiliter debiles, & ultimi senes, malè ea sustinere poterunt, sunt itaq; res hæc omnes & accidentia ægrorum, & ægritudines ipsæ à medicis, cum de balneis consulunt; diligenter considerandæ: ne febricitantes, & calida ægritudine languentes sic inconsultè mittantur memoriæ tenentes, quod ignis igni aditus facit ipsum furere, quod non inconuenit corpora pro causa necessaria tempore hyemis se ad balnea transferre, ubi aer cameræ benè disponatur, & locus totus, & custodiant se à frigore, & huiusmodi: nam de his experientiam habui in duobus ducibus exercitus illustris dominationis Venetiarum: comite uidelicet Carmignola, & Gattamelata: hi enim ambo paralyti molestati fuerunt, pro qua dispositione etiam consilio aliorum ualentium uirorum balnea de mense Ianuarii profecti sunt, & ego cum eis, qui mirabiliter conualuerunt; Carmignola ætate. 48. annorum fere usque ad sanitatem pristinam: Gatta uerò ætate. 66. nimis benè conualuit, sed potior successit sanitas, quam sperabamus, feci fieri balneum in tina, & in camera, equidem usus hic particularis balnei etiã aliis in temporibus; cum adest ex parte uentorum, aut plurius aeris intemperies, commendandus est: potest enim melius moderari in caliditate, & in potentia: quoniam in maiori quantitate aquæ est maior potentia, in minori minor, cum potentia rei habet attendi penes multitudinem forme circuiui balneum asseribus, & superius cooperiebatur, ne aer frigidus ludere posset &c. quibus omnibus manifestè inducitur, quanta debet cum diligentia esse à medicis consideratio, cum hominibus consulunt de eorum progressu ad balnea.

## De balneo aquæ Maris.

Rub. 24.

**A**QUA maris cum salsa sit multum; est exiccatiua, præcipue cum calefit. & ideò usus eius balnei corpus exiccatur, & macredinem inducit.

**Membra capitis.** Princeps marinæ autem aquæ caput replent eius, qui balneatur in eis: & ideò natantes in eis caput balneare uident.

**Membra expulsionis.** Aqua salsa clystrizata primò soluit: deinde sua siccitate stypticatur, & intestina radendo lædit & hic aduertant, qui clysteriis salitis multum utuntur. eius uerò usus in balneo calefacit in tempore matricem, & uescicam, & collum eius: sicq; apta est excoriationem in eis inducere, quare usus eius dimittatur.

**Vulnera, ulcera, pruritus.** Potus eius sanguinem corrumpit, & scabiem, & pruritus inducit: uerum balneatio in ea confert pruritus, & scabiem, unde fortiter exiccando illa tollit: est enim grossæ substantiæ. & ideò difficilius diuiditur, quam aqua currens, quare facilius adolescentes in ea natate discunt.

**Membra iuncturarum.** Iuncturas laxas confortat, & earum, humiditate exiccatur, & multi podagræ ea utuntur.

## De balneis artificialibus compositis. Cap. 4.

**P**OST QUAM de thermis naturalibus, ut nobis possibile fuit, sic scriptum est; consequens uidetur, ut promissum fuit de artificialibus sic dicere, ut etiam hac in parte nobis satisfactum esse uideatur, quæ sic denominatur quoniam arte, & non natura communi producta sint. balneum quidem hoc dupliciter fieri contingit, aut cum mineralibus iam dictis, aut cum aliis ex terra nascentibus. & primum expedites canonem ponemus, de quo aut quid infra nobis in artificiali composito, ac naturali deseruientem; id enim arbitrari quisq; debet, ac scire balneum ab arte inuentum, ut naturale cum nobis copia defuit, eius in uirtutibus, & operationibus compar fiat, quæ ex re cum naturalia ad malam complexionem simplicem, ac materialè delendam inuenta sint, & artificialia idem posse putandum: cum ars imitetur naturam, Physicorum secundo, remotio quidem malæ complexionis, aut alteratione tantum, aut euacuatione perficitur. primum quidem balneis aquæ frigidæ simplicis, aut compositæ completur, secundum uerò balneis naturalibus, & artificialibus perficitur; cum ex eis corpora calefiant, & humores in eis sic subtilientur, resoluantur, & exiccantur, aut per expulsionem aliquam, ut sudoralem, aut fluxibilem ad extra propellantur, quibus aperte satis inducitur, ut medicus, qui ægrotantes ad ingressum balneorum consulit, prius contemplari debet ea, quæ in euacuatione fienda consideranda sunt, de quibus Princeps quarta primi. 3. cap. res, quæ demonstrant rectitudinem iudicii in euacuando decem, quæ sic ab eo numerantur: repletio, uirtutis solutio: quoniam uerum soluere supra uentris solutionem timorosum est, & figura, & ætas, & tempus, & aeris, & regionis dispositio, & consuetudo euacuandi, & ars, quibus faciliè iudicare quisquis poterit, quantus error, & quam grandis committit ab hominibus, qui indifferenter sic se ad balnea transferunt, ut ad ipsum uadant sanguinei, cholericæ, phlegmatici, & melancholici, & huiusmodi debiles, & fortes, consueti, & inconsueti: & ita pariformiter de aliis. oportet itaq; sic medicum ordinatè consulentem, siue componentem omnia hæc considerare, & in his prudentem esse, quæ ex re cum hæc compositio certa minime fieri possit; hinc quadam uerisimili coniecturatione compleri habet: ob quam rem mihi uisum est non nisi generali doctrina procedi posse. ideòq; huic loco satisfactum esse putatur; si tantummodo ea commemorabo quibus balneum sic componi habet. & de mineralibus expediens quodam exemplari modo procedam: cum efficax sit doctrina per exemplum. v. g. cupio illud sulfureum, decoquam in illo sulfur, & notabile aquæ quantitatem recipiam, faciamq; illud longis horis ebullire, & plus, & minus, ut dispositioni corporis, cui applicari debuit opportunum esse uidebitur. si uerò dispositio talis composita fuerit; ut alumine & ferro indigeam; cum sulfure, illa ebullire faciam æquando, augendo, & minuendo, ut expediens fuerit, quæ ex aqua ita utar, aut in capitis ægritudinibus: ut enim catarrho similibus ab alto cadente, aut aliter quomodolibet in cæteris corporis dispositionibus, ut de aqua thermarum composita actum est, pariformiter in ægritudinibus contrariis agendum erit: nam de ipsis mineralibus iam completam scriptum est: quorum ex notitia quilibet expertus medicus sic componere poterit, uerum talis compositio opus est experti medici, & doctissimi in arte uiri.

Restat pro nunc, ut de balneo artificiali ex terræ nascentibus factum aliquid dicamus. uolo autem, & canonem dictum etiam hoc in loco nobis sufficere. quare mihi satisfactum esse uidetur; si ea commemorabo simplicia, iuxta areolas posita: calida, frigida sic omnibus membris corporis, & toti conferentia, à proprietate respicientia communia, & naturæ domestica, ac familiari, magis initium à capite faciens, & à capitalibus calidis exordium faciam: quoniam, ut secundum plurimum ægritudines capitis à mala complexionem frigida fiunt.

Calida capitalia, &amp; exiccatiua.

Salvia	Stœcados.	Maiorana
Calamentum	Pulegium.	Origanum.
		Betonica

Betonica	Chamæmilla	Acorus
Et similia ex granis, fructibus, & radicibus.		
Pectoralia calida.		
Hyssopus	Vrtica	Origanum
Calamentum	Prasium	Pulegium
Laurus	Ireos	Enula.
Et similia ex granis &c.		
Stomacho, & membris nutritiuis calida.		
Absinthium	Mentha	Calamentum
Marrubium	Saluia	Nux cypressi.
Et similia ex granis &c.		
Hepati conferentia calida.		
Eupatorium	Foeniculus	Prasium
Laurus	Absinthium	Ruta Et similia.
Renibus conferentia calida.		
Chamæmilla	Anisum	Saluia
Laurus	Pulegium	Ruta
Et similia ex granis &c.		
Matrici calida conferentia.		
Absinthium	Allium	Anethum
Anisum	Apium	Arthemisia.
Et similia granis &c.		
Membris iuncturarum calida conferentia.		
Laurus	Chamæmilla	Ruta
Absinthium	Iua	Abrotanum
Et similia ex granis &c.		
Frigida capitalia humida, & sicca.		
Rosa	Viola	Nenufar
Papauer	Solatrum	Lactuca
Plantago	Salis	Cucurbita
Et similia ex granis &c.		
Pectoralia frigida.		
Viola	Papauer	Spinachia
Portulaca	Ilicis	Malua
Faba	Folia cytoniorum	Hordeum
Et similia ex granis &c.		
Stomacho, & membris nutritiuis frigida.		
Rosa	Portulaca	Granata
Coriandrum	Plantago	Cucurbita
Et similia ex granis &c.		
Hepati conferentia frigida.		
Endiuia	Hepatica	Attriplex
Granata	Rosa	Solatrum
Et similia ex granis, &c.		
Renibus conferentia frigida.		
Solatrum	Alchechengi	Rosæ.
Cichorea	Plantago	Et similia &c.
Matrici frigida conferentia.		
Endiuia	Lens	Rosa
Accedula	Portulaca	Malua
Et similia ex granis &c.		
Membris iuncturarum frigida conferentia.		
Portulaca	Plantago	Galla
Solatrum	Rosa	Balaustia
Et similia ex granis &c.		

Et ex consimilibus, ut actum, ac pluribus sic membra hæc & alia respicientibus componi possunt balnea indifferenter calida, & frigida, humida, & sicca, ac temperata artificia. sed, cum res ex his paucis satis apta sit; uolo eis ut gratia exempli sic in præsentiarum plus, quam sufficere.

*De signis prognosticis ad sciendum, si balnea futuro anno salubria, aut morbosa erunt, & ex consequenti si ad ea transeundum sit. Cap. 5.*

**P**LVRIMI ex nostris id uerum esse opinantur, ut balnea ipsa multos effectus mirandos; quia subitos à qualitate occulta producant: nam, cum ab eodem sic effectus contrarios procedere intuentur; causam aliam, quam occultam assignare minime posse iudicant. adduntq; præterea uno anno, ac duobus morbosa fore, & uarias inducere ægrotudines: aliis subsequētibus annis salutifera, ut effectus mirandos, & laude dignos pariant, quam rem non nisi à cœ-

**A**lesti aspectu prouenire dicunt: à quo sic occultam recipiāt proprietatem, per quam agunt, & in corpora humana effectus hos producant. ego quoque his non assentio: sed id uerum esse arbitror, ut omnes effectus hi à qualitate, uel qualitatibus manifestis proueniant, hæcque causas manifestas assignari posse. & breuitati indulgens id mihi primum statuo concedendum, quòd, si caliditas in subiecto raro existens effectum producere potest, quòd illum potentius, citiusque caliditas in subiecto densiori existens sic producere poterit, si conuenienter applicata fuerit. patet suppositum in caliditate inducta in corpus humanum ex aere, & in illa, quæ ex igne ex lignis in eo accensis in corpus ipsum producitur. ex quo infertur, quòd caliditas balneorum nō est minus potens humores corporis commouere, calefacere, alterare, & ad putredinem præparare, quam caliditas aeris. infertur secundo, quòd ad uarias ægrotudines sic corpus nostrum potest caliditas balnei commouere, ut caliditas aeris. infertur tertio, quòd sicut aeris constitutio mala ad malas, & prauas præparat ægrotudines; ita & mala aquæ balnei dispositio sibi aliunde ueniens. unde imaginor, quòd sicut à cœlo, & dispositionibus eius alteratur aer: & ita aqua balnei dispositionibus aliunde ab aere, & ab his quæ in aere sunt. patet correlarium ex his, quæ dicta sunt supra de alteratione balneorum à uentis, & pluuiis capitulo de balneis Pisarum, & Senarum. quibus inducitur, quòd constitutiones aeris contemplandæ prius sunt, quæ cum malæ, & non ordinatæ fuerint sibi inuicem succedentes; sic alteratur aer unde cum euenit, & aquam fontium alterat, & malè disponit. propter quod causa est morbositatis aquæ: nam uenti meridionales phlegmates, & occidentales aquam currentem disponunt, secunda primi. 16. capitu. infertur. 4. quòd sicut fortis caliditas aeris, & æstuans humores calefaciendo, agitando, eliquando, dissoluendo, causa est plurium, & diuersarum ægrotudinum, ut dicitur, ita & caliditas aquæ ea caliditate aeris potentior, & in subiecto densiori fundata esse poterit. patet ex primo. neque obstat, quia dicatur ærem humidum esse & cætera: quoniam aqua hæc humiditate participat, & siccitate; sicut aer, qui in omni sua dispositione corpora nostra exiccat. 3. techni. Quibus sic suppositis ad aeris constitutiones me conuertam, quæ certè à medicis, qui de balneis consulere uolunt, præintelligendæ sunt nam ex his humores multiplicantur uarii cum uaria aptitudine ad generationem uariarum ægrotudinū. propter quod sic ad balnea se incautè transferentes ægrotant qualitatem aeris occultam accusantes: nam ut aphorismo. 3. mutationes temporum maximè generant morbos. quæ res & si ex aere magis uideatur, cum nobis magis cōis sit: id tamen intelligendum est de omni alio elemento sic maximè mutato, & corpori nostro, ut aer, applicato: cuius mutatione corpora nostra mutantur: nam causa potentior cæteris paribus seruatis, in minori tempore maiorem effectum producit, quam debilior. unde aqua balnei, ut experientia demonstrat, plus multò corpus humanum calefacit, & humores agit in una hora, quam caliditas æstiuæ, & æstiuas duobus in diebus. quamobrem cum ex constitutione aeris corpora ægrotudinibus uariis sint parata, ut statim, non est mirandum, si in tales ex tanta agitatione in humoribus facta à caliditate balnei incurrunt: nam maxima particula generationis ægrotudinum est passui corporis præparatio, siue dispositio secundo de accidenti, & morbo. qua ex re immunda corpora sic ad balnea assumenda incautè non se transferant. contrarium autem contrarium alterat, debilitat, non raroque ad putredinem præparat. & simile simili additum fortificat: ac quandoque furere facit, & id operatur, ut fortiores producat effectus, ut ebullitionem uidelicet, quam debilis calor prius inducere non poterat: nam quemadmodum ignis debilis sub cacabo aquæ pleno existens in aqua ebullitionem inducere non potest; sed per additionem intensioris ebullitionem postea inducit: ita imaginandum est humores calidos, & alios in corpore existentes, qui caliditate aeris debili, ac moderata prius ebullire non poterunt, per augmentum caliditatis eius ebullire posse, & ad putredinem disponi. quòd si aer hoc faciet, neque minus potens erit caliditas aquæ thermarum. &

**B** dispositio sibi aliunde ueniens. unde imaginor, quòd sicut à cœlo, & dispositionibus eius alteratur aer: & ita aqua balnei dispositionibus aliunde ab aere, & ab his quæ in aere sunt. patet correlarium ex his, quæ dicta sunt supra de alteratione balneorum à uentis, & pluuiis capitulo de balneis Pisarum, & Senarum. quibus inducitur, quòd constitutiones aeris contemplandæ prius sunt, quæ cum malæ, & non ordinatæ fuerint sibi inuicem succedentes; sic alteratur aer unde cum euenit, & aquam fontium alterat, & malè disponit. propter quod causa est morbositatis aquæ: nam uenti meridionales phlegmates, & occidentales aquam currentem disponunt, secunda primi. 16. capitu. infertur. 4. quòd sicut fortis caliditas aeris, & æstuans humores calefaciendo, agitando, eliquando, dissoluendo, causa est plurium, & diuersarum ægrotudinum, ut dicitur, ita & caliditas aquæ ea caliditate aeris potentior, & in subiecto densiori fundata esse poterit. patet ex primo. neque obstat, quia dicatur ærem humidum esse & cætera: quoniam aqua hæc humiditate participat, & siccitate; sicut aer, qui in omni sua dispositione corpora nostra exiccat. 3. techni. Quibus sic suppositis ad aeris constitutiones me conuertam, quæ certè à medicis, qui de balneis consulere uolunt, præintelligendæ sunt nam ex his humores multiplicantur uarii cum uaria aptitudine ad generationem uariarum ægrotudinū. propter quod sic ad balnea se incautè transferentes ægrotant qualitatem aeris occultam accusantes: nam ut aphorismo. 3. mutationes temporum maximè generant morbos. quæ res & si ex aere magis uideatur, cum nobis magis cōis sit: id tamen intelligendum est de omni alio elemento sic maximè mutato, & corpori nostro, ut aer, applicato: cuius mutatione corpora nostra mutantur: nam causa potentior cæteris paribus seruatis, in minori tempore maiorem effectum producit, quam debilior. unde aqua balnei, ut experientia demonstrat, plus multò corpus humanum calefacit, & humores agit in una hora, quam caliditas æstiuæ, & æstiuas duobus in diebus. quamobrem cum ex constitutione aeris corpora ægrotudinibus uariis sint parata, ut statim, non est mirandum, si in tales ex tanta agitatione in humoribus facta à caliditate balnei incurrunt: nam maxima particula generationis ægrotudinum est passui corporis præparatio, siue dispositio secundo de accidenti, & morbo. qua ex re immunda corpora sic ad balnea assumenda incautè non se transferant. contrarium autem contrarium alterat, debilitat, non raroque ad putredinem præparat. & simile simili additum fortificat: ac quandoque furere facit, & id operatur, ut fortiores producat effectus, ut ebullitionem uidelicet, quam debilis calor prius inducere non poterat: nam quemadmodum ignis debilis sub cacabo aquæ pleno existens in aqua ebullitionem inducere non potest; sed per additionem intensioris ebullitionem postea inducit: ita imaginandum est humores calidos, & alios in corpore existentes, qui caliditate aeris debili, ac moderata prius ebullire non poterunt, per augmentum caliditatis eius ebullire posse, & ad putredinem disponi. quòd si aer hoc faciet, neque minus potens erit caliditas aquæ thermarum. &

**C** De Balneis. **Z** a quod

**D** De Balneis. **Z** a quod

quod de caliditate actum; ita pariformiter de frigiditate dicendum: frigiditas enim extrinseca aeris, ac pluuiosa uento sa, aquam thermarum alterat, ac suo in uigore debilitat. ite & aqua, quæ currens per ualles, & montes, cum eis commiscetur, ut de balneo Santi Bartholomei, & de balneo Pifarum, & Senarum agebatur. quibus inducitur, quæ eis in diebus ab ingressu eorum abstinendum est. inferturque; secundo, quæ cum medici dicunt, stes in balneo quindecim diebus; intelligitur utilibus, legistarum more, quibus. s. homo se balneet. infertur tertio, quæ homo aliquando stabit mensem in balneis, quo in tempore erunt. xx. dies utiles: ut nostris societatibus pluries contingit. & ab hyeme exordium faciens cum Principe dicam. Cum hyemi meridionali uer superuenerit septentrionale, quæ postea sequitur æstas uaporosa, & multiplicata fuerint aquæ, & uer seruauerit materias usque ad æstatem; multiplicabitur in autumno mortalitas puerorum, & multiplicantur dysenteria, & intestinorum ulcera, & tertiana nota prolixa, & plures aliæ ægriitudines acutæ. quare in autumno tali periculum minabuntur balnea. Hippocra. 3. apho. & si hyems sicca, & borealis fiat: uer uerò pluuiosum, & austrinum necesse est ætate febres acutas, ophthalmias, dysenterias fieri, maximè mulieribus, & humidis natura. quod intellige ætate seruante suam naturam. unde seruata humiditates à caliditate æstiuæ putrefiunt: cum tantæ à natura minime regulari poterunt; accenduntur ex postea, & ægriitudines pariunt acutas. quibus inducatur ea in ætate balnea suspecta esse magis; cholericis, & in ægriitudines acutas cadere aptis, & oculos debiles habentibus. sed dices, quomodo humidis præcipuè, quod uerum esse non uidetur. dicendum cum Duce nostro in commento, quod materia humida obseruata usque ad æstatem, in ætate tali inficitur, & caliditate eius ad putredinem disponitur. & sic in ebullitione fit salfa, acuta, mordicans, & intestina exasperans. quod si succiferit æstas rabida; dubitandum est de incurfu in ægriitudines acutas perniciosas. Hippo. si hyems austrina, & pluuiosa fiat: uer uerò sicca, & boreale; multiplicatur phlegma falsum, & ad intra retinetur. unde sic accidunt dysenteria, & ophthalmia, & descensus catarrhi, maximè in senioribus in quibus periculum est de casu in apoplexiam. constitutio quidem quotidiana æstiuæ, si nimium calida fuerit, & balneans in balneo nimium moram contrahet, & febres inducet acutas, ut causonem, febres tertianas, dysenteriam, oculorum dolorem, pudendorum putredines, & huiusmodi; permaximè si calidæ, & sicca fuerint complexionis. si balneandus à constitutione boreali se non custodierit; stypticitatē uentris incurret, oculorum mordicationem, & circa pectus & alia dolorem. quod si caput humiditatibus plenum habebit; incurret tussim, & fortassis apoplexiam. & hæc constitutio multum aduertenda est in assumptione aquæ della Porretta, ne graua damna ingerat, ut in presenti cap. constitutio uerò austrina iuuante balnei caliditate, humores dissoluit, & capitis dolores inducit, surditatem, & oculorum tenebrositatem. constitutio uerò talis frigida, & humida, si balneandus ab ea se non tueatur, iuuante caliditate balnei periculum incurrit, ne fiat pleureticus ex pleuresi phlegmatica, ne incurrat pectoris, & lumborum, & lateris dolores, tussim, peripneumoniam, & quod morte subitanea moriantur; quia apoplectici ex forti apoplexia fiant. tempus autem pestis multum contempletur, ne tempore ad eam suspecto, & præcipuè in loco propinquo homines ad balnea transeant nam eo in tempore multum indisponitur aer, qui sic & corpora indisponit, & ad ægriitudines malas præparat. quare fortis agitatio in humoribus sic ex balneo facta posset esse causa, ut inde acciderent corpori ægriitudines prauæ. quæ autem aqua thermarum, quæque à stellis, & cælo alteretur, fiatque morbosa, non nego: sed hæc indagatio astronomi est: hæc enim sic adiicere uolui, ut nobis ueluti exempla sint ad alia, consimilia: ad quæ omnia, & similia bonus, ac prudens medicus oculum mentis omni cum studio apponere debet, antequam infirmo consulat de transitu ad balnea. sed quis ille? certè omnes, quos noui in sic inaduertenter consulendo non absque errore transierunt. considera itaque mi Illustris dñe obsecro, si facile est consimiliū tale, quod ob longam corruptelam homines paruifaciunt. sed fortassis dices, ex his capio, quæ nū-

quam, uel quasi nūquam homines balneum ingredi tutè possunt. dicendum, ut actum, quæ tutè ingredi non possunt, qui balneum non uenerantur. quare cum homo, ut decebit, purgatus erit & se custodierit à constitutionibus quotidianis, ut debuerit cum canonibus dandi; tutè sic id ingredi poterit. & ad argumenta superius commemorata dicemus, quod causa uarietatis balneorum in diuersis annis, ex parte salutis, & morbi à constitutione temporum uenit, ut actum. quæ autem effectus producantur ab eodem contrarii, non negatur: quoniam ex contrariis mixtum est; ut aluminosum, ferreum, & huiusmodi: nam imaginor uirtutem in corpore discretiuam operari, & contrariis corpori applicatis ad extra ueluti ex contrariis ad intra sumptis: nam, ut Princeps de cura hemitritæ, & .s. can. 1. cap. hanc ponit uirtutem in corpore necessariam: ipsa namque contra calida frigidis utitur, & contra frigida calidis: non enim uidetur quomodo aliter curari posset hemitritæus cum aqua hordei, ut dicit Auicena. & pipe-re. considera.

Postremò non tacebo, quod à uulgaribus prædicatur: anno uidelicet bisextili omnia balnea inutilia fieri, præcipuè aqua Porrette, quæ res quidem consideratione digna est: cum nulla inferior causa manifesta habeatur, id dignè si uerum est in cælestium impressionem inducere nos oportebit: à qua etiam id contingere non putatur; cum bisextilis annus à cælestibus exordium non capiat, & fundamentum, sed sit humana prouidentia inuentum: nam ne contingat nos mensum Calendas amittere, & in mensibus errare, eum homines. sic fabricarunt: sol. n. in suo circulo in 365. diebus, & horis sex suum perficit motum, quo fit ut quarto anno ex superexcrecentibus horis ad dies, dies una constituatur: nam quater sexties 24. componunt, qui dies si annis semper adderetur, aut mensibus; id contingeret, ut non post multos annos Martius reperiret in ætate: & sic de aliis, ut patet intelligenti. itaque falsa uulgi uidetur opinio. sed, ut Ari. Ethicorum. 2. fama, quæ populi multi famant; non ex toto perditur: impetus. n. sequuntur cælestes. idè uidendum, si huius fame aliqua sit ratio: uidemus. n. eo in anno platas notabiliter pati, corporaque humana præcipuè pregnantium, ut manifestè cernamus in pomis præsertim apii medullas pomorum, quas uulgus aias. uocat, ad contrarium uerti eius, quæ consueuerat, ut cuspidem medullæ, quam uersus florem uertere solita erat, ad cotylidonem conuertatur, & prægnantes debiliores foetus concipere, ac parere, plurimos ex eis mori, plurimasque; aut mori, aut deterius se habere, ut & dicunt rustici. & in anno bisextili id contingere, & bruta minus solito imprægnari, ut plurima iuuamenta eo in anno uacua foetu fiant, quas ob res cum continuam, & similem habeant dispositionem, & nulla alia ratio manifesta, & inferior comprehendatur, non indignè cum uulgo concludemus horum effectuum causam occultam, & supercælestem esse sicque; in corporibus humanis occultam impressionem facere, quæ corpora eo in anno erunt debiliora, quæ si hæc fatebimur; consulendum erit, ne debilia corpora balnea della Porretta eo in anno traseant: cum. n. ex multa euacuatione per potum aquæ corpora debilitentur si eis superuenit causa cælestis in debilitate adiiciens; dubitandum erit, ne inde aut mors, aut ægriitudo fortis superueniat: cum ex coniunctione harum duarum causarum una fortis causa debilitas componatur. quo infertur fortia tanto periculo se non exponere; quæ tamen non nisi maxima urgente causa ad ea se transferre debent, & prius optimo munita consilio. uerum transitus ad balnea, quæ non potantur, non tantum uerendus est: non. n. tantum debilitant. estque; eorum in corpora actio magis in potestate hominum; nam bibita sic regulari non possunt. quæ si contingat quempiam ad ea, quæ non potantur transire, moderatione in eis ex parte moræ, & caliditatis aquæ habeat, ac aliarum sex rerum non naturalium, ut uidelicet quærat minus consueto ab his balneis debilitari, ut sic impressioni cælesti contraoperetur, studeatque; fortitudini uirtutis. unde in his melior est raritas balneationis, minor in eis statio, caliditas remissa aquæ, & huiusmodi. & cum res hæc digna sit, & noua, à nemineque; aut tacta, aut uentilata; hinc addere decreui, quæ de ea animo concepiti: ut si uera non fuerint, saltem sic per me ad inuestigandam ueritatem occasio detur. & in primis id accipio, uiuentia omnia

De anno bisextili.

Quæ in anno bisextili conueniant.

nia ex quatuor elementis componi. quibus constat mundus hic inferiori, ipsorumque qualitatibus alterari corrumpi, ac generari, ut earum adinuicē actione, & passione, aut perficiantur corpora, cum iustitiales fuerint, aut imperficiantur, cum iniustitiales se reddiderint. hæc quidem corpora quatuor ex humoribus componuntur maximè, quæ perfecta, quibus ex iudiciali eorum temperamento sanitas prodit, & eorum intemperie ægritudo. hæc autem qualitates cū ad multum excedunt; plurimum corpora alterant, quo fit, ut omnibus uiuentibus alteratio ab his qualitatibus exeat. cum itaq; anno in bisextili tales, tantaq; in uiuentibus, & ueluti semper similes mutationes cernamus: arbitrandum equidem erit ab his qualitatibus consimiliter semper se habentibus prodire. & cum hanc rem ab his elementis, aut qualitatibus humorum sic semper similem fieri putandum non sit ob uarias, & continuas in his mutationes; inferendum erit à superioribus hoc contingere, quibus ordo actio num est regularis. quare cum Saturnus qualitates principis uitæ obuias habeat, propter quod contingit foetum oetimentem non superuiuere, cum eo in mense super foetum influat, ut Alexandri problemate. 163. sic consecuta in corporibus debilitate manifesta, ut actum, ipsi, & suis qualitatibus non immerito ascribemus subuenientes sic sua ex uicorpora uiuentia de quarto in quartum alterare, debilitare, & mortua reddere: nam cum planeta sit melancholicus, proprietatem uidetur habere de quarto in quartum plus in corpora hæc influere posse: nam humoris melancholici hæc est proprietas. & ratione quadam rhetorica, quæ dicta sunt persuaderi possunt: nam quemadmodum humores quatuor ex impressione motus diurni Solis secundum quatuor quadras diei diuersi diuersimodè alterantur, ut in prima moueatur sanguis, in secunda cholera, in tertia melancholia, in quarta phlegma; ita & cœlum per annuales motus suos quaternos in hæc uiuentia qualitates imprimit, & diuersas, quibus talia uiuentia, aut in melius, aut deterius disponuntur. quare cum manifestè cernamus corpora hæc notabiliter in deterius disponi, & hoc de quarto in quartum: sitque actio hæc naturam sapiens melancholicam: non uidetur negandum, quin actio ipsa Saturno attribui dignè debeat, suisque qualitatibus principis uitæ aduersantibus. non est itaq; hic quaternarius numerus faciliter negligendus, quæ additur propter rei nouitatem. neque putet quisquam ex his me uelle negare influxus cœli particulares. & de his uolo nobis in presentiarum pauca hæc sufficere. quare &c.

#### Dubitatio pulchra.

VI QUID in anno bisextili balnea hæc della Porretæ, ut aliis in annis æquè fructuosa esse non uideantur, quinimo eorum locum habitantes asserunt experientia docti, eo in anno illa nociua magis haberi, ut multos mori, nonnullos infirmari contingat. huius autem dubitationis causam equidem non facilem facio, cum usque in presentiarum neminem intellexerim illam aggressum esse: nam occultorum causam aperire non est ignorantis, uerum philosophantis opus. quamobrem nemo mirari debet, si trepidus illam aggredior, sique eius in apertione, quandoque deficiam. ego quidem id arbitratus sum agere, ut saltem ad eam aperiendam occasionem prestem: quo fiet, ut ea occulta manifestabitur. quare uenia mihi prius concessa ad eam manifestandam me conuertam accipiens in primis inferiora omnia hæc suis in actionibus, proprietatibus, à syderibus cœli influxum, regimenque suscipere, & à dignioribus permaximè: quæ planetæ sunt: nam Deus ipse omnipotens cum mundum creare concepisset; primum cœlum creauit: cum omnia creata uolebat ab ipso tanquam à suo rege regi debere, & absque suo influxu minimè subsistere posse. quam rem autoritate Aristotelis confirmamus, in quientis Meteor. primo. Necesse est hunc mundum superioribus latioribus esse contiguum, ut uirtus inde habita gubernetur. octauoque Physicorum. primum mobile uita est inferiorum. & in secundo dicere ausus est. Sol, & homo generant hominem. quare Ptolomeus. mundanorum mutatio ad hoc, & ad illud cœlestium mutatione est. equidem experientia rem hanc manifestat: quoniam uaria ex plane-

tarum coniunctione cernimus uarios euentus. diuersosque effectus in mundo prouenire, ut modò fertilem, nunc sterilem annum fieri: pestes modò, aliquando febres unius speciei, serenitates, pluuias, tempestates, cæteraque diuersa talia. quam rem à fortiori arguere ualemus, cum sydera hæc in uoluntates hominum equidem possint, quas dominus liberas creauit, ut non raro comprehendamus illas syderum horum uirtute sæpenumero commoueri, ad bella gerenda inclinari, ad pacem faciendam commoueri, quæ omnia noscimus ex astronomis pronuntiata. propterea Aristoteles interrogatus, ut quid plantæ, herbæ, cæteraque talia uno, eodemque modo semper se habebunt, respondit, quoniam ab intelligentia non errante gubernantur. Quæ res & Principes non latet; cum in eis sentiant non raro in amorem Martini, & Aloisii magis se trahi, quam Petri. quodque in ludentibus cernimus, ut superueniens incognitus alterum cupiat ex eis lucrari, reliquum perdere. quorum effectuum causa non nisi in cœlestium influxum reduci potest. equidem arbitrandum est, ut diximus esse: nam quemadmodum ad benè esse populorum, & totius uitæ politicæ, ac œconomicæ necessarius ordo est, eaque dependentia, ut inferior superiori obediat: quoniam omnia tenderent in ruinam; sic necessarius est ordo horum inferiorum ad superiora, & eorum in ea influxus: secus autem omnia in ruinam tenderent. propterea Dionysius Ariopagus cum cerneret Solem obscurari præter syderum ordinem, cursumque suum, ait Iesu in cruce pendente, aut Deus, & natura patitur, aut totius mundi machina destruitur. Quibus ex omnibus plane accipi potest etiam quadam ciuili dignitate inferiora hæc influxum, & proprietates eorum à syderibus subscribere. quamobrem in libello nouem iudicum scribitur. omnis mundanæ genituræ conditio ex planetis, eorumque signis; tanquam ex lapide magnete dependet.

Dicamus ergo, ut quemadmodum in maiori mundo cernimus elementa, ex quibus componitur, grandes, uariasque mutationes suscipere: & alterationes, ut in plâis sterilitatè & abundantiam, & in aere pluuias, & tempestates, serenitatem, in aquis defectum, abundantiam; ita syderum uirtute mundum paruum: quoniam hominem uarias in se mutationes, & alterationes suscipere debere, ut inde disponatur nunc ad febres, nunc ad dolores, nunc ad rheumatismata, nunc ad pleureses, ut in dies contingere uidemus.

Præterea sicut comprehendimus in plantis, & similibus proprietates à syderibus suscipere, ut rhabarbarum proprietatem educendi choleram, & turbith phlegma; ita iudicandum est humores humani corporis in suis motibus proprietatem suscipere, qua uidelicet cholera moueatur de tertio in tertium, & melancholia de quarto in quartum: phlegma omni die, & sero, sanguis omni die, & mane. dominium uerò hoc, & influxum in humiditates declarat à qua motus maris, & paucitas humiditatis in conchylibus: cum horum causa lunæ attribuat. cum itaque cernamus lunam frigidam, & humidam motum talem diurnum aque præstare: ita & in corpore humano phlegmati motum dabit diurnum. & idem de aliis humoribus iudicandum erit proprietatem sui motus planeta sibi in qualitatibus simili sumere, ut cholera à Marte, melancholia à Saturno, sanguis à Sole. est itaque arbitrandum sicut cholera de tertio in tertium mouetur: ita & Martem de tertio in tertium in hæc inferiora magis fluere, ut quemadmodum motus humorum diebus mensurantur; ita planetarum motus per annos, quibus inducitur de tertio in tertium annum febres cholericas, & de cholera ægritudines magis multiplicari: sicque aerem ad calidum, & siccum magis distemperari, si influenza occurrat contraria. similiq; modo de melancholia dicendum, quòd cum de quarto in quartum moueatur; sic & Saturnus de quarto in quartum influit, qui cum frigidus sit & siccus: frigiditatem influit, & siccitatem, duas has qualitates principis uitæ contrarias, ex quibus sic uiuentia debilitantur magis. quam rem apertè sentimus, cum uideamus de quarto in quartum pecora pastorum autoritate sterilia fieri, & foetus, qui nascuntur debiliores esse. hocque manifestè comprehendimus in humanis corporibus

contingere, mulieres eo in anno plus solito abortiri, foetusque exiliores esse, placentas, fructus, aut pauciores, aut exiliores, aut nullos producere; nam horum effectuum cum nulla assignari possit inferior causa, necessario talium causa ex superioribus erit. cum itaque nullum sydus sit ita uiuentibus obuium, merito suarum qualitatuum ut Saturnus; plane erit concedendum sic Saturnum de quarto in quartum in hac inferiora suas qualitates influere, qualitatibus uitae contrarias, quibus eo influxu hominum corpora caeteraque debilitentur. erit ergo concludendum eo in anno corpora humana debilia facta esse. cumque ad ea balnea non proficiantur nisi ex aegritudine homines debiles facti, sic addentes debilitatem, quam ex eorum euacuatione consequuntur priori debilitati pericula plurima incurrunt. & qui erant ualde debiles, & natura exiles, a uita saepenumero exhalant. quare Alex. Aphrodiseus cum interrogaretur, ut quid natus octimensis non uiuit: respondit, quoniam in octauo mense foetui superuenit Saturni influxus, qui sua frigiditate, & siccitate natum debilitat, qui cum debilis prius factus esset in septimo ob motum, quem fecerat: nam in septimo foetus sic completus inordinate mouetur exitum quaerens; accidit propter debilitatem debilitati coniunctam, illum mori. & ad grandia nocumenta consequenda accidit aeris loci distemperantia notabilis ad frigiditatem, & siccitatem declinans, cum ad intra montes lapideos sita sit, qui aer in fluxu tali distemperatur magis, sic amplius corpora debilitans. addoque, quod cum aqua sua in caliditate naturali amplius remittatur; sic, & in uirtute sua remitti facile putandum est. ex quibus intelligatur, quod transportata ad alium locum, sic in suo calore multum remissa, aut eo priuata, notabilis effectus non est productiua: nam igne calefacta non eam consequitur uirtutem, quam ex calore suo naturali habet. ex his itaque inferamus non ualde utile esse eo in anno ad balnea talia se transferre. quod si necessitas cogeret, cui lex non ualde imponitur; talis translatio fiat peritissimi medici consilio minorando uices, interponendo dies in eis minus morari, & caetera similia obseruare. infertur secundo hoc eodem anno febres quartanas multiplicari, ut meo tempore uidi Ferrariae. 1460 plurimas, & plurimas regnasse quartanas.

*De obseruando cultu ab his, qui se balneare uolunt.*  
continens rubricas tres. Cap. 6.

De canonibus omnibus balneandis conuenientibus.  
Rub. I.

**M**AGNA etenim debet esse in recipiendis balneis obseruantia: tum quoniam neglecta cum fuerit, homines sic facile ad prauas perducant aegritudines: tum quoniam magna sint ueneratione digna: nam apud ueteres nostros tanta cum ueneratione celebrata fuerunt, ut alterum in terris Apollinem illa esse proficerent. nam, cum ex eis omnes morbi tolli, omnesque aegritudines domari cernerent; sic ea ueluti Deum colere non dubitauerunt. propter quod, ut actum, Arist. ea sacerrima uocat. & equidem uidemus nodatas, duras, fixasque aegritudines, cum medicorum beneficio curari non possunt; etiam si nostro in tempore eas illas balneis committere; ut id dicere uoluerint. quod si balneorum uirtutibus non tollantur, nullus est alius sanationis locus. obsecro itaque, & uos obtestor, qui balneorum beneficio gaudere cupitis, ut in eorum obseruando cultu tanto cum periculo, tanquam cum parua ueneratione, negligentia uos non comprehendat, ne quod indebito regimine uestro, uobis contingit, illis attribuat est. nam balneum sanctuarium quoddam magno honore dignum cui rerum omnium summus opifex non pauciores ei uirtutes condonauit his, quas herbis mineralibus radicibusque omnibus, quibus ut medici ipsi languores omnes curare, & ab his corpora absoluerent summa cura, diligentiaque student unde Gal. 6. de ingenio. Non inuenitur aqua per se calida, quae non participet aliqua medicinali uirtute.

Cum itaque quis ad balnea se transferre uoluerit, in primis eius corporis dispositionem recte contempletur: ut si febres fuerint, si complexionem debilis, ac resolubilis multum, si habitudine nimium gracilis, ac natura macer, ut si in compo-

**E** sitione membra spermatica non robusta, sed debilia fuerint quibus in casibus a thermis naturalibus; quia calidis siccis resoluentibus exiccantibus se abstineat. nam tales omnes sic ex balneis talibus magnum periculum incurrunt: quibus accipiatur error eorum, qui febrientes consulunt ad balnea proficisci, de qua re supra actum de balneo calido, & humido. patet secundo error eorum, qui aegrotantes, & asthmaticos, hydropicos, caeterosque tales sic consulunt, non aduertentes ad haec, de quibus scriptum est. unde meo in tempore ex inaduertentia tali uidi famosum uirum mortem cum uita commutare. contempletur itaque sic omnes corporis partium, resque naturales omnes, consuetudo, tempus anni, etas caeteraque; talia in solutione consideranda, de quibus supra. cum est, si balneo notabilis euacuatio consequatur: non. n. in ludo schacorum miles ita custodiri debet, ut ludus totus prodatur. lector consideret.

**F** Secundo, si caetera non obstant, antequam ad balnea se transferant: emundare corpus & a superfluitatibus curare debent: ueluti si uaticum quoddam coeleste, & salutiferum sint assumpturi. neque, in omnibus unica canoni huic satisfaciet euacuatio: nam corpora repleta, & cacochyma, pluribus indigent euacuationibus, antequam sic ad balnea se transferant, neque ut actum, unica contenti sint. nam cum peccent humores multi, & euacuati debite non fuerint, caliditate balnei eliquante, & humores dissolvente, erit primo eorum cum bonis commixtio: deinde eorum fluxus ad loca debilia, & resolutio subtilis, & remanentia grossa. quamobrem multae eis postea accident aegritudines incognitae, & prauae: quia ut febres, apostemata, & huiusmodi. hoc itaque salutifero remedio prius se muniant, ut uaticum assumptum confectionem. quibus inducitur, quod non absque periculo homines se balneant in eis, gratia tantummodo delectationis ac lasciuiae. quod, si eo pro tempore ilico aegritudines non incurrunt: id eis simile accidet, quod ex assumptione paucorum ciborum scribitur a Principe primi tertiae de regimine comestitionis. ille uero, in quo male digeruntur nutrientia non decipiatur: quoniam post dies in ipso mali generantur humores, aegritudines facientes, & pernecantes, alii qui tamen sunt robusti, & fortes, qui sic ex eis laedi non uidentur, ut rustici, quos in eis longo tempore stare uidi, nulla penitus euacuatione praecedente. & tu bene considera: nam, quae dicta sunt debilibus, & delicatis, & ociosis, magis applicantur. rustici quidem ex forti, & continuo exercitio ueluti munda corpora esse uidentur, qui non nisi grandi ex causa succumbunt.

**G** Tertio, quod intraturus balneum, quantum laboris, & exercitii in itinere passus fuerit, a quo animo contempletur, si contractus, si fatigatus nimis. quamobrem sic lassus non ilico balneum ingrediatur, sed corporis quietem expectet: nam ex balneo sic noceretur. quare Princeps primi secunda ca. quidam ornatum. qui autem uoluerit in thermis balneari, oportebit, ut in eis balneetur quiete, & suauiter, ordinate, & non subito. quo ex dicto docti fiat, qui ex longinquis locis eques, & incommodum pedes se ad balnea transferunt. quamobrem distantiam, & corporis lassitudinem prius bene coniecturari oportet ita, ut quis uno die: alius secundo die. iij. uel iij. quiescat, priusquam balneum ingrediatur. quem canonem multi postponentes, nimium sua sanitate cupidi, sic peccantes, supplicio non uacabunt.

**H** Quarto aeris qualitatem recte contempletur, si frigidus nimis, si uetosus, si pluuiosusque fuerit, quibus in casibus balnea discooperta non ingrediuntur: nam ex eorum ingressu & egressu, multum nocetur corpus, cum aer talis fuerit, fontibusque eorum, & ipsa etiam balnea sic commixtione pluuialis aquae, ac aeris frigiditate, & uento, ut supra praecedenti cap. & corpora humana non parum alterantur. propterea saepe consului, ut eis in temporibus tina in camera clausa praepararetur, quae aqua balnei impleatur, in qua patiens se balneet, duciam recipiat, & huiusmodi.

Quinto, ut eligatur hora diei conueniens; quia frigidior mane post Solis ortum per horam: quo in tempore sperandum est aerem sic a uaporibus nocturnis mundatum esse, sero autem circa uesperas, & non nisi completa digestionem praedictam, & hoc cõiter: nam dicitur cõiter; quoniam balnea Petrioli

si aliam electionem habent, de quibus suo loco infra. corpora namq; illis horis sunt magis fortia, & minus apta à caliditate resolui. intrēt itaq; uentre uacuo; quia stomacho: ne cibus indigestus ad membra trahatur, sitq; multarum ægritudinum causa, ut supra de balneo humido calido. & tu ibi. sed quæret rationabiliter aliquis, si licet & in meridie aliquid comedere; dicendum, q̄ in consuetis, & resolutis nō est comestio meridiana uituperanda: ubi leuis sit, & moderatē facta. unde cibus debet esse facilis digestionis, pauca quantitatē, alteratius magis, ut sit cibus, & medicina: ut uerbi gratia, in consuetis, ut diacucurbita, aut confectio de triandalis, aut manus christi perlatum sandalizatum, cum offa in uino debili, aut cōfectio alia facta cum amygdalis ita, ut nō eleuetur in gradu caliditatis. in resolutis uerō fortassis oportebit administrare ouum sorbibile alteratum; quia in aceto coctum cum cortice suo, aut in aqua fufum, & huiusmodi. consideret prudens.

Sexto, quod sic intraturus, beneficium uentris primò habeat, urinam deponat, ut ei possibile est arte, uel natura, ut suppositorio aut cum clysteri, uel saltem habere procuret. quod si omni die id fieri nō poterit; saltem tertia die habeat omnino, ne materia illa à caliditate commota ad loca debilia transeat, ægritudines in eis inducendo. & pro isto dubitatur, si sic in balneo stantes, uel ingredientes uti possint pilulis, & huiusmodi solutiuis, ut communiter consulitur. dicendum, q̄ sic: sed, q̄ quærentes uentris solutionem cū his ad minus post talium assumptionem stent horis xiiii. antequam balneum ingrediantur ita, ut existiment talia operationem suam compleuisse, ne balneū illam impediatur, cuius est materias ab interioribus ad exteriora trahere. medicinæ aut operatio huic contraria existit; cum per balneum materia moueatur ab intus ad extra, & per medicinam ab extra ad intus. quibus accipiatur, q̄ pilulæ tardæ operationis, ut alephangina, cæteraq; tales, quæ stare consueuerunt. xx. horis, & ultra operando, non sunt talibus conuenientes. & hic colligat lector errorē communem, & præcipuè cum eadem in die ingreditur balneū: uerū arbitrator, siue fuerint fortes, siue debiles ea die balneū nō intrare cōsultius esse. cōtēpletur ēt uirtus totius, ne multū debilis sit, neq; ex pilulis laxata nimis, si fortes fuerint: qm̄ eo in casu alia expectet dies.

Septimò, q̄ sic accedentes ingressuri balneū pannis se muniant, & magis cum ab eo egrediuntur: ne frigiditate aeris stante tantorū pororū apertione quamplurimum lædantur.

Octauò cum balneum ingreditur à loco à fonte distanti incipiat, seq; sic paulatim uersus fontem moueat, cum ex eo magis calefieri cupit: uerū ut supra complexio consideretur, uirtus, & cætera dicta: quoniam cholericæ corpora non tantum patiuntur caliditatem, ut phlegmatica, & debilia, ut fortia. quibus ex rebus non raro oportet, & balnea sua in caliditate moderare, quemadmodum in dies fit, sæpeq; fieri feci prohibendo ingressum aquæ balneum per totam noctem. & si mane fuit plus debito tepesfactum; iussu canale aperiri, quo aqua calidior fluit, & baculis deinde agitari, & commiseri usque ad quæsitum temperamentum: quoniam non omnia corpora æqualem possunt pati caliditatem, sic in die operatus sum, ut in sero commodosum habeatur. & hic aduertatur, quod balneum mundificetur: quoniam ex ingressu leproforum, scabiosorum & huiusmodi nō raro inficitur, considera.

Nonò, quod mora eius in balneo sit à quarto horæ usque ad horā, quo in tempore semper tolerantia uirtutis contēpletur: ne in ea transitus fiat, quo corpus multum debilitetur: sic enim maior, & minor terminus designatur communis: sunt enim qui balnea longis in horis tolerant, ut uiderim pluries scabiosos quosdam, & iuncturis læsos ultra horas. iiii. in eis continue permanere. & nonnulli terminum hunc scribunt non assignantes tempus, sed dicentes usque ad uirtutis tolerantiam, qui si cum prudentia moderatus erit non uituperatur; cæteri q; usque ad uirtutis debilitatē exclusi. & hi cum primis coincidere uidentur. & ex his deducitur, quod calidæ complexionis existens, raræ texturæ, humorum subtilium, à generatione, uel ex tempore debilis longam in balneo moram euitare debet. patet correlarium, quoniam ex ea sic periculum est, ne ad periculosam &

**A** non recuperandam debilitatem ex forti resolutione deducatur. patet intelligenti, infertur secundò, quod fortes, pingues, non resolubiles ex facili, frigidi, & humidi, longiorē moram contrahere possunt &c. & nota, quod in balneo stans, neque bibere, neque comedere debet propter pericula imminetia contra lasciuos, & bestiales, quos uidi. uerū si sic ingrediens, ex ingressu aptus est incurrere lipothymiam; tunc conceditur panis infusus in uino granatorū.

**B** Decimò cum balneum egreditur; panno lineo mundetur, & alio operimento cooperiatur, & ilico ad lectum transferat, decenter stet coopertus, & in eo etiam sudet. sitq; mora eius in eo circa horam: deinde benè exiccetur, & se decenter uestiat. nunquid somnus eo in tpe conueniat; cū sudorē magis prouocet: cū Princeps dicat. somnus fortis oēs retinet euacuationes præterquam sudorē: nam illum prouocat, & prouocando debilitare uidetur propter fortem resolutionem. dicendum, quod somnus competit; propterea, quod uirtutem, ac uirtutes ex balneo laxatas confortat. unde de somno, & uigilia Auer. somnus est ligamentum uirtutum, confortatioque earum. item multæ sunt superfluitates sic ex balneo motæ, & sub cute retentæ, quæ uirtute somni sic eas ad extra propellentis resoluuntur. unde corpus magis mundatur. quare consideratur, quod de somno dicitur in de balneis della Porretta infra in dubio.

**C** Undecimò cum etiam post somnum, & quietem in lecto uentositates aliquæ, & uapores caliditate balnei sint generatæ, quæ omnia exercitio, & motu corporis debito sic resolui aptæ sint; debet balneatus sic ex lecto surgens, quodam leui exercitio moueri, si potest. neque hoc fiat in aere frigido uel uentoso propter apertionem porositarum: sed potius in camera. deinde cum sic ad temperiem naturalem perductus erit, & calor balnei quietatus; cibetur. & dictum est, si potest; quoniam, quando nō potest, ut quia paralyticus, aut aliter impeditur; tunc loco exercitii fricationes fiant, quæ uicariæ sunt exercitii. unde Princeps primi tertia. & quod in fricatione attenditur, est superfluitatum in musculis retetarum resolutio: ex eo quod exercitium non euacuatur, ut euaporet, & nō accidat fatigatio. & oportet quidem, ut hic fricatio molliter fiat, & est ex macrefactione, quæ macrescere facit. & tu considera. quod si aut ob dolorem, aut ulcera, aut aliquod tale impediens, fricationes fieri non possent; consulendum est ad assumptionem suppositorii ex melle, aut ex radice blitis, uel lili coelestis uel lardonis, uel suppositorii de sepo antequam comedat.

**D** Duodecimò quibus peractis se ad mensam ponat, cum cibariis debitæ qualitatis, & quantitatis. qualitas quidem ut sit facile digestibile; cum iam stomachus sit ex balneo in calore, & uigore aliquantulum resolutus. sintque boni nutrimenti, & non multæ superfluitatis. quare oua sorbilia, si cætera consentiunt, sunt maximè conuenientia. carnes etiam temperatæ, ut pullorum, hœdorum, uituli lactantis, auicularum paruorum, caponum, fasianorum, perdicum, caprioli iuuenis. tertio non sint nauseatiua, multum pingua, oppilatiua, multum grossa, neque calida multum: propter quod non laudantur columbi iuuenes, quales, turtures pingues ualde, alaudæ, meruli, turdi, neque passeræ, pastilicia, artocrex, & huiusmodi uituperantur, & salitæ duræ, & antiquæ. piscibus laudatis, & elixis uti potest. à fructibus abstinere debet: quoniam etiam ob balnei caliditatem sic facilius ad putredinem, & ebullitionem præparantur, quemadmodum propter caliditatem in febrientibus. unde prima quarti de cura putridarum. Et omnes fructus nocent febrientibus propter corruptionem, & ebullitionem eorum in stomacho. & tu considera errorem communem. & quoniam tempus balneorum est tempus fructuum in his homo moderare se debet, maximè quando est ad eos assumendos nimia uoluntas. uerū sic adducendus est canon Hippocrates parum deterior cibus, & detestabilior quidem melioribus est appetendus id est appetitui dandus, qui sic eius corrigit malitiam. granatum, arancium, limon non salitus, & huiusmodi non uituperantur. quantitas contempletur; quoniam portitor. quia stomachus iam sic resolutus tantam, ut prius quantitatem portare non potest. comedat itaque infra terminos comestionis consuetæ



plus, & minus, ut præcipit stomachum suum tolerare posse: non enim nimis parua esse debet, ne minor, quam debet restauratio fiat: cum tali egeat propter balnei resolutionem &c. neq; magna; cum illa stomachus iam debilitatus bene digerere minime possit. a lacte absteineat, & si quando que eo uti uoluerit, sit eius usus ante cibaria alia. caueo ad sigillandum stomachum uti poterit. & breuiter ab omnibus corruptibilibus facillè, & inflammabilibus, & calidis exiccatis absteineat. propter quod uino potenti non utatur, sed mediocris uinositatis, inspecta semper consuetudine, tenore uirtutis, ætate, & huiusmodi. contra quem canonem quasi omnes operantur. hoc tamen loco non uitupero in prima assumptione mensæ, & præcipuè in consuetis, & debilibus frigidis natura, offam cum uino aromatico factam. uinum laudatur album subtile cereolum: uituperatur stypticum grossum, quod sane intelligi habet, ni uidelicet, particularis membri læsio illud magis ad se uocaret, ut podagra. sed quid de aqua frigida dicemus? primum dicendum, quod potus aquæ frigidæ ieiuno stomacho post balneum summè uituperatus est: quoniam aqua sic apertis porositatibus membrorum intrinsecorum per ea penetrat sua cum frigiditate lædens: eorum digestiuam impediens. & est sententia Principis primi tertia 8. cap. quibus infertur, quod etiam sic cum uino commixta faciens ipsum magis penetrare nullum uidetur afferre iuuamentum, sed potius nocumentum. quo infertur secundo quod si fieri potest, dimittenda est, & uino solo non potenti utendum. sed dices, quomodo tanta in siti eius cum uino solo fiet extinctio, in quam forte balneantes sic incurrunt? dicendum, quod ubi uinum pauciferum tale haberi non poterit; minus mala est aqua cocta, cum qua sic refrangi uinum poterit. quod si aqua frigida consuetus fuerit, sicque corpus benè robustum, & membra interiora talia fuerint, poterit & uinum cum ea lymphare, & semper declinet ad paucitatem, ut poterit. & hic considera, si errat, qui consulunt post exitum balnei aquam hordei, uel aquam coctam simplicem cum uino granatorum assumi ob hepatis inflammationem prohibendâ. quod si siti molestabitur inter cibum, & cibum; hic potus commendabitur, ex aqua hordei uel simplici cocta cum quarta parte uini granatorum acetosorum, uel muzorum, & pauco zucchari: puto. n. aqua hordei sic exhibitam, ut alternatiuum quoddam stante caliditate extranea balnei resistente, frigiditate eius sic non multum nocere, sed magis iuuare, ut persæpe in febrientibus apparet. aceto etiam uti potest, si cætera consentiant, ut quæ non adsit iuncturarum, ac neruorum læsio, & huiusmodi. conueniunt ex herbis lactuca, endiuia, scariola, portulaca, blitis, caulis, borago, spinachia, cucurbita, & similia, & cum his loco aceti poterit uti uino granatorum, cum salaticium quæret. confert & brodium cicerum rubeorum, petroselinus, foeniculus, & alia aperientia.

Tertiodecimò quod sic cibatus ut supra. post cibum quiescat per horam cum media, qui si sic se ex balneo lassatum sentiret, dormiat per horam, & plus, ut sibi uidebitur expedire. consimiliter si consuetus fuerit sic somno: nam, ut actum fortificabitur uirtus, &c. post autem somnum factum, si balneandus fuerit tumore iuncturarum læsus, aut aliam dispositionem humidam in membro uno habuerit, uel in duobus, pro qua necessarium fuerit lutum, & cenum balneorum, tunc eo casu poterit illud membrum, uel loca plura luto sic linire calido ente. quod si calidum non fuerit; aqua fontis calefiat, & mora luti super membrum sit per horam, & ultra ut uidebitur, & semper calidum teneatur, & renouetur ut expediens erit. uerum hoc tempore & in his dispositionibus quædam laudatur statio super fumum, quod non commendo: quoniam fumus aliter totum corpus alterat in una parte corporis sumptus, quam lutum, ut experientia notat. debet & postea ante ingressum balnei de ferro exercitio molli uti in confortationem membrorum. deinde ingrediatur secundo balneum cum canonibus, ut supra. s. quod exiens sit pannis tectus; ingrediatur lectum, sudet, cibetq; ut actum. uerum sunt quidam laudantes, ut per horam post coenam sic ceno liniantur, quod non commendo: quoniam sic resoluta uirtus, ampliori molestatione non eget: quoniam ex tali debilitari uidetur. propterea debet medicus con-

fulens prudens esse, & balneandi uirtutem considerare: quoniam plurimi reperiuntur, qui sic binam in die balneationem minime tolerare possunt: quoniam debiles sunt, & facillè resolutibiles.

Quartodecimò quod si possibile est; balneum omni die mutetur, & noua scaturiat aqua, uel saltem una die sic, & alia non: nam uidemus prima die aquam sic ex fonte uenientem claram lymphidam usque ad fundum. cum autem itat duobus diebus, uel circa; mutatur ad uiridem colorem, qui in ea significat iam frigiditate aeris læsam esse: quoniam etiam iam ab intrinseco se adiuuat, ut ad frigiditatem naturalem redeat. & est locus speculationis: quoniam aqua calida ad maiorem frigiditatem se reducit, quam sit frigiditas continentis. sitque mundatum, ne ingressu aliorum, uel multorum hominum immundorum maculatorum, ut scabiosorum, & huiusmodi, sit defœdatum.

Quintodecimò balneatus à coitu absteineat omnino, cum ex coitu multum debilitetur: cum ex eo euacuatur utilis superfluitas ultimi alimenti, cum qua sit emissio spirituum multorum corpus inanitum relinquentium. & iam ex caliditate balnei sic sit resolutum. neque in uesperis balneum ingrediatur, ni octo transferint horæ ab hora prandii, aut plus: quoniam multi sunt, qui tardam habent digestionem. & ideo tales prius benè considerent descensum cibi à stomacho suo, antequam illud ingrediantur. unde omnibus unica regula sic dari non potest: nam cum supra de balneo aquæ simplicis calido, sic stante cibo in stomacho sit attractio eius ad membra indigesti. unde accidunt oppilationes &c. & tu ibi. neque de sero debet esse tanta mora, ut de mane: propterea quoniam uirtus fortior est in mane melius impressionem balnei tolerans.

Positis sic canonibus in generali in assumptione aquæ thermarum obseruandis ponentur quidam particulares alii ad particulares ægritudines, pro quibus communiter homines ad balnea se transferunt.

Primus, quod uolentes cerebrum ex ducia aquæ confortare: ubi. s. sit catarrhus frigidus, & humidus, aut humidus non multum calidus, aut paralyticus, siue mollificatio aut hemiplegia, siue homonopagia antiqua seruatis seruandis prius commemoratis: si locus duciam paratus est, ipsam assumat, ut statim de ea. si uerò non, præparet eam hoc modo: uidelicet habeat situlam magnam in alto positam, ut uidelicet spatium trium, uel quatuor pedum eleuatam à loco, in quo iacere debet caput, & in fundo perforatam, & eius foramen ad rotunditatem digiti parui cum cannula in ligno, ut possit aperiri, & claudi ad libitum. & habeat seruientem, qui continuè dum aqua exiuerit à situla, sic successiuè impleat. quo peracto, ascendat scamnum eo in loco, super quod se ponat æger corpore resupino, & in capite ponat pileum in medio perforatum ita, ut peruenire possit usque ad aures, & ad medium frontis. quod si pileum non habuerit; caput caputpurgio sic circuncirca, siue circulariter muniat, ut aquæ descensus ad sinum, & alias partes inferiores impediat. & tunc in primo casu recipiat duciam super bregma, & est locus, ad quem peruenit extremitas digiti medi, cum extremitas manus ponitur super nasum, & reliqua pars ad uerticem extenditur. in eo autem loco idem cauterium datur ad retinendum catarrhum. in secundo casu, quia ubi aderit mollificatio; recipiatur ducia in occipite: quoniam ibi neruorum origines, ex quarum oppilatione, repletionem que accidit paralyticus, & mollificatio. in tertio uerò sumat super partem læsam, quia mediam, aut supra totum descensus, aut duciam indefinenter esse debet, quousque cerebrum notabiliter se calefactum esse sentiat: nam in quibusdam citius: in alijs tardius, attenda raritate, & densitate cranei. unde hora una est spatium commune. ubi uerò ducia sit absque instrumento, ut in balneis Senarum actum est, recipiatur, ut dictum. quod si fuerit in maiori quantitate fluens, quam cum situla; debet eius descensus mensurari ad tolerantiam uirtutis, & cerebri caliditate receptam. considera. laudo tamen in prima die, ac secunda, ut cum minori quantitate procedat: ut seruetur, quod ex Mesue sæpe memoratum est, à facilioribus inchoandum esse. quod si contingat bis duciam in die recipi; minor sit mora in sero, quam

Quomodo parari debet locus duciam.

De uino.

De aqua frigida.

De oleribus.

Lutum balneorum quo, & quomodo liniendum.

mane propter causam dictam.

**Lutum balneari.**  
 Secundus, quod hypofartici hydropici maius iuuamentum recipiunt ex emplastratione cum luto totius corporis, quam ex balneatione in aqua, quare illud primo experiantur, neque secundo utantur, nisi in fine, cum discedere uoluerint. quo in tempore in balneo aquoso se mudent, & lauent: & ilico se exiccent. & ego arbitror tympaniticis idem plus conferre: licet aliquibus plus placeat fumus balnei, siue uapor sic receptus: nam primi secunda fen. prima ultimo cap. & ex his, quæ uehementer superfluitates resoluunt, & minuunt, est in arena sepeliri, & in ea uolutari, & in calido Sole fricari, cum itaque lutum hoc calidum potentius, quam arena, cum his conditionibus sit; rationale uidetur lutum hoc plus uapore conferre, cuius uigor debilis est. & illi idem concedunt semper in omnibus ægritudinibus experientiam habuisse: in quibus requiritur resolutio, pluris iuuamenti fuisse balneum luteum, siue cenosum, cum potentius reddatur ex substantiæ densitate. pari modo in asclyticis dicendum ex causa frigida sic factis. loquor de balneis quorum aqua non potatur: nam aqua eius, quod potatur, fortassis efficacior faciet operationem, ut illa della Porretta, de aqua actum.

Tertius, quod empyici, asthmatici absque ulcere pulmonis laborantes, ex potu aquæ balnei, ut actum, iuuamentum magnum recipiunt: quinimo & statio in eo secundum quod supra limitatum, & de eis dictum est.

Quartus patientes colicam, siue iliacam absque lapide renum, ex aqua balnei clysterizata magnum inde recipiunt iuuamentum: & maius, si cum lib. i. aquæ fontis misceantur uncia tres olei laurini, rutacei, aut de cherua.

Quintus & non est postergandus, quod herniaci ex causa uentosa, & aquosa, & carnosa non confirmata plurimum iuuantur ex balneo: hoc modo: uidelicet primo recipiant fumum, deinde facta fomentatione tali per quartum horæ emplastratur locus cum luto balnei, in quo comixta fuerit decima pars sulfuris uiui puluerizati, & plures hac uia sanati sunt.

Sextus, quod se balneantes propter duritiem neruorum & contractionem, & gratia sedationis doloris luto iam dicto membra læsa liniant, & emplastrant: nam eius uirtutis est ut aqua, & fortius imprimit, & longiori tempore actio eius durat; quia sic non facile resoluitur, ut patet. & plures sunt medici, qui in hoc luto non paruam habent confidentiam, uerum, quando queritur uelox penetratio caliditatis in membris actualis; magis iuuamentum recipitur ex fumo, siue uapore aquæ, unde, in mollificatione duritiei membrorum, & contractione certè magnum reperi iuuamentum, nam uapor aquæ penetrat multum cum sua caliditate, humiditatem mollientem deferens, quod de luto non accidit, & aqua.

Et hic adde DEFENSIVVM prohibens cursum materiarum ad membra debilia. Recip. sandaracæ 3. iii. amyli 3. i. rosarum, acaciæ, balauftiarum, spodii, hypocytidos ana. 3. ii. sief memithæ 3. iii. farinæ uolatilis molendini 3. i. succi plantaginis 3. vii. aut loco eius accipiatur aqua sublimationis eius, uitella oui. ii. numero. terantur hæc omnia in mortario plumbeo cum suo pistello, & fiat linimentum, de quo membra sic læsa inungi debent post exitum, & ligari cum panico conuenientis adhaerentiæ.

LINIMENTVM bonum ad remouendam duritiem, & contractiones, quæ in membris reperiuntur, quod applicari debet per horam post exitum circumferentialiter super membra læsa. Recip. oleorum de sisamo, amygdalarum dulcium, & utrunque recens sit, ana 3. i. s. uitella ouorū numero. ii. medullæ crurij bouis, sepi arietis. ponantur in mortario, & diligenter incorporentur, & in fine addatur ammoniaci dissoluti cum aceto 3. x. & incorporentur. est medicamentum nobile iuuamenti. quod si magis anodynum cupis; adde 3. iii. olei de chamæmilla. quod, si desiderabis ipsum esse magis mitigatiuum doloris; addas opii 3. i. neque poterit opium in hac compositione nocere, ut patet intelligenti.

Et hi sunt canones attendendi in accessu ad balnea: nam de his, qui attendendi sunt post discessum, in canonibus bal-

A nei della Porretta dicetur. quibus sic peractis ueniam ad aliqua accidentia, quæ in balneis sic communibus communiter accidere solent: nam de his, quæ in de balneis della Porretta, & de ipsis canonibus obseruandis in assumptione balnei della Porretta dicetur post suo loco, cum a balneis aliis balneum della Porretta speciale regimen habeat ut infra.

De modo subueniendi accidentibus ex balneis euenire consuetis. Rub. 2.

**O**CTO SVNT accidentia ex balneo euenire consuetata: uidelicet uigilia, immoderata sitis, capitis dolor, constipatio uentris, superfluus sudor, urinæ punctio siue ardor, defluxus rheumatis, prostratio appetitus. quoniam existimandum est uigiliam caliditate balnei, & sua sic citate prouenire: quæ sunt duæ fortes causæ ipsius; hinc obuiando debentur in frigidantia, & humectantia: ut est lactuca, portulaca, & huiusmodi: & somnum inducentia, ut papauer album, ut uer. g. sero comedatur lactuca, endiuiia, scario la, aut portulaca, aut dissoluantur semina papaueris albi in brodio ferculi. item comedatur semen papaueris confecti. item sumatur syrupus de papauere unc. i. cum aqua lactucæ, aut sublimationis nenufaris 3. iii. sero post coenam cum itur dormitum, aut sumatur ex pilulis somniferis una, nel duæ, ut sunt pilulæ de cinoglossa Mesuæ de catarrho dictæ pilulæ alchaiber. fiant lotiones extremitatum ex matre uiolarū, malua, & huiusmodi.

Contra secundum. Recip. sy. uiolati, aut ros. cum aqua simplici cocta, aut sublimationis lactucæ, endiuiæ, & huiusmodi ad idem aqua cocta cum uino granatorum, & zuccharo, aqua hordei cum zuccharo. item pro nobilibus sy. de ribes, de berberis, uel uinū de berberis cum aqua cocta, & zuccharo, & consimilibus. quidam exhibent aquam coctam cum pauco uini, quidam aquam hordei cum zuccharo.

Contra tertium si ex eleuatione fuerit uaporum calidorum balnei; ualent, quæ in secundo dicta sunt, & etiam quæ prohibent eleuationem uaporum ad caput, ut dyacitoniten absque speciebus coriandrum preparatum, & una coopertura coopertum, grana granatorū, & similia frigida stypticitate. item ualet assumptio pilularum deponentium materiam post coenam assumptarum, ut pilulæ de aloe solo infuso in succo rosarum, uel endiuiæ, uel acetosæ, & aliæ con similes. ualent & linimenta capiti facta, ut ex albumine ouorum, aceto, aqua ros. succo plantaginis, uel uiolarum, uel solatri, & similibus: & cum aquis eorum, ut melius haberi poterit, aliqua ex his adiuuicem commisceatur: & cum petia in eis infusa remporibus, & frōti applicetur, & sæpe renouetur. consimiliter operandum, si propter caliditatem in capite impressam euenierit ex ducia accepta.

Contra quartum utatur mollitiuis, ut est decoctio prunorum, tamarindorum, uiolarum, syru. uiolatus cum aqua hordei excorticati benè bullita, aqua decoctionis fructuū Mesuæ. item utatur cassia, clysteri ex maluis, matribus uiolarum, blitis.

Item Recip. aloes, syrui lupulorum, syrui uiolati ana 3. ii. mastiches, croci ana 3. iii. infundantur in eis aloes per noctem, & diem. & etiam per duos usque ad tres, & post exiccationem fiant pilulæ leui igne, uel in Sole factæ. ex quibus secundo accipiat usque ad tres ante coenam per horam. & est solutium benedictum. & consulo quod eo sero non ingrediatur balneum: quoniam, ut actum, sic impediretur opera eorum per balneum trahens materiam ad contrarium pilularum.

Contra quintum sudor ex balneo proueniens non est cohibendus, nisi exuberet, & uirtutem deiiciat. quo casu utendum est regimine frigido, utendo rebus acribus, acetosis, gelaticio, conditis ex granatis, lactucis, & similibus: in secundo, & tertio pedibus animalium cum aceto, si cætera consentiunt, panico, lacte cocto, & quidam summe commendat ad sedandum sudorem iuscula ex farina milii cum lacte caprino: item dant lac coctum. & eo casu a balneo quiescat, in umbra sedeat, & flabello euentetur. exterius autem corpus cum frigidis, & stypticis inungere nõ absq; periculo est.

Contra

Contra sextum si caliditate hepatis, & renum id accidit, quæ membra duo suspecta haberi debet, quæ res colore urinae rubeo, & igneo comprehenditur; tunc oportet, ut præuisio fiat cum applicitis extra, & intus infrigidantibus. unde supra de balneis sulfureis, qui hepar calidum habet, præuisione utatur: nam inungatur post exitum per paruum spatium circa per horam regio hepatis, & renum cum aliquo infrigidante, ut.

Reci. infrigidantis Gal. 3. i. sandalorum alborum, & rubeorum an. 3. 5. nam sic compositum utriq; confert. quod & fortius fieri poterit. item ualet trazea hoc est seminum. iiii. communium frigidorum ana. 3. 5. fiat trazea. item & confectio tria sandalorum, & plura, & similia. q; si fuerit eliquatione humorum cholericorum sic acuentium urinam eorum commixtione; tunc euacuentur illi humores cum pilulis, de quibus in quarto. & utatur trazea dicta, uel confectio.

Contra septimum si fluat exuberanter; dimittatur balneum: nam uerendum est, ne contentiua uirtus cerebri sit nimis debilitata. q; si fuerit propter uehementem caliditatem impressam; fiat, ut actum in primo, secundo, & tertio. q; si non nimis fluxerit, & debilitate contentiua euenierit; odoretur nigella torrefacta in manu cum pecia gestando, uel fiat aspersio pulueris super caput ipsum confortantis: ut

R. ladanii, styracis calamite, rosarum, ligni aloes an. drac. 5. sandaracæ 3. vi. spodii 3. v. macis drac. 5. ite fiat sacculus ex puluere rosarum, & sandaraca, & similibus.

Contra octauum, q; uenire consuevit ex laxitate partium oris stomachi, aut propter resolutionem, aut propter fluxum materierum ad os eius. & tunc in utroq; casu ualet diacytonitem zuccharinum acceptum post cibum, aut miua cytoniorum zuccharata. item detur miua cum aqua menthae, & uino granatorum mane, sero, & in meridie. item confert syrupus de metha cum rosato, & aqua cichoreæ, & absinthii: ite oxyzacchara, & similia. possunt & multa alia accidere nocumenta ut febris, quæ his aliquando accidit, qui cholericus sunt & inordinate balneum assumunt & omnibus his remedia sic scribere esset practicam à capite ad pedes condere. uolo itaq; ut hic in presentiarum sic de communioribus etiam ut nobis sint uerbi gratia, sufficere.

#### De canonibus balnei della Porretta.

Rub. 3.

**C**ONSUMMATIS sic canonibus in obseruatione balnearum attendendis, & expeditis remediis aliquibus contra accidentia in balneis his euenire consueta; restat pro complemento capituli, ut canones speciales in obseruatione assumptionis aquæ della Porretta scribamus, quos spernentes, & non honorantes in grauia incurrunt pericula, ut statim: ut enim promissum fuit post canones communes communium balnearum; nunc scribemus particulares canones in assumptione aquæ della Porretta magna cum obseruantia attendendos. & certè, ut de balneo actum, balneum hoc est ueluti alterum sacramentum: nam quemadmodum ex assumptione uiaci bonis uita concedit, malis uero mors dat; ita in assumptione huius aquæ boni; quia cum recta obseruatia assumentes, liberantur: mali, quia ea negligentes, moriuntur. & ideo uulgariter apud Italos dicitur. Il Bagno della Porretta ò te guarisce, ò te netta. Hoc est dictum balnea della Porretta aut te sanant, aut te interficiunt.

Dicamus itaq; primum, ut in princ. capituli actum, q; accedentes ad balnea hæc prius per dies duos ad minus quiescant, antequam balneum ingrediantur: tum quia itinere fatigati: tum noui aeris ingressione. secundò quotidiana constitutio contempletur, de qua in præcedenti cap. quoniã eo in loco aer frigidus est multum, ut in eo tempore homines rigeant, ut dicitur. quamobrem æstate suam naturam non seruante, sed ad frigidum declinante, non absq; timore futura læsionis aqua illa bibetur. tertio non ingrediat nisi prius benè purgatus, & qui præceptis uniuersalibus præmunitus erit, quæ in reliquorum balnearum assumptione dicta sunt, & illa nõ negligat: quoniam eorum negligentia periculum minatur. quarto in nomine Iesu, quia saluatoris nostri balneum ingrediat, in eoq; moram cõtrahat, ut de aliis actum

est: & cõmuniter tempus tale ponitur hora una. uerum particularius signum ponunt scribentes; quia esse debet, donec perpèdat digitorum extremitates incrispari. deinde exeat, & exiccetur, & quiescat, & panis optimè, ne à frigora lædatur, se muniat: etiam si facultas adest, lectum ingrediat, in quo iaceat per horam, somnum penitus postponendo: quoniam ex somno tali plures mortui sunt. & ea die prandium, & cœna leuis sit ciborum laudabilium, de quibus actum in præcedentibus canonibus canone. 12. & nota, q; balneum hoc famè inducit: ideoq; non obtemperent appetitui: sed multum parcè comedant. & quoniam debilitatus est stomachus; benè mastitent, ut facilius digerant: nam ex postea fortificabitur. & pro illa prima die sufficiat sibi ille unicus introitus. sequenti uerò die in ortu Solis ad aquaductum accedat, in quo loco aqua illa potatur: & tunc de ea bibat quousq; ad tria uascula ibi mensurata, & consueta. & hic benè contempletur uirtus, ætas. deinde perambulet per spatium quarti horæ, uel circa: deinde redeat ad locum, & tria alia bibat. & ex postea perambulet, ut dictum. sicq; tertio, & quarto faciat. & assumere non desistat, donec apparere incipiat exitus eius, aut per os, aut per urinam, aut per secessum, & in ea caliditate, qua ipse assumpsit: quæ ut ab eo melius comprehendatur, in uase uitreo mingat. deinde quiescat per tempus, & postea balneum intret, moreturq; in eo, ut actum, exeatq; & stuphã ibi proximam ingrediat, & panis exiccetur. deinde lectum ingrediat, in quo quiescat, & nullo modo dormiat. sicque transacta hora, uel horis duabus, ad potum aquæ accedat, & faciat, ut de ea dictum prius. deinde quiescat per tempus usque ad cœnam. & sit cœna leuis boni cibi, facilis digestionis, ut in. 12. canone actum, & brodialia, & alia magis commendantur. altera uerò die in crepusculo balneum ingrediat, moreturq; exeat, ut dictum est, & eo die prandeat. deinde circa. xx. horam; quia post prandium per horas octo, iterum balneum ingrediat, & exeat cum canone dicto. sicque agat alternatis diebus; quia una die bibendo aquam, altera uerò die bis balneum ingrediat, hocq; continuet decem. xv. xx. dies, ut uirtus tolerabit. q; si ultra tolerantiam uirtutis affectuose, atque impetuose sumere curabit; periculum grande, aut mortem incurret: pariformiter, si in eius quantitatis assumptione excedet. quare assumens in his sit moderatus. & scito, quod balneatio in eo ad potum eius est sicut digestium ad medicinam: nam & sic debilitat; disponit, digerit: & sic præparat humores in uniuerso peccantes ad exitum. qui autem ad ea proficiscuntur chronicis ægitudinibus laborantes, in eis ampliori tempore hospitari debent; nanque quietè, & non impetuose assumere, imò aliis quietius. unde interponant diem unam quietis omnino inter assumptionem balnei, & potum aquæ, in quo neq; balneentur, neq; potent.

Potus autem sit uinum pauciferum nullo modo lymphatum: quinimo aquam uisu abhorreat. & est melius iterare, quam in unica uice bibere multum. non dormiat replico; quoniam canon aureus est. stet autem solatiis, & ludis &c. & absque ulla corporis fatigatione. uerum si contingeret, ut quis se debilitatum multum sentiret; de sero potest assumere ouum, uel aliquod tale restauratiuum, dummodo digestio præcedens fuerit celebrata. & qui sic debilitatur magis; quietem interponat maiorem. & ideo Princeps, ut actum, balneum assumi debet quietè, ordinate, non impetuose. Cum autem recessus à balneis intenditur; debet prius in loco ipso sic quietus stare per dies duos ad tres, antequam ad iter se ponat bono cum regimine, & aeri suauiter se exponere: præcipue cum iter longinquum fuerit. unde equestres, & pedestres primis in diebus itinera parua, ac suauia faciant, suisque consuetis comedant horis, neque famem tolerant. nauigantes autem longiora multum facere poterunt. bibant, ut actum. & omnes tales præter hos, qui balnea della Porretta sumpserunt, in meridie dormire poterunt. porrettani uerò post assumptionem balnei stent. x. diebus, & potius usque ad xv. quod non dormiant in meridie. & est locus eius speculationis: nam cum post euacuationem per pharmacum factam sequitur debilitas aliqua; à medicis somnus introducit. ita & in euacuatione per potum talis aquæ postquam sequitur

Ad bal.  
Porrettæ  
acceden-  
tes.

tur debilitas; somnus concedi debet, cum sit humectatiuus uirtutis naturalis, & animalis, & uitalis confortatiuus, ut actum. quod si dicatur, retinet humiditates iam in fluxu positas à quibus eleuantur uapores mali, & mala qualitate balnei infecti: hoc quidem obstare non debet: quoniam in exhibitione pharmaci humores sic in fluxu positi sunt, & ab eis uapores maligni magis eleuari uidentur ob impressionem malam, à pharmaco factam. quod & si correctum est; non est, quin scammonearum uenenosa aliqua qualitate non inficiatur, quod de aqua Porrettæ minime contingere uidetur. arguitur & fortius, somnum sic conuenire magis; sicut. n. assumptione aquæ balnei corpus crebro, & multum euacuatur; qua ex euacuatione non parum uirtus totius prostermitur: ita corpus debilitari in febre acuta contingit qua plures crises fiunt, ut quarta. vii. xi. xiiii. & ultra. sed in casu secundo commendatur somnus. ergo & in primo. patet ex communi practica operantium. quæ res sic confirmatur: nam ut Auer. de sensu, & sensato. Somnus est ligamentum uirtutis, confortatioq; earum. & Princeps de his, quæ accidunt ex somno. dicemus ergo quod somnus omnes operationes naturales fortes efficit. fortassis id dicitur, quod reuocatione caloris ad intra, & caliditate balnei iam in humoribus impressa, corpus contingit superflue calefieri. quamobrem ad putredinem disponuntur humores: nam ea actio est caliditatis superflue, atque extraneæ, quod obstare non uidetur: quoniam ex aliis balneis etiam calidioribus multum hoc contingere non uidemus tantum uidelicet periculum homines ex somno diurno incurrere. diceret & iterum, quis ex aqua remissiori interius assumpta corpora multo plus calefieri, quam ex intensius calida sic ad extra applicata. locus est speculationis. quare speculator id affirmare uideretur: etiam si ex exteriori corpori approximata tantum calefieret; somnum etiam intercidi debere: nam proportionando aquas, & modum applicationis aduicem id contingere posse nemo negabit. amplius hi ueluti conualescentes sunt habendi, quibus somnus à medicis non negatur diurnus oino. unde quarti secunda de regimine conualescentium. & somnus diurnus fortasse est magis nociuus conualescenti: propterea quia mollificat eum. i. quia superflue humectat. & fortasse non confert ei, propterea quod facit cruditatem & frangit de uirtute caloris innati. quibus inducitur in omnibus talibus se balneantibus non una, & eadem ratio erit euitandi somni, quinimo quibusdam conuenire censendum. arbitrantur fortasse nonnulli eum prohiberi debere, cum ex somno accretentur humores sulfure infecti, qui suo prauo odore spiritus exterminant sua forti caliditate resolutum & membra exiccata tanta præcedente euacuatione amplius exiccat concurrente etiam uirtute salis. quibus ex rebus debilitato per amplius calore naturali, & membris ipsis, per quæ uirtus constat, sic efficitur uirtus impotens ad reliquas humiditates regulandas. quare insequitur putrefactio, & corporis aut ad prauas ægrotudines, aut mortiferas præparatio. respondebitur fortasse, idem contingere debere post pharmaci scammonearum assumptionem, ut actum. post autem eius euacuationem notabile somnus præcipitur: nam & ad propositum maxime uidetur Principis mens de cura fluxus omnium modorum: inquit. & ex melioribus rebus ei, qui patitur fluxum uentris, est dormire. quare cum facta fuerit euacuatio tanta, qua debiles se sentiunt etiam in cæteros dies euacuationem expectantes; somnus concedi debet. in oppositum est experientia famosa, quam à uulgariibus neque à doctis accepi. uerum, ut Arist. ubi ratio, & experimentum concurrunt, imbecillitatis est, siue infirmitatis intellectus plus rationi credere: contingit. n. intellectum sic decipi, & rationis causam ignorare. ego quidem arbitror in re hac non una semper uia procedendum fore, sed uariis uariis concedendus sit somnus inspecta uirtute, complexionem, consuetudine, tempore, ætate, & similibus rebus naturalibus. absolute tamen melius est negare somnum diurnum, sed non raro ad ipsum concedendum nos uariis circumstantiis impellunt. uerum non negabo consuetudines sic longo tempore probatas semper uenerari debere. neque ad ipsas mordendas impetuosi, & insolentes esse debemus. hanc itaque etiam assumentes exulent aquam, ut ultra. xv. dies

A tangere non permittant: sed interim manus cum uino lauentur. abstinendumq; est à carnibus omnibus, fructibus, leguminibus, & ab usu aceti omnino. nocet caules, agresta, uua, & ficus. sed inter omnia per mensem post à coitu tanquam à dicto ueneno robusti abstineant. quod si debiles fuerint; per duos: nam ex his omnibus iudicatur, quantum balnea illa debilitant. ideoque debiles ad ea assumenda non nisi magno cum consilio accedant: quoniam sic in eorum balnearum iuuamenta confirmare quolibet altero anno ad ea assumenda accedere oportere. hæc Bononienses medici: quorum pace sic scribam, cum corpora se bene disposita sentiunt, uel prope; ad ea neque ad alia assumenda accedant; est. n. eorum alteratio fortis &c. non. n. uirtus indiget auxilio medicaminis, nisi cum nequuerit dominari. postremo sciendum, quod horum balnearum, & aliorum iuuamenta non ita subito sentiuntur: sed per tempus post maius, aut minus secundum regiminis bonitatem, uirtutis fortitudinem, & similia. unde communiter post mensem, & ultra eorum utiles effectus cognoscuntur: nam interim uirtus ex balneo resoluta, ac membra sic cum bono regimine habito restaurantur. & certe quidam uituperant hanc aquam in uasis ligneis ad diuersa, & longinqua loca exportatam: cum id se plane intelligere dicant suis in uirtutibus ita debilitari, ut nullius penitus sit uirtutis: quinimo ex ea sic corrupta lesa esse, ut in quibusdam uidi. & plures mihi dixerunt ex ea sic exportata effectus bonos, & si non omnes consecutos fuisse. & quidem arbitror non ita salutiferam, nonq; tantæ uirtutis eam esse, ut quæ in balneis exit: nam, ut actum, cito infrigidatur; etiam si moram in balneo contrahat, de quo supra. quæ res & in cæteris intelligenda est: nam & eius alteratio, quæ est ueluti ad corruptionem præparatio, multum consideranda est.

*De modo inuestigandi mineram, & mineras balnearum naturalium. Cap. 7.*

C **A**PUD VETERES nostros mos fuit, & usq; ad hanc seruatus ætatem, quod inuestigatio balnearum naturalium per alembicationem fieri debeat. unde aqua fontis ab eis recipitur, si haberi potest, quæ ita non alterata est in itinere, ut aqua balnei, quæ sic in transitu cum re extranea, dici commiscetur, & in uase uitreo; quia in cucurbita cum capello ad distillandum ponitur: nam cum calidi sit heterogenea sequestrare, primo de generatione; sic pars aquea, aerea, & ignea ascendit, & exit, & terrestre cineritium in fundo uasis remanet. & ut amplius terrestre exiccet, ne humidum cum eo commixtum, iudicium expectatum alienet; quidam continuant ignem: sed lentum ualde per paululum temporis, postquam à uase nil egreditur, quo facto terrestre illud à uase extrahunt, & super amplam asserem extendunt. alij idem operantes in umbra illud terrestre exiccant. & certe melior est exiccatio ad Solem, ut cæteri agunt propter salem, & salnitrum, & sulfur; nam sic partes salsox, & nitrosox à Sole coagulantur. qua ex re melius discernuntur, & partes sulfurex illuminantur, & splendidiore redduntur. & certe iudicium tale per minerale hoc habitum uerius est. quod cum aqua per ebullitionem facta bitumine nostro sic commiscetur, ipsam mineralem sic facientem, & calidam reddentem. sic itaque eo exiccato, tunc uno, & pluribus sensibusprehenditur: præcipue cum de mineralibus notitia, quo ad sensum habita fuerit. & ad rem accedens dico, quod quidam opinati sunt, quod pars sulfurea, præcipue quando cum aliis mixta, & non prædominans per alembicationem minime comprehendipossit, ut dicant illam sulfuris naturam sapere: & sic in uaporem subtilem conuersam exhalare. secus, si fuerit aqua tota sulfurea, aut multum à prædominio talis. ex quo inferatur per alembicationem tentantes sic decipi. quod, si contingat ex projectione illius terre in ignem sulfuris odorem emitti; illud aiunt, non quia sulfur ibi sit, accidere: sed quoniam spiritus subtiles, ignei in ea derelicti sulfuris naturam sapiunt. & adducunt similitudinem de fulgure, quod cum aliquam domum percutit, post eius euanescentiam sic derelictis spiritibus igneis tota sapit sulfuris odorem: cum tamen

men in ea nil sulfuris fuerit. quamobrem ad alia se signa conuertunt sensu aliquo sensibus comprehensa, de quibus statim. & certè malè potest eorum opinio infringi. uerùm, ut arbitror, ex aliis signis efficacius concludam, aquam naturam sulfuris tenere: præcipuè quando fuerit cum aliis mixtum. sed hoc loco Arist. dictum, de quo supra, postergandum non est, quòd omnes thermæ sulfure participant: quoniam est prima causa caliditatis earum, ut in principio secundi huius, quem philosophum secutus aio, ut ipse in libello de proprietatibus elementorum ad minerarum balnearum calidarum scientiam habendam, duo nobis sensus deseruiunt: uisus uidelicet, & odoratus, quos principales enunciabimus, cum cæteri tres magnificè etiam nobis in hoc iudicio deseruiant, ut de eis statim declarabimus, illis ad plenum non deseruientibus, sed uisus principaliter, & magis: cum plures rerum differentias ostendat, Metaph. 1. & est simile iudicium hoc iudicio, quod ex signis medicinalibus accipitur: nam cum signa medicorum sic efficacia, & non fallentia non inueniantur: sed notitiam sunt dantia ueritati propinqua; hinc surgit iudicium extimatiuum, quare diuersi cum diuersitate extimatiuæ de occurrentibus ægritudinibus, & casibus diuersa deponunt iudicia. ita & in explicanda minera thermarum fit: quoniam, cum sic signa non habeantur omnino certa, & efficacia; contingit in mineris thermarum scribentes uariare. quo loco accipias medicum non bonæ extimatiuæ fugiendum esse. sic itaque non est de uno signo considerandum: sed omnia uel plura, & potentiora illa sint, quæ in consimilibus nobis fidem facere debent. ex quibus inferitur, quòd non ex solo odore iudicare debemus aquam balnei sulfuream esse: quoniam sic accidere deceptio potest: sed ex odore cum aliis, ut dicamus: hæc aqua est in odore sulfurea, colore citrina, & eius fœculentum cum in igne proicitur, ardet, & odorem sulfuris emittit, & in superficie eius quandoque natat unctuosum quoddam, quod in igne missum, statim flammam emittit, & gustui saporem sulfuris denunciat, & apud eam minera est sulfuris, ex qua artifices sulfur condiunt, & præparant, atque purgant. cum item hæc omnia simul esse comprehendes; non dubites aquam illam sulfuream denominari debere. quòd si non omnia hæc; potentioribus sic in denominando danda fides est. quare indagatorem talium oportet natura esse prudentem. unde cum sulfur sic cum mineralibus aliis mixtum fuerit; oportet indagatorem, & aliorum signa discurrere, & potentioribus dare uictoriam. dicamus uerbi gratia est commixtum sali. in hoc autem gustus primò tibi deseruiet. deinde si tibi placebit; experientiam facere poteris, de qua supra in balneo montis Groti. & fuit principalis intentio Iacobi de Dondis. quòd si labor ille te afficiat; ad cinereum fœculentum recurras, ipso ente disposito, ut actum: quia exiccatiuum sit, & expansum: primò. n. illud oculis tu indagator contemplare, partesque citrinas primum consideres: cum sulfur prima causa sit caliditatis thermarum, ut Arist. supra: licet in omnibus non sit prima, & potissima. Deinde reluctentes considera, quæ falsæ sunt, nitrosæ, aut salgemmosæ. inter quas differentia suis ex signis accipitur: & uisu, gustu, tactu, & auditu. uisu quidem; quoniam sal perlucidus. licet non multum, salgemma autem multum. nitrum uerò inter hos colores medium in luciditate tenet. gustu faldedo percipitur: nitrum, ut actum, de natura salis est, & est acutius multum ipso sale. tactu; nam nitrum durius est sale, ut

**E** supra de eo. auditu; quoniam sal in igne proiectum crepitat, & non nitrum, neque salgemma. pariformiter dicatur de alumine: nam ad eius notitiam uisus, gustus, & tactus magnificè deseruiunt: quoniam ad luciditatem tendit. tactu; quoniam durum ualde, & iam tribus dictis durius. gustu, qui cæteris sensibus, & hic iudicio nobis magis deseruire uidetur: quoniam notabilis, & magna sentitur stypticitas: item & sapor eius. pars uerò cinerea uisu, gustu: quoniam ad amaritudinem declinat, & albedinem. partes uerò gypsum, ænæ, ferreæ pariformiter his sensibus comprehenduntur, & pars ferrea cæteris ponderosior. quibus accipiatur, quantum necessaria est indagatori minerarum, thermarum mineralium exquisita notitia, præcipuè ad eas partes, quæ sensibus comprehenduntur. ob quam rem taceant, qui forsatis me mordere uoluerint, de exquisita mineralium doctrina, & eorum prolixitate superius posita. his omnibus sic peractis partibus mineralium benè cõtemplatis ex parte suarum quantitatum, ac qualitatum: quoniam non eodè gradu caliditatis sunt omnia, nec frigiditatis ut supra. debet indagator sic suo iudicio extimatiuo illas adinuicem comparare, proportionare, & potentioribus dare uictoriam, à quibus aqua ipsa prædominio dicetur talis. hoc autè facere non facile facio. quòd si aqua aliqua plurimum de minerali tenet, aut est uno solo contenta; tunc facile est iudicium tale. quo loco mi Illustris domine, accipe, quantum medico necessaria est prudentia. ad quod perpauci respiciunt plus literas singularium medicorum non prudentium honorantes, quam in literis medicorum prudentia pollētium credere error est. & si uera sint, quæ scripsimus; multis tamen placuit magis ebullitio, quam alembicatio; cum sit operatio caliditatis fortior: sic heterogenea melius sequatur. cui opinioni adhærere uidetur Ioannes de Dondis supra. sed certè experientia docet, quòd in forti ebullitione partes terreæ magis ascendunt, quam in alembicatio: præcipuè cum suauiter sit, ut docui in libello, quem de aqua ardenti composui: nam cum lycinio lucernæ ardentis conficitur; sit enim ita suauis calefactio, ut subtiles partes exhalent, terrestribus parum molestatis. equidem expertus sum in ebullitione, quòd partes pauca terreæ remanent, unde plus placet alembicatio.

**G** Quibus omnibus accipiatur primò, quòd necessarius fuit communitati medicorum, & mortalium salubritati noster hic libellus; cum ante me memoria hominum neminem scripsisse ita luculenter, diffuse, aut paucos intellexerim, pro quo semper gratias, ac laudes Deo meo do: nã sic utilis erit posteritati hominum, & medicis, qui de consulis balneis amplam, claram, atque exquisitam in eo notitiã habebunt, ut consilio in scriptis sic absque graui labore componant. secundò quantum ad nominis tui gloriã accedet; cum Italis, orientalibus, occidentalibus, septentrionalibus, atque meridianis quam necessarius sit. quibus in locis nomen tuum prædicabitur; cum sit sic nomine tuo insignitus: quapropter per orbem totum nominaberis. & cum sperem eum in perpetuum manere; sic perpetuo uita tua causa à me datur. unde cum Marone perstringens dicam.

**H** In freta dum fluuij current, dum montibus umbræ  
Lultrabunt, conuexa polus dum sydera pascet;  
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.

FINIS.

Sauonaro  
la compo  
sunt libellu  
de aqua ar  
dent.

CAESARIS OP-  
TATI CITRAREI E  
REGNO NEAPOLIS,  
MEDICI CELEBER-

RIMI OPVSCVLVM

De Hectica Febre.

PROOEMIUM.



**V**OLENS ego de Hectica Febre, postulantibus amicis, ea omnia diligentissime complecti, quae ad perfectam, & absolutam rei cognitionem faciant, declaranda duxi plura: primo quid tabes: secundo mala complexio, temperaturaue equalis, quid diuersa: tertio quid mala complexio fiens, quid facta, quid futura fieri: quarto quid hectica uidebimus: quinto de differentiis, & speciebus hecticae agemus: sexto difficultates theoriales mouebuntur cum solutionibus suis: septimo magis ad praxim accedendo de causis hecticae tractabimus: octauo de signis hecticae: nono de cura hecticae tractatum terminabimus Deo duce.

De Tabes. Cap. 1.



**T**HISIS graece, latine tabes, corruptio est uiuentis corporis ex siccitate, auctore Gal. in lib. de tabe. est autem triplex uiuens inquit ipse semen, planta, & animal. & addidit. corruptio autem accipitur dupliciter aut in fieri, aut in facto esse seu quae fit, aut quae facta est. hic loquimur de corruptione primo modo, quae proprie est uia ad corruptionem secundo modo dictam. & quia corrupti isto primo modo potest esse multipliciter, ut alibi diximus, aut per extinctionem uolenter a frigido, aut per suffocationem ab humido, aut per resolutionem calidi defectu humidi nutrimentalis. & de hac corruptione est sermo noster praesens, qui Marcor dicitur ab Ari. hoc autem contingit semper ut uno termino claudamus, de defectu caloris innati qui sequitur defectum nutrimenti, quo deficiente uiuentia, ut semina, planta, & animalia, syderant. i. exsiccantur, tabescunt, & pereunt. indicio manifesto sunt planta, & arbores, quibus si nutrimentum substantificum deficit aut per aetatem illorum calor naturalis resolutus, non potest reficere nutrimentum in locum deperditum ab intrinseco exsiccantur, aut per solis, uel ignis excessiuam caliditatem consumunt nutrimentum proprium, exsiccantur ab extrinseco, aut defectum humidi nutrimentalis, quod deberet subire in locum deperditum, sicut in arena arida exsiccantur, aut per frigus intensum mortificans calorem innatum, & congelans nutrimentum. unde non possunt nutriri & exsiccantur. sicut & semina, quae Gal. uisus est tenere esse aetata, habere natium calorem, & uiuere, & nutrimento indigere, quo deficiente exsiccantur, & euanescent. idem Ari. in li. de inspiratione in fine. pari modo de animalibus. & homine exsicari, tabescere, corrupti dicimus defectu nutrimenti: hoc autem multiplex contingit: nam aut fame, puta defectu cibi tabescunt: & exsiccantur, uel defectu digestionis stomachi. & hic simplex tabes dicitur, quia sola siccitate uexantur: licet non diu duret, quin associet secum frigiditatem: si tamen cum illa siccitate complice frigiditas praeternaturalis; illa tabes dicitur hectica senectutis auctore Philippo, inquit Gal. & non est febris licet a doctoribus in tract. de febrib. de ipsa determinari consuevit, & est dispositio accidentalium, & praeternaturalium, & senectus, quo & pueris, & adultis, & senibus et ipsis contingit, ut Gal. Aui. Sera. Alyabas, & omnes dicunt, licet Auer. negauerit illam posse senes affligere, cum sint senes. sed haec praeternaturalis est dispositio, quae potest omnibus, & in quacumque aetate contingere, de cuius causis, & esse nos alibi sermonem longum habuimus.

Senectus etiam ipsa naturalis & ineuitabilis decrepita, licet quo modo tabes dici possit; patet ex definitione data.

**A** est. n. uia ad corruptionem per siccitatem, & nutrimenti defectum: debilis. n. senis calor non potest tantum transmutare nutrimenti, & reficere in locum deperditum, quantum resoluitur quare exsiccantur ab intrinseco, & marcore pereunt. dixit Ari. tamen quia est dispositio naturalis, & sunt corpora sibi sana. & Gal. dixit senectutem, neque integram esse sanitatem, neque ueram aegritudinem: sed habentur tanquam neutra corpora senilia. adde, quod multos uidimus senes et decrepitos obesos, pingues: ideo non proprie tabes dicitur ipsa naturalis senectus, nisi uelis omnes macilentos senes tabidos dici. siccitas uero in toto, & proprie in corde si coniungatur cum caliditate praeternaturali, ipsa est febris, quae si carniformia, & humentiores tantum partes occupat, est humoralis febris. sed si est fixa in solidis partibus, inquit Gal. ipsa est hectica, de qua erit sermo noster: & hanc febrem et puto esse omnes species suas, & gradus posse dici tabes, patet ex definitione data: quia uia ad corruptionem ex siccitate. & licet in prima specie hecticae ut inferius dicemus non appareat ita manifesta siccitas quaeque cum debilitate, tamen in rei ueritate in ipsa est exsiccatio secundae humiditatis, de secundis. ut infra cum debilitate uirtutum euidentissima exercitato medico ut infra dicemus: imo crediderim cum Gal. nullum reperiri hecticum, quin & sit, & appareat macer, & exsiccatum debilis, quia est dispositio in radicalibus fixa. placuit tamen Gal. & aliis posterioribus tabem proprie secundam hecticae speciem dicere. tertiam uero speciem marasmum dixit, quod est plus, quam tabes. prima uero species hectica tantum appropriatis uocabulis. ita usus obtinuit. tabem etiam putauit Gal. latiori modo accipiendo uocabulum, posse dici pati illos, qui longis aegritudinibus excarnati, ut illi etiam, qui sunt in declinatione incensuarum febrium resoluti, sed curabilem tabem illam de facili, quia reparari possunt de facili carniformia, & humentiores partes. sed ubi radicalia sunt notabiliter exsiccata, & resoluta sicuti hectica secundae speciei, uel tertiae, illam incurabilem putauit tabem. namque ipse tenet expresse mille in locis radicalia membra resoluta non posse substantificum restaurari: sed nobis de nominibus pauca, & in tantum sunt dicta, & pauca sit cura, ut inquit Gal. in quantum possumus res ipsas manifestare, ne ex ignorantia nominum contingat error in rebus.

Quid mala complexio inaequalis, quid equalis.

Cap. 2.

**M**ALA complexio inaequalis, siue diuersa est qualitas extranea dependens sensata; quia contraria actu alteri subiectum, in quo est, & cuius complexionem naturalem corrumpere intendit. dicitur primo extranea, & mala in descriptione data, quia inconueniens, & improprium instrumentum pro operationibus naturalibus: imo diuersa, & contraria complexionem naturali, uel illi, quae stat loco naturalis (nam hecticus potest febre putrida,) & Gale. dixit malam complexionem diuersam esse quodammodo mediam inter naturalem complexionem, quam abiicere intendit, & aequalem, ad quam tendit diuersa tanquam ad terminum, ad quem quae ex toto est a natura egressa inquit Gale. & membris radicalibus fixa. dicitur secundo in descriptione dependens: quia habetur causam efficientem extra essentiam sui subiecti, a qua in conservari, & in esse dependet, donec figatur, & fiat aequalis. tertio dicitur sensata, quia sentitur dolorose propter actionem contrariam complexionem naturali membrorum illis nondum aequata, & fixa: sed in fieri, & transmutari. mala itaque complexio diuersa praedicta est diuersa multipliciter: tum quia contraria naturali cui aduenit, & quam supponit subiecto: tum quia est in fieri: & continue intenditur. aliter non sentiretur dolorose: tum quia non aequalis in toto, & singulis partibus taliter, quin sequatur actio, & sensatio: tamen quarto quia est diuersa in gradu a causa, quae agit in subiecto qualificato, donec aequetur, & quinto dicitur diuersa a complexionem membri naturalis, in quam agit, & cui contrariatur, donec aequetur, ex qua actione continua sequitur continua sensatio. & hoc esse medicos: nam Aui. Cocol. & Truf. tenent contra Philosophum, quod sensibile positum supra sensum potest sentiri, & formam agere immediate in subiecto in quo

est in acquiri, saltē in uirtute agentis intendentis ipsam, mala complexio equalis est qualitas extranea independens nō sensata: quia æquata toti, & singulis partibus in subiecto, in quo est ut naturalis facta, & fixa, & idē nō sentitur, ut Hippo. in lib. de natura humana, & Gale. benè allegat in lib. de mala complexione diuersa cap. 4. quæ si est in toto corpore fixa, ut febris primò in corde figitur, deinde in singulis radicalibus & carniformibus membris è contrario distincta à complexione diuersa, ut patet ex descriptionibus datis. & ex hoc quia diuersa non habet esse factum in membris radicalibus animatis. sed est, dixit Aui. tanquàm uolitans super membra appropriato uocabulo, & siens. & idē sensata, ex quibus dictis manifestè sequitur plures esse differentias inter æqualem, & diuersam complexionem, & primo. prima differentia inter malam complexionem diuersam, & æqualem est: quia diuersa est contraria alterās subiectum, in quo est in fieri. æqualis uerò informat, non alterat; quia nihil agit in subiecto, in quo est facta, & fixa, ut naturalis, ut Hippo. Gal. Aui. Ari. 2. de Anima tex. commen. 5 2. & 1 1 6. secunda differentia diuersa sentitur; quia contraria alterans ut supra æqualis nō sentitur; quia æquata facta, ut naturalis, ut Aris. 2. de anima per totum; indiget nanq; extrinseco objecto, & medio, ut ibi. tertia differentia diuersa habet esse diminutū & remissum, in fieri tendens ad intensiorem gradum; quia ad æqualem tanquàm ad terminum. æqualis uerò est terminus habens esse completum; quia fixum, & perfectum quare cessat motus. quarta differentia diuersa est dependens à causa efficiente extra essentiam subiecti, in quo est tanquàm uolitans aduēticia non fixa æqualis uerò est fixa a nutritiua causa efficiente dependens: nam quacunque remota illa nō remouetur, sicut in diuersa. quinta differentia, diuersa est remouibilis ab intrinseco; quia stat complexio naturalis ad huc, & contrarietas cum naturali quare possunt propriis uiribus, & inclinatione naturali reduci, ut febres humorales æquales uerò non; quia remota est complexio naturalis, & nulla remanet contrarietas: imo ipsa est, ut naturalis æquata, de quo inferius faciemus quæstionem, & soluetur. sexta differentia, diuersa inquit Gal. non est in omnibus partibus subiecti, quo est æqualis uerò sic, quod dictum, licet multipliciter exponatur à doctoribus diuersa sentientibus: nos tamen pro nunc credentes magis remotè à contradictione loqui sic glosamus, quod licet tam diuersa, quàm equalis ut sint & habeant esse in toto & in singulis partibus, ut ipsemet Gal. in litera sequenti, & ratione patet in causonizante, & hectico; ubi omnes partes, & cor, & inde in totum supercalescit in causone: similiter & in hectico (differentes tamen partes totius sunt calefactæ.) nam non est credendum ut benè Gal. nec in causonizante, nec in hectico æquali gradu caloris febrile cor, hepar, & præcordia, sicut ossa pedis, & alia extrema exanguia, hoc nulli dubium: sed differunt in hoc diuersa, & æqualis: quia æqualis habet esse in toto, & singulis partibus facta taliter, & tanta æqualitate, quod inde nō sequitur actio nec sensatio, tum quia facta, & non in fieri; tum quia ut forma non agit in subiecto, in quo est facta, tū quia non est tanta diuersitas inter partes; in quibus habet esse factum, ut inde sequatur actio, & sensatio. diuersa uerò non habet esse factum in toto, & singulis partibus: sed in fieri tū; quia sequitur actio, & sensatio: tum quia in fieri dependens, & continuè augetur à cā alterate: tum quia non informat oēs partes: sed tū ut uolitans, tū quia est tanta diuersitas inter partes in quibus fit, ut inde sequatur actio, & sensatio dolorosa, ut in causone, & dispositionibus calidis, & frigidis, quæ sunt qualitates actiue. de siccis uerò, & humidis, aliter est dicendum, ut in tractatu de dolore diximus, nec placet mihi cōis expositio Dini, & aliorum, qui dicunt, quod diuersa, & æqualis complexio differunt sicut Gal. loco allegato, si uera est litera: quia diuersa habet esse in partibus formalibus, & actualibus tantū, non aut in potētiabilibus, & materialibus. i. in partibus minoribus minimis, quæ nō possent per se existere. & idē sentitur, quia agunt partes actuales in potētiabiles. æqualis uerò est in toto, & omnibus partibus. & idē non sentitur. sed contra hunc sensum arguo ego sic in causone gratia exempli, quæ est mala complexio diuersa ubi à corde per uenas, & arterias calor præternaturalis in-

fluitur in totū, & singulas partes totius; quia sicut calor naturalis influitur in totum à corde uiuificando, & perficiendo eodem modo calor præternaturalis in totum imperficiendo impediēs oēs operationes &c. quis diceret ipsam influere in a<sup>ca</sup> & in a<sup>ca</sup> non item partes potētiabiles minus resistunt, quàm actuales. quare igit potētiabiles non calefiunt, & non possunt dari rationes. itē hęc rationes etiam procedunt cōtra illos, qui glosant Gal. quod cōplexio diuersa est in partibus carniformibus tantum, æqualis uerò in radicalibus, & carniformibus. idē considera; quia uerba Gal. habent difficultatem septima differentia dicunt aliqui est; quia complexio diuersa est qualitas prima. equalis uerò, ut in hectica est qualitas secunda; quia complexio facta, ut naturalis, quæ in trodicitur in instanti; & hoc uisus est uelle Tru. nos tamen putamus aliter sentiendum, ut infra cum Vgone Senensi: nā licet teneamus in hectica esse mutatam complexionem naturalem quæ est qualitas secunda: tamen ipsa non est hectica; quia hectica est febris, & calor extraneus igneus, quæ est qualitas prima, & est caliditas, & sic. facta intensiori in corde, & radicalibus, ad quam secuta est corruptio complexio nis naturalis, quæ est qualitas secunda. & ipsa caliditas, & siccitas quæ est hectica, est fixa; quia stat cum complexione facta, nunc inclinante ad caliditatem, & siccitatem. ut infra: sed ipsa non est hectica, sed complexio, quæ est qualitas secunda, octaua differentia, diuersa habet quatuor tempora; quia introducit in tempore. æqualis uerò in instanti, ut dicunt, figitur & fit, sicut & complexio naturalis in instanti mutatur, & fit. idē non habet quatuor tempora, nec tēpus dixit Tru. quia nec motum; quia fit in instanti, de quo inferius disputabimus, & dicemus, quid sentimus in hoc.

De ægritudine facta, siente, & futura, fieri. Cap. 3.

**A**EGRITUDO facta apud medicos multipliciter dicitur, & opposito modo siens, & primò dicitur ægritudo facta. i. in esse producta; quia est dispositio præternaturaliter in a<sup>ca</sup> natura: puta in complexione, compositione, uel unitate, à qua proueniunt operationes læsæ prouenta primo, ut Aui. secunda primi. & isto modo ois ægritudo per essentiam est facta, siue dependeat in esse & conseruari à causa, siue non, siue in esse completo, siue in perfecto fit producta, siue non. quomodo tam febris humoralis. ephemera, hectica, dislocatio, uulnus &c. est ægritudo facta. patet ex dictis, & omnia ista indigent cura per contrarium remouendo, quod factum est: si aliquid remanet, remota causa si habet causam. & huic ægritudini factæ opponitur ægritudo siens, cuius nihil est in esse productum, nec dispositio permanens, & in qua nihil est factum. i. a<sup>ca</sup> natura nulla est læsio facta, & est ægritudo, quæ est per communitatem absolutam, in qua non cōicatur nisi nocumētum, quæ nec sicut partem; nec sicut totū est facta. sed fit, & suum esse est in produci, & fieri tū, sicut motus fit, & est in fieri tū totaliter in esse, & conseruari, & produci dependēs à causa. & est sicut entia successiua, sicut tempus, & motus, quorum esse est in instanti. de quibus nō habet nisi instās in tpe, & de motu solū mutatum esse. sicut de ista ægritudine non habetur nisi læsum & mutatum esse in operationibus læsis, puta ækmatiua corrupta fiat nocumētum loquelæ dicitur lingua ægra, & tamen nullum nocumētum est in lingua in a<sup>ca</sup> naturarum. si militer si defectu uirtutis uisuiæ uon uenientis ad oculum, uel uirtutis motiue ad pedes, oculus non uideret nec pes ambularet nullo tamen nocumēto causato in oculo, uel in pede in a<sup>ca</sup> naturarū, essent ægri; quia impediti, & propriis operationibus uide Gale. 1. Interio. capitu. 2. & istæ ægritudines non indigent cura proprie per contrarium: sed tantummodo remotioe causæ, à qua dependent. & hanc distinctionem non uidit Dinus, neque Vgo; quia aliter dixissent, nec tot uerba multiplicassent frustra. secundo modo ægritudo dicitur facta idest in esse completo producta, siue dependens, siue non, quomodo apostema in statu est factum, & dysenteria tertix speciei est facta. ephemera est facta paroxysmus ultimus tertianæ est ægritudo facta idest in esse completo producta dixit Conci. differentia. 73. quia causa antecedens tota transiuit in coniunctam, & ista proprie

proprie indiget cura per contrarium non præcautione, nec remotione causæ antecedētis, cum nulla sit, ut diximus. & huic ægritudini opponit ægritudo fiens. i. inchoata, sed incompleta, & in fieri quò apostema inchoatum nõdum perfectum est fiens ægritudo, & dysenteria primæ, & secundæ speciei est fiens: dicit. n. fiens isto modo dispositionem, prout est in acquiri, & isto modo ægritudo in complone, ut febris humoralis, cuius pars est facta, & pars futura fieri est fiens, quæ omnes ægritudines, quantum ad partem factam indigent uera cura per contrarium: quantum ad futuram fieri indigent præcautione, quò loquitur Gal. 3. techni. oportet primò unamquamq; causam abscindere præcauendo futuram fieri: deinde uenire ad partem factam proprie curando, si remanet aliquid factum, & hoc per contraria. indiget igitur cura cõposita. tertio modo dicitur ægritudo facta. i. in esse taliter producta, quò non amplius fit: sed fixa, & independens in esse, & in conseruari; cum à nutritiua cã dependeat extra essentiam sui subiecti, in quo est (spãli dependentia) quò dicimus in natura complexionali hæcticam ee ægritudinem factam, & uulnus, & dislocatio est ægritudo facta in natura unitatis, & compositionalis, & omnes tales sunt sine dolore; quia non sunt in transmutari non fiunt. sed sunt facta. & istæ proprie indigent curatione propria, quæ est per contrarium, non præcautione; quia non habent causam, & si haberent causam nihil refert; quia illa remota adhuc istæ per se starent. & huic opponitur ægritudo fiens. i. nondum facta, nec fixa: sed dependens in esse, & conseruari à sua cã extra essentiã sui subiecti, in quo est spãli dependentia (quò dico notanter; quia omnes ægritudines generali dependentia dependent à corde, à quo spiritus uitaes esse, & uiuere totius dependent.) & isto modo omnes febres humorales sunt fientes; quia dependentes ab humoribus, qui sunt cã extra essentiam sui subiecti: nam humores non sunt animati, modo membra animata proprie sunt subiectum ægritudinis & sanitatis, quò ephemera est ægritudo fiens tenendo spiritus non esse animatos, nec consequenter subiectum proprium febris, tenendo tamen spiritus esse animatos. oportet dicere ephemeram esse ægritudinem factam cum Truf. quia habet esse factum in spiritibus, & fixum in spiritibus, qui sunt instrumentum immediatum pro operationibus; licet non sint animati secundum Truf. sed non est æqualis: sed diuersa quia dolorosè sentitur à membris carniformibus, & radicalibus, in quibus fit ephemera, & non est facta in illis: sed in fieri. quare diuersimodè est dicenda facta, & fiens, ipsa ephemera.

Ægritudo futura fieri à medicis dicitur illa, quæ nõdum est nec facta, nec fiens: sed in dispõne propinqua, ut fiat. & ideo nõ indiget curatione: sed præcautione tantum quò Gal. 3. techni, & in lib. de regimine sanitatis docet neutrum decidetia non curare, quia solum ægritudo curatur: sed præcauere, ne ruant in ægritudinem. & 3. techni. docet remouere causam antecedentem ægritudinis fiens, non ad curam proprie partis factæ de fiens: sed ad præcautionem ne fiat pars futura fieri: deinde redit ad partem factam remouendam per contrarium, quæ est uera cura, non præcautio.

#### Quid hæctica. Cap. 4.

**H**EXIS græcè latinè habitus, unde hæcticas dicimus febres latinè habituales, sic dictas dixit Gal. 1. de differen. feb. ca. 9. uel quia stabiles, & solutu difficiles, uel quia corporis habitum occupant; quia solidas occupant partes, opposito distinctas humentionibus partibus. & hæc quantum ad quid nominis s̄m Gale. quid rei uerò. Hæctica est febris facta æqualis oibus membris. i. calor extraneus habens accensum esse in cordis substantia, & in oibus mēbris potissimum radicalibus ut infra. & licet hæctica febris non procedat à corde in totum per uenas, & arterias, sicut humores, & ephemera: tamen fouetur à corde generali quadam dependentia, qua cor disponit singula membra in sui dispositionem influendo in totum, & qua uiuificat, & aiat omnia membra per calorem, & spiritus, & nutrit p sanguinem omnia membra, in quibus habet esse factum ipsa hæctica, uerificatur etiam & magis proprie de hæctica definitio

**A** Gale. data de febre prima aphor. 14. quando dixit febris est calor naturalis mutatus in igneum. dixit Truf. 3. tech. com. 38. pro quo notandum puto doctrinam Truf. 3. techni. nam uolens dare modum cum Gale. in lib. de mala complexione diuersa, quomodo generetur hæctica simul, & semel, declarat etiam, quid sit hæctica idest mala complexio æqualis, quid diuersa. supponit igitur unum uerum, quod calor naturalis, & præternaturalis calor licet sint diuersa; tamen sunt unum in subiecto, quia subiectum, & substantia, in qua fundatur, utrunq; est idem; quia calidum naturale, idest spiritus, humores, & membra ista proprie sunt calidum naturale pro subiecto; quia ista sunt subiectum transmutationis de temperato calore ad intensum, & distemperatum calorem; licet medici quandoque his abutantur crassa minerua dicentes calorem naturalem mutari in igneum, cum in rei ueritate nigredo non mutatur in albedinem, sed subiectum. adde medicos etiam non proprie loqui. cum dicunt calor naturalis mutatus est in igneum in febre humoralis, uel ephemera quia nunquam proprie dicitur mutatus nisi in termino, ad quem in medio uero itinere dicitur proprie mutari nõ mutatus: uerbi gratia, cum aliquod lignum album sit nigrum transiens per plures colores medios in itinere nunquam dicitur nigrum nisi in termino ad quem. in medio uerò dicitur uiride, dicitur fuscum pallidum & cetera. non autem nigrum, sic in proposito dicendum putat Truf. cum aliqua causa extranea calefaciens agit in spiritus, uel humores, uel membra, uel omnia, conuertendo illa à proprio, & naturali temperato calore in intensum, & extraneum intemperatum calorem: quando uerò duo contraria agunt adinuicem & patiuntur in eodem subiecto unum abiicitur, & reliquum inducitur; ante autem quam contrarium introducatur perfecte, ad quod est motus, & abiiciatur perfecte contrarium à quo est motus est spacium uicè medium, in quo diuersi sunt gradus formarum, quarum nulla potest aliqua extremarum perfecte dici, sicut cum subiectum nigrum albatur; necessario transit per multos colores medios, antequam albedo sit inducta. omnis autem hæc uia media talium alterationum corporis uel ad calorem, uel ad frigus dicitur à medicis mala complexio diuersa; quia stat adhuc in subiecto contrariorum pugna. dicitur itaque mala complexio ut supra propter inconuenientiam eius ad opus. dicitur diuersa respectu naturalis complexionis; quia nondum complexio naturalis est in totum uicta, & abiecta: sed cum deuentum fuerit ad finem alterationis; tunc finita iam pugna complexione præternaturali in membris inducta, complexione naturali contraria perfecte abiecta deficiente. motu alterationis non amplius sentitur: nam sentiri, & potissimum dolorosè in quodam pati, & alterari consistit, ut Aristote. Hippocra. Gale. Auicem. & omnes sapientes dixerunt: facta est enim hæctica quasi naturalis complexio, quæ non agit in subiecto, in quo est. & inde hæctica quasi habitualis, & consueta dicta est, & connaturalis. & proprie dicitur de illa calor naturalis mutatus in igneum, ut patet: de aliis autem febribus nõ; quia est in transmutari subiectum calidum nondum mutatum in igneum, ut patet. & hæc eadem est expressa doctrina Gal. in lib. de mala complexione diuersa cap. 5. ad literam: nam calefacto sanguine putrido gratia exempli dicit Gale. Corpora arteriarum, uenarum, neruorum, ossium, &c. nondum in calefacto esse exilentia: sed sunt in alterari, & calefieri. & si actio perseverauerit tempore longo, peruenient ad terminum, in quo erunt uicta, & resoluta penitus, ut nunc non sint amplius in termino à quo: sed in termino ad quem integram sunt consecuta calefactionem à natura penitus egressam. alterationis uerò terminus dicit ipse est nocumētum magnum operationis membrorum, & resolutio membrorum. & adde tu tertium, quod est, non sentiunt amplius dolorosè alterationem; quia habitibus præsentibus in materia cessat motus, & actio, & sensatio consequenter, ut supra. hæc ille. & Auic. secunda primi cap. 19. & in lib. de Viribus cordis capi. 4. & 6. naturalium capit. de tactu ferè eadem: dicit enim sic, malitia complexionis mansuè nullo modo facit dolorem, neque sentitur; quia sentiri est cum alterari, modo nihil alteratur à seipso. complexio nãq; mala, quæ est in substantia membrorum mansua, corrumpit comple-



zationem principalem: & facta est, ac si ipsa esset principalis, quæ non sentitur: sentiens enim ab ipso, quod sentitur, patitur: non enim patitur nisi à contrario. itaq; hecticam habens non sentit inflammationem sicut ephemerans, aut tertianarius &c. licet hecticæ calor sit maior calore tertianæ, & sicut dictum est de caliditate aucta, & cõtinuata, quæ potest corrumpere complexionem naturalem, ut supra, eodem modo de frigiditate patet in hectica senectutis. eodem modo de siccitate patet in phthisi, pariter de humiditate aucta, & cõtinuata potest corrumpere complexionem naturalem, ut patet in hydrope carnosâ. Vgo uerò de Senis ex recentioribus uir subtilissimus hoc idem expressè sentit de hectica: cum enim inquit ipse, aliqua causa fortiter calefaciens, siue immediatè cor, & membra ipsa, siue mediis spiritibus, uel humoribus inflammatis conuertunt membra in interiorum calorem, quasi de tepido, & temperato ad intemperatum. continuata itaq; actione deuentum erit ad terminum, & erunt membra resoluta, & uicta. quare corrumpitur eorum complexio innata substantialis ex toto remota priori qualitarum, & elementorum proportione auctis elementis calidis, & siccis supra frigida, & hu. & mutatis in qualitatibus. s. in caliditate, & siccitate, & quoquo modo mutata mixtione. quare noua introducitur cõplexio (loco naturalis) quæ est qualitas secunda, attinens tamen magis caliditati, & siccitati, quàm prior cõplexio naturalis abiecta. & hoc erit quod dixit Tru. 3. Techni commẽ. 32. in puncto; quia generatio, & terminus ad quem alterationis acquiritur in instanti: est. n. hectica fm ipsum quasi substantialis productio; quia substantialis complexio acquiritur, sicut substantialis complexio deperditur. neq; hæc mira sunt, & ratione carent: siquidem in disponibus naturalibus substantifica fit cõplexionis mutatio & mixtionis, quis neget Sor. puerum non esse eiusdem, cõplexionis, nec mixtionis cum seipso facto iam sene. imo dixit Cõci. differentia. 22. & Vgo, plus distare Sor. puerum à seipso sene, quàm Sor. puer à Platone puero. Iudicio sunt operationes, & tactus puerorum plurimum differentium à senibus. similiter nonne Gal. & omnes medici tenent transmutationes corporum ex cholericò in melancholicum, & ex cholericò sanguineum fieri &c. continuato ordine, & regimine dato à Gal. 3. technis, & 1. de regimine sanitatis, & res ipsa nonne nobis idem indicat quotidie? corpora uidemus mutari substantificè de una cõplexione, & habitudine in aliam ualde diuersam. ex dictis in hoc c. sequuntur plurima correlaria uera. primùm declaratũ, quid sit hectica: fm, quò fiat hectica. tertium quò fixa est hectica, & æqualis: quartum hecticam ab intrinseco nõ posse curari sine auxilio medicorum continuato; qua illa complexio substantifica inclinatur semper ad caliditatem, & siccitatem, siuapte natura, & hoc tenendo cõplexionem naturalem esse principium reductiuum in natura cõplexionali, de quo infra erit, quò dilucidanda. quintum foetidè, & crasse errant, qui dicunt in prima spẽ hecticæ, & media secundæ nõ esse mutatam cõplexionem naturalem: sed in fine secundæ, & in tota tertiã spẽ: nã, si est hectica; ergo facta, & æqualis & non sentit &c. ut supra: nesciunt. n. tales respondere ad unum argumentum; quia prima, & secunda spẽs curant: ergo à sanitate; quæ sanitas fit à sanitate. 7. Meta. cõ. 23. & Cõci. differentia. 72. hoc non est nisi à cõplexione remanente in prima, & secunda nõ in tertiã; quia est incurabilis, de quo inferius; quia mouebitur quæstio, & diffusè soluemus illam, & quò intelligitur ly. omnium natura operatrix &c. sextum impossibile est hecticam posse sentiri dolorosè. hæc omnia sex patent declarata ex dictis supra. opinio uerò Dini, & aliorum, qui tenent complexionem naturalem innatam esse remissam usq; ad certum terminum medium in quo compatitur secum complexionem præternaturalem in hectica, sicut in tepido sunt caliditas & frig. extrema æquata taliter, & remota contrarietate nõ sequitur actio, nec sensatio, iudicio nostro non potest sustentare. quare hectica est fixa, & non potest reduci ab intrinseco in pristinam dispositionem stante princ. reductiuo, quæ est anima, & compositio naturalis, & inclinatio passiva in propriam naturam, sicuti & ferrum ignitum infrigidetur derelictum suæ naturæ, sicut etiam febres humorales curantur ab intrinseco; quia stat conclusio naturalis, & forma. item male potest saluare, quare hectica nõ sentitur; cum saluetur cõ-

plexio naturalis, qua mediante fit sensatio dispositionis præternaturam sibi contrariam, ut Auer. 3. Colli. item non potest saluare, quò calor præternaturalis, & naturalis nõ contrarietur, & agant sub quocunq; gradu, cum sint contraria incompatibilia, & mutuo se expellunt. patet ex definitione febris, & hoc tenendo illos esse duos calores distinctos contrariorum actiuos. item arguitur rone sic, & quæro, quid est illud, quod in termino motus acquiritur in hectico, quo acquisito statim cessat actio, & sensatio, ut supra. non potest dicere quòd illud sit intensior gradus caloris præternaturalis: tũ quia omne tale habet latitudinem, & non acquiritur in instanti; tũ quia maior gradus magis sentiretur dolorosè in fieri: tũ quia ad augmentum caliditatis, & siccitatis præternaturalis augetur complexio, quæ etiam attinet in homine magis calido, quàm frigido, & consequenter augetur alteratio & sensatio. aliquid aliud igitur de nouo acquiritur, & illud non est nisi noua complexio, qua acquisita cessat actio. item & quinto arguitur sic. procedente febre hectica ad secundam & tertiam speciem cõtinuè calidum, & calor naturalis fit breuior, & breuior dispositione præternaturali augmentata. patet in hectico tertiæ speciei resolutio humido. quare non erunt æquata, imo maior contrarietas cõtinuè, & maior cũ naturali complexione si remanet. ergo maior actio. ergo sensatio, & dolor maior. cuius oppositum patet, item & sexto si ita est, quòd mala complexio æqualis facta supponit in subiecto præexistentem naturalem dispositionem; licet remissam &c. ego quæro abs te in quo differat à mala cõplexione diuersa, cum utraq; ut supra probauimus, est in toto. item septimo arguitur sic. certum est, quòd hecticus potest febrere febre putrida; tunc ego quæro, aut illi duo calores extranei sunt eiusdem speciei, aut diuersarum specierum. si primò; contra accidentia eiusdem speciei solo subiecto distinguuntur, à quo habent esse, & distinctum esse, conueniunt in forma, & subiectum est unum. ergo sunt unum, & idem. ergo si unus sentitur, & reliquus. si diuersarum specierum, ego quæro, quare una est æquata, & non sentitur, & alia non est æquata toti, & sentitur, detur ratio diuersitatis, cum utraque stet cum complexione naturali in subiecto actu. item & octauò arguitur autoritatibus multis Gal. & Auicem. & aliorum, quæ nullo modo saluari possunt, ut supra diximus. quare non solum non possunt saluare dicta doctorum conuenienter, nec apparentes rationes bene soluent. opinio uerò Gentilis in hac materia uidetur satis apprensens, & melius saluat apparentias, & rationes in hac materia; uult enim Gent. nouam complexionem de nouo introduci in hectico, illi tanquàm naturalem æquatam toti fixam æqualem &c. quæ non sentitur, & imaginatur complexionem naturalem præexistentem non ex toto remoueri à subiecto hectico, sed remanere quodammodo medio inter potentiam, & actum. similiter & caliditas, & complexio præternaturalis acquisita ita scilicet quòd introducta præternaturali complexione usque ad certum terminum æquatis extremis (sunt enim duo calores distincti, & contrarii secundum Gent.) resultat quid tertium nouum, & noua complexio: sicut ex rubro, & albo colore resultat uiride in actu, quod non est aliquod illorum, remanente tamen realitate rubri, & realitate albi coloris, & pictores quotidie faciunt hoc: nõ enim potuit aliter Gent. saluare nec imaginari, quo modo corrupta totaliter complexione naturali possit quis uiuere, augeri, nutrirì, digerere, reduci &c. id genus, quæ omnes sunt operationes complexionis, & caloris naturalis omnis etiam sanitas fit à sanitate, ut Auer. 7. Meta. commẽ. 23. & Conci. differentias. 73. ut supra allegatum est. & ex his patet expressè in opinione sua, quomodo hectica est fixa, quoniam non sentitur; quia cessat contrarietas, quia cessat omnis actio in hectico: quia naturalis conclusio est quodammodo in potentia, non in actu. & patet, quò se cõpatiuntur sub una forma, & cõplexione una in actu utraq; in potentia, uel ferè: sicut & elementa contraria ununtur sub una forma, & duo extremi colores contrarii sub uno medio colore in actu ut supra. patet etiam, quomodo licet secundum opinionem propriam cuilibet gradui caloris extranei contrarietur gradus quilibet caloris naturalis, & mutuo se expellant, ut supra de febre: tamè in casu nõ sunt in actu, sed quodammodo in potentia

centia, ut supra. posset tamen Gentilis molestari multipliciter, quia aut talis complexio naturalis remanens est in actu aut in potentia, aut medio modo inter actum, & potentiam sed non primo modo; quia staret contrarietas, & actio cum præter naturali, & consequenter sensatio, & dolor. item hecticus tertie speciei posset reduci ab intrinseco contra determinata. si tu dicis, quod remanet complexio naturalis, non in actu, sed in potentia in hectico; contra ergo sequitur, quod non agit nec digerendo, nec reducendo, nec conseruando &c. patet, quia omne agens est in actu. si tu dicis, quod medio modo contra ens diuiditur in potentiam, & actum, inter quæ non datur medium. nos tamen licet possemus cum opinione Gent. omnia hæc palliare; tamen conformius cum antiquioribus, & sanioribus uisum est nobis hære opinio ni Trus. prius dictæ.

*De speciebus & differentiis Hecticæ.*

Cap. 5.

**P**OSTERIAM determinatum est, quid sit hectica, quæ est febris facta æqualis fixa in membris radicalibus independens sine sensatione dolorosa: uidebimus modo, nunquid sit una, uel plures. & si plures: penes quid distinguantur, & unde sumatur, & cognoscatur earum differentia ad inuicem. dico in primis cum Hip. & Gal. totam humani corporis machinam tribus tantum absolui: spiritibus, humoribus, & membris. & Hip. sub aliis uerbis idem, quod Gale. omne, quod est in nobis, aut continens est, aut contentum: si primum: sic scilicet membra: si secundum. scilicet contentum; hoc est duplex: aut spiritus, aut humores hæc illi. si itaque calor extraneus habeat esse factum in spiritibus tantum; illud est ephemera: si in humoribus; illud est humoralis febris. si uero habet esse factum in membris; illud est hectica. Hectica igitur, cum sit unus, & idem calor extraneus fundatus in membris omnibus non habet species diuersas: tamen sortitur diuersas denominationes penes diuersitatem gradus exiccationis, & resolutionis causatæ ab illo calore extraneo, ut supra, quæ & curam, & prognosticum, & cognitionem medici uariant. quare, ut distinctè loquantur medici, in tres species, seu tres gradus sensibiles hecticam distinxerunt: penes tres humiditates de secundis inflammatas, & resolutas, quæ sunt ros, cambium, & gluten. prima uero humiditas de secundis nomen non habet, ex quo est adhuc ferè humor idest sanguis in poris uenarum nondum imbibita membro, nec appropriata: sed quodammodo in loco communi tam pro generatione spirituum, quam secundarum humiditatum, & ex inflammatione, uel resolutione illius nō sumitur prima hecticæ species. adde, quod inuentus est hecticus quandoque, cuius uenæ, & pori uenarum, & sunt, & apparent plenæ sanguine, & consequenter prima humiditate de secundis. calor etiam hectici, ex quo habet esse factum in membris fortius agit in humiditates appropriatas membris, quam in loco communi existentes, ut patet. nec etiam mihi placet ratio Gulielmi de prima humiditate loquens dicit, quia subtilis est, & in continuo motu. ideò non causat febrem aliquam; quia à fortiori, nec spiritus, qui subtiliores & mobiles magis sunt, qui dicunt, quod prima humiditas de secundis est æquè resolubilis, & inflammabilis sicut ros; quia inflammato, & resoluta uno similiter, & reliquum resoluatur. & ideò ab illis resolutis simul iunctis, sumitur prima hecticæ species, quod etiam mihi non placet. & ratio; quia digestio in iuuatio semper procedit ingrossando. & ideò non sunt æquè resolubilia. neque credendum est illis, qui ex uerbis Auic. credunt elicere: ideò ex inflammatione, uel resolutione primæ humiditatis de secundis non sumitur prima hecticæ species; quia si illa inflammatur; causatur humoralis non hectica, sed sanguinea febris; quia est sanguis, uel parum distans, à sanguinis natura: nam hæc Auic. non dicit. à pari etiam ego arguerè, quod si ros, uel cambium inflammatur, uel putrescat, & inde membra animata calefiant; causabitur utique humoralis febris dependens sensata non hectica, ut patet. neque etiam consequenter credendum est species hecticæ esse distinctas penes distinctionem

**A** inflammationis, & resolutionis trium prædictarum humiditatum de secundis tanquam in illis habeat esse factum calor & siccitas extraneus qui est hectica, & ab illis sic inflammatis calefiant in hectica, & exiccantur membra radicalia animata; quia sic hectica esset sensata, & febris fiens non facta in radicalibus. item esset dependens, non fixa contra prædicta supra. hoc tamen unum hic dixerim uerum cum Guglielmo; quia illæ humiditates secundæ non cessant exui naturam humoris, & acquirere uictuositatem, & temperamentum in complexione, & substantia accedendo ad naturam membri. & licet fiant inflammabiles magis, & resolubiles, sicut oleum: tamen minus, & minus putrescibiles.

Dicendum igitur puto, quod cum unus, & idem calor extraneus cum siccitate sit ille, qui est hectica, & ille est radicatus, & unitus in membris radicalibus animatis, sicuti & ipse calor naturalis uniebatur loco, cuius subit hectica, ut supra; hic inquam calor extraneus cum rore inceperit primo in corde, & reliquis membris consequenter inflammare, & resoluere; quia est humiditas de secundis appropriatis magis resolubilis, & inflammabilis; tunc calor ille cum ipsa siccitate dicitur à medico prima hecticæ species cognita quidem difficilis: sed cura facilior ut infra quæ proprie hectica idest habitualis dicitur à doctoribus, & Gale. Rasis uero dixit illam deficcatiuam: secundò cum cambium inflammatur, & exiccat, quod est tertia humiditas magis unita, & minus resolubilis, quam ros: tunc secunda species hecticæ dicitur à medico magnæ latitudinis, cognita quidem facilior, quam prima: sed curatu difficilior. quam Gal. tabem dixit, & Rasis consumptiuam Auic. uero Aldubuc arabicè.

**B** tertiò occurrit resoluendam gluten, quæ est ferè ipsa humiditas substantifica membrorum unita, & assimilata indurata, ad cuius consumptionem dixit Auic. sequitur separatio membrorum. & tertia hecticæ species dicitur impossibilis curæ, & cognitionis facillimæ, quam marasmus dixit Gal. & Rasis dixit arefactiuam, forosmos dixit Auic. exemplo Auic. accommodatissimo de flamma in lychinio lucernæ, quæ primò oleum in lucerna contentum: secundò oleum in lychinio: tertiò substantialem humiditatem lychinii

**C** comburit, & resoluit. & tandem extinguitur; quia consumpta humiditate non potest ferè amplius flammam. secundum igitur has tres sensatas resolutiones distinguunt medici tres hecticæ species, quæ in esse, & in cognolci plurimè differunt. similiter in cura, & prognostica ut supra. & sic unus, & idem calor in membris fundatus penes tres diuersos effectus, quos causat, tria subit nomina: hectica, tabes, marasmus, ut supra, non quod sint tres species hecticæ in re distinctæ, nec tres calores extranei: sed unus, & idem calor cum diuersis gradibus siccitatis diuersimodè à medico consideratis. & forte subtiliter consideranti siccitas licet non sit de essentia febris, nec consequenter hecticæ, ut est febris, tamè est de essentia hecticæ, ut tabes est, & marasmus, ut supra. sed istæ exiccationes non differunt nisi sicut magis, & minus intensum, & remissum, quæ non uariant species proprie, licet uariant gradus, uariant curam, & prognosticum. & licet ita sit, ut diximus, quod unus, & idem calor extraneus est in hectica, factus, & unitus cum humido animatorum membrorum, qui secundum diuersos gradus inflammationis, & exiccationis, & debilitatis sortitur

**D** tria nomina, ut supra in diuersis temporibus: tamen credendum est æquè primò calorem illum extraneum agere in totum membrum, & in omnes tres, siue quatuor suas humiditates, & illas inflammare, & exiccare, sed non æquè ex parte passi, quia illa, quæ est passibilior, citius & resoluatur, & apparet resoluta: deinde secunda, deinde tertia. & iò primò ros: secundò cambium: tertiò gluten resoluatur. & iò primò erit prima hecticæ species, secundo secunda, tertiò tertia. iste tñ ordo non est essentialis, ut inferius disputabimus neq; credendum æquè pati radicalia dura sicut carniformia facilia ad resoluendum: nam qualis est proportio membri ad membrum in duritie, & resistentia, talis erit humiditatum ad humiditates. neque credendum est omnia radicalia æquè pati, & resolui in hectica: nam cor, & hepar dixit Gale. ex quo sunt fontes humiditatum, & potentiora ad attrahendum nutrimentum minus exiccantur, ut in anatomia hecti

eorum dixit parere. & hanc putamus esse ueram doctrinam & qui ab illa dissentiunt, a ueritate recedunt, & antiquorum dicta si uidentur aliena ab ista sententia debent glosari, & ad hos sensus accommodari, ut patet consideranti recte: nam uidentur Serapio. & Galen. 10. therapeu. & 7. therap. multa dicere, quæ non oportet hic adducere, quia reuera possunt ad prædictum sensum accommodari posse, quæ Auicenna posuit, & nos cum illo. Isaac etiam uisus est ponere quatuor species. sed communior uia est illa, quam nos tenemus, & uerior.

*Difficultatum theoreticarum solutiones.*

*Cap.*

Nunquid prædictæ tres species sint necessariò ordinatæ. Dub. Prima.

**N**UNQUID autem tres prædicti gradus, seu species hecticæ sint ordinati, & necessariò unum supponit alterum, breuiter dico, quòd aut hectica fit incipiendo, aut sequitur ad aliquam ægritudinem. si primo modo; sic dico de necessitate secunda præsupponit primam, & tertia secundam, & primam, & ratio est satis euidens: quia primò est apta inflammari, & exiccari secunda humiditas de secundis quàm tertia, & tertia, quàm quarta, si uerò hectica non fit incipiendo; tunc dico unam conclusionem, quòd istæ tres species non de necessitate sunt sic ordinatæ. quòd probatur in febre incensua, colliquatiua, & longa, in qua prima, & secunda humiditas de secundis sunt resolute, & forte tertia corporibus macilentis tandem figetur, & erit facta hectica. in isto casu erit secunda species hecticæ, & forte tertia non præcedente prima, & ista est satis euidens ratio.

Nunquid hectica possit fieri incipiendo.

Dubitatio Secunda.

**G**ALEN. Auic. Serap. omnes conueniunt in hac conclusione affirmatiua, quòd hectica possit incipere esse hectica nulla alia ægritudine præcedente: in oppositum tamen est ratio satis euidens: nam Galen, Auic. Truf. Vgo Senensis, & nos supra uolentes dare modum, quomodo hectica generetur, dicunt hoc prouenire ex actione caliditatis, & siccitatis continuata, quæ tandem deuenit ad tantum idest hecticam, quæ est fixa facta & cætera ita, quòd prius caliditas est in fieri, quàm sit facta in membris. ergo prius erit diuersa, quàm æqualis. ergo de necessitate alia præcedit ægritudo. & cõfirmatur, illa, quæ sunt subtilioris substantiæ, cæteris paribus sunt magis inflammabiles: sed spiritus, & humores in nobis sunt subtiliores substantiæ, quàm membra. ergo prius inflammabuntur. uolendo sustentare Galen. & alios, oportet dicere, quòd licet ita sit, ut plurimum, ut rationes probant: tamen possibilitas est res ampla: stat enim quòd caliditas præcedens hecticam non sit ægritudo sensibiliter lædens, & in pauco tempore figetur in membris, & fiet æqualis in corpore disposito. ad confirmationem. respondetur, quòd, ubi cætera non sunt paria; non concludit. ratio stat multum bene, quòd membra sint arida, & humores sint, & spiritus magis resistentes, ut cholericus exercitatus in æstate cibato fructibus, & herbis membra erunt magis apta inflammari, quàm humores, uel spiritus. item & est secunda responsio, ex parte agentis stat oppositum, ut in fulgore, quæ est causa fortis, & subtilis corrumpit ferrum, & ensem intacta uagina; quia resistit ferrum eodem modo in casu, quòd causa sit potens ualde. dixit Auic. figetur in membris non in humoribus, nec spiritibus: item & est secunda responsio, ad idem argumentum quandoque currit proprietas huius agentis ad hoc passum: nam quodlibet agit in quodlibet, sed determinatum. inter difficultates contra prædicta, & prima, & principalis, & iudicio meo difficilior.

**E** Nunquid in hectica de nouo fit, mutatur calor, & complexio naturalis ex toto corrupta priori complexione. Dub. Tertia.

**E**T primò arguitur, quòd non primò sic. hecticus cuiuscunque speciei uiuit. ergo nutritur: quia. 2. de anima. cessatio ab opere nutritiua est mors; ergo digerit. ergo à calido naturali. patet ex Aristote. 4. Meteo. omnis digestio fit à calido naturali. confirmatur. corpus hecticum uiuit, ergo eius anima est in calido naturali, & permanet in ipso ex Aristot. lib. de morte, & uita diffiniente, quid fit uita. secundò arguitur sic. complexio naturalis, & præter naturam sunt contraria: ergo cum illis non potest stare una forma, nec uita consequenter. consequentia nota; quia alia, & alia complexio facit pro alia, & alia forma. non enim quodlibet fit ex quolibet: sed determinatum ex determinato. & Auic. dixit. Si medicina temperata, ut buglossa esset temperata temperamento humano; utique buglossa esset de substantia humana. ergo à contrario sensu, si medicina est temperata temperamento contrario temperamento hominis, utique homini erit contraria: nam dispositiones contrariæ præparant ad formas contrarias. & Auer. dixit 8. Physi. commen. 46. & 2. de anima, & 2. Phy. com. 29. uarietas materierum propinquarum. s. arguit uarietatem in formas. assumptum probatur: nam complexio naturalis, & præter naturam mutuo se expellunt in eodem subiecto. ergo sunt contrariæ. patet ex definitione contrariorum Arist. in post prædicamentis. item sunt termini motuum contrariorum: ergo sunt contrariæ. patet; quia cõtrarietas motuum est ex terminis. 5. Physi. & 1. Coeli; motus enim ad naturalem complexionem contrariatur motui ad complexionem præternaturalem, ut patet. confirmatur: nam diuersitas operationis arguit diuersitatem in formis Arist. 10. Meta. & 1. Physi. operatio fecit cognoscere formam, sicut transmutatio materiam. sed operatio caloris præter naturam contrariatur operationi naturalis: patet: nam unus perficit operationes naturæ, alius impedit, & mutuo se expellunt, ut supra. ergo & ipsæ formæ erunt contrariæ, ergo si una conseruat formam; alia destruit. ergo cum illis non stabit una forma. tertio principaliter arguitur sic. si in hectico facta est mutatio cõplexionis naturalis; quia caliditas, & siccitas adeo est augmentata, & consequenter facta est mutatio pro communis in qualitatibus primis, & complexione actuali, & elementa frigida, & humida in calida, & sicca fit mutata, & disproportionata taliter, quia facta est mutatio mixtionis consequenter, & mutatio complexionis potentialis. dicit Vgo. nam aliter non esset fixa. & Gentilis deridet illos, qui aliter dicunt, quàm quod in hectica plus est mutata innata cõplexio. in humoralis uerò, & mala complexione diuersa mutata est magis influens complexio, sed facta mutatione mixtionis & complexionis de necessitate sequitur mutatio formæ. ergo & c. & confirmatur. perfectio operationum naturalium insequitur temperamentum naturale, sed in sene de crepito propinquo morti operationes sunt imperfectiores quàm in hectico primæ, uel secundæ speciei: sed illæ in decrepito ipso sunt à natura. ergo à fortiori istæ, quæ sunt in hectico erunt à temperamento naturali. ergo non à præter naturali, cuius est impedire operationes, & corrumpere. ergo non est facta mutatio totalis in hectico de naturali in præternaturalem. quartò arguit sic. hecticus saltim primæ, uel secundæ speciei est curabilis (siue ab intrinseco, siue ab extrinseco non curo pro nunc) ergo non est corrupta cõplexio naturalis principaliter. 3. tech. Gal. cõ. 29. oium natura opatrix, medicus uerò minister. ex intentione Hip. & Aui. sola curans est uirtus, & Auer. 7. Meta. cõ. 23. omnis sanitas fit à sanitate. & Concil. differ. 72. idem sentit. confirmatur. si in hectico complexio naturalis est corrupta, & de nouo genita alia inclinans in caliditatem, & sic. intensam; à quo ergo curabitur hecticus primæ, uel secundæ spæi, à quo medicinæ actuabuntur, ut fiat remissio caliditatis, & sic. cum ois actuatio totalis caloris præternaturalis inclinabit ad calidum & sic. non ad humiditatem. & frigid. qua indiget hecticus. patet; quia nihil agit ad sui interemptionem. quinto arguitur ad hominè. Tru. uult oè tale, ut nunc est tale simpliciter. nam

nam tale ut nunc cohit cum omni corpore. Techni, hecti-  
cus primæ speciei factus est sano simpliciter erit ægrum ut  
nunc & sanum simpliciter secundum Truf. licet per diuersas  
dispositiones, quarum una est in actu, & altera in potentia:  
remanet enim sanatiuitas, quæ coextendit cū tota uita, &  
ipsa est complexio habitualis quod est principium redu-  
ctiuum ad tale simpliciter, ut ipse commen. 15. 1. Techni. er-  
go non est corrupta tota complexio naturalis in hectico se-  
cundum ipsum, & ex isto argumento sequitur etiam con-  
trā ipsum, quod hecticus tertix speciei esset curabilis. & cō-  
firmatur secundum Truf. non datur uera transmutatio cor-  
porum. patet. 1. Techni. commen. 15. & 3. Techni. commē.  
22. in dispositione naturali. sunt tanquā figmenta, & ima-  
gines uerorum corporum naturæ. sed contrā potest in di-  
spositione præternaturali corrumpi complexio, & noua re-  
generari substantificè: ergo à fortiori in dispositione natu-  
rali dabitur transmutatio substantifica, uel detur ratio diuer-  
sitas. & confirmatur; quia si daretur transmutatio comple-  
xionis in hectico; sequeretur, quod esset aliquod corpus sa-  
num, quod non esset profectum naturæ, neq; artis. & proba-  
tur. accipio corp<sup>o</sup> simpliciter sanū, quod fiat hecticu primæ  
uel secundæ speciei, & sanetur, & redeat ad pristinam sani-  
tatem: hoc tale non erit opus naturæ. probatur; quia natura  
in ipso fuit corrupta parte: non enim reducitur à princ. in-  
trinseco iam corrupto, non artis patet; quia talia simplici-  
ter non sunt ab arte: est enim ad illa non de illis ut Truf. 3.  
Techni. commen. 22. & 1. Techni. commen. 15. item sequi-  
tur, quod potest perfectius humidum substantificè regene-  
rari, quā prius erat, & cōsequēter uita perpetuari. & pro-  
batur: quia in hectico primæ, uel secundæ speciei facta est  
transmutatio, & deterioratio substantificè parte, uolo, quod  
sanetur, & reducat in pristinam sanitatem, utiq; oportet  
transmutari, & meliorari substantificè. sed hoc non nisi me-  
liori humido substantifico regenerato. ergo &c. sextò argui-  
tur sic. corpus cholericum, quod labatur, & fiat hecticu primæ,  
uel secundæ speciei: deinde sanetur, & reducat ad pro-  
prium complexionem. i. illi æquivalentem calidam scilicet  
& siccam, quod est unus effectus per se. ergo debet habere  
causam per se. & cum non potest curari ab intrinseco; ergo  
ab extrinseco: sed quæ curant hecticum, sunt frigida, & hu-  
mida. ergo frigiditas, & humiditas per se perducent calidi-  
tatem, & siccitatem. consequens est inconueniens: ergo il-  
lud, ex quo sequitur, & confirmatur. maior est caliditas in  
causante, quā in hectico. patet ad sensum tactus: est  
enim tactus regula in tangibilibus: sed in causante nō  
est mutata complexio, nec mixtio. patet; quia potest curari  
ab intrinseco, quia est mala complexio diuersa: ergo nec in  
hectico erit mutata cōplexio, nec mixtio. penultimò argui-  
tur. medicus intendens propriè curare hecticam primæ, se-  
cundæ, uel tertix speciei cum contrariis scilicet frigidis, &  
humidis ut infrā, aut intendit corrumpere calorem extra-  
neum hectici, qui de nouo factus est, aut augmētare ipsum  
non corrumpere; quia sua natura ad diminutionem, & cor-  
ruptionē humidi remittitur calor, ut infrā: & hoc esset ex-  
tinguere, & properare mortem, non etiam augere calorē;  
quia oportet approximare calida non frigida. præterea il-  
lud esset augere calorē præternaturalem. quare &c. & hoc  
argumentum est satis euidens. ultimò arguitur sic secundū  
uiam Hip. & Gal. quam isti sequuntur. calor innatus, & cō-  
plexio est substantia, & forma substantialis corpora, & natu-  
ra, per quam Socrates habet esse: ergo illa non poterit mu-  
tari, & corrumpi cum cōseruatione suppositi; quia à forma  
est actus, & esse unū esse. ergo ab alia, & alia forma erit ali-  
ud, & aliud esse. q̄ autem in uia Hip. & Gal. complexio in-  
nata, & calor innatus sit substantia, patet. prima apho. com.  
14. & 15. & 2. interi. ca. 9. & lib. de uirtutibus animalib<sup>9</sup> ca.  
6. & in lib. de motibus liquidis. ca. 3. & mille in locis: uide-  
bant enim isti tanquā medici, & artifices sensiu omnes  
operationes nostras fieri, & perfici à complexione tanquā  
à natura, quod est principium effectiuum motus, & quietis  
in nobis. quare non posuerunt aliam formam substantialem  
præter complexionem: imo dixerunt etiam mentem ipsam  
& intellectum esse formam corpoream: quia uino & corpo-  
reis laeditur cū Homero, & Empedocle in hoc, ut. 2. de ani-

A ma tex. com. 159. dixit Ari. Auer. etiam, 3. de Anima cō. 6.  
& Gregorius Nazanzen. idem sentit de Gal. & Conci. diffe-  
rētia. 17. idem de Hip. & Gal. quia in omnibus illum sequi-  
tur Gal. ex quo enim omnes operationes nostræ fiunt, & ua-  
riantur ad uariationē complexionum, non oportet ponere  
aliā formam; quia, si datus, illa erit pedissequa cōplexionis;  
nec uidit Gal. rationem aliquam cogentem dari aliam for-  
mā insensibilem substantialem præter complexionē. in oppo-  
situm est sententia Gal. Aui. Auer. Gen. Conci. Truf. Vgo-  
nis, & mihi uidetur, q̄ impossibile sit consideranti, & uolenti  
aliter intelligere posse dare bonum intellectū uerbis Gal.  
in li. de mala complexione diuersa. ca. 5. & Aui. secunda pri-  
mi cap. de causa doloris, & in lib. de Viribus cordis. & 6. na-  
turalium ca. de tactu expressimè & Auer. 3. col. & rationes  
sunt expressæ pro hac uia satis potentes: nam sicut in trans-  
mutatione corporum cursu ætatiuo fit mutatio in substantia  
non solum in qualitate, & similiter in reductione corporū,  
& transmutatione beneficio medici: & hoc in dispositione  
naturali; pari modo in dispositione præternaturali, puta in  
mala cōpositione facta æquali, ut hectica senectutis, uel he-  
ctica febris, corpora substantificè sunt mutata, cuius signū  
manifestum; quia nō possunt remoueri, nec curari ab intrin-  
seco, & non nisi magno, & perseverante adiutorio medici  
in prima, uel secunda specie: in tertia uerò nullomodo. in ma-  
la complexione uerò diuersa, ex quo est tanquā uoluntas  
non est facta mutatio substantificè, sed qualitatiua tantum.  
& ideo possunt de facili redire, & curantur ab intrinseco  
sicut ferrum ignitum relictum suæ naturæ infrigidatur: quia  
non est mutatum substantificè, sed qualitate tantum. item ar-  
guitur sic. hectica est mala complexio æqualis facta indepē-  
dens &c. ego quæro, aut est facta mutatio in substantia, aut  
facta in qualitate tantum. si primum; habeo intentum, q̄ mu-  
tata est complexio substantificè. si in qualitate tantum, quia  
complexio actualis tantum est mutata remanente substanti-  
fica complexione naturali; contrā ergo remanet contrarie-  
tas inter naturalem, & præternaturalem introductam, ergo  
sensatio, ergo non est facta; quia cū contrarietate stat actio  
& motus: sentit. n. dicit Auer. qualitas præternaturalis per  
cōplexionē naturalem præexistentē, & sic erit diuersa, & nō  
diuersa, quod est implicatio in obiecto. itē oēs conueniunt  
in hoc, q̄ in mala complexione diuersa sit facta mutatio in  
cōplexione actuali influēte in mala complexione æquali. di-  
cit Gēt. est facta maior mutatio in complexione innata, pa-  
tet ex snia Gal. & oium: quia est facta in hectica mutatio in  
radicalibus mēbris substantificè, in quibus propriè fundat  
innata cōplexio. quare deridendos putat Gēt. qui aliter sen-  
tiunt. rōnabile nanq; est, & rōni consonum, q̄ sicut in febre  
humorali, & mala cōplexione diuersa facta est mutatio in  
cōplexione actuali, & influēte pp calorem extraneum in corde  
& in toto uolūtās hñe esse factum in humoribus, in hectica  
uerò ex quo hñt esse factum calor extraneus in mēbris radi-  
calibus, q̄ sit facta mutatio in cōplexione innata radicali. et  
ideo Vgo Senēsis in. q. extrauagante de mala cōplexione di-  
uersa tenet ipse, q̄ in hectica sit facta pfecta mutatio in cō-  
plexione substantifica tā potenciali, q̄ est qualitas resultans ex  
primis in toto, quā actuali cōplexione, q̄ est aggregatum ex  
primis quatuor euentorū qualitatis. & dicit. hectica, q̄ est  
febris nō eē cōplexionē illā potētiāle mutata, quæ est quali-  
tas secunda, sed e caliditas, & siccitas. facta intērior, quæ e quali-  
tas prima ignea fixa tamē, & facta indepēdes in toto, & radi-  
cata; quæ suā cōplexio, quæ e qualitas secunda substantifica, fouet,  
& inclinatur, & colligat cū illa, quæ e hectica, quæ e cōplexio a-  
ctualis. & ista uia Vgonis licet subtilis, & valde cōformis di-  
ctis antiquorū doctorū, tamē maiore hñt difficultatē saluan-  
di dubitationes factas, quā Truf. qui reliquit sanatiuitatē  
à natura in subiecto. iste uerò nullā naturalem dispōnem reli-  
quit cōgenitā. nos tamē p nūc conabimur substētare partē  
affirmatiuā; ex eo q̄ sapientiores vñr illā sequi. & q̄ Truf.  
tenet hanc uiam, & est author nostris tēporib. ualde cele-  
bris, & inter recētiore habitus e, & doctior, & difficilior:  
ideo nos conabimur fundare positionē suam per sua princi-  
pia, & respondere ad argumenta omnia supra facta, quæ ma-  
gnam habent difficultatem, supposito ergo primo in uia  
Truf. tria esse in nobis principia à natura, à quib. corpus de-

nominaur tale. primum est complexio, à qua corpus humanum dicitur calidum, & humidum, uel &c. secundum est coequalitas in complexione, uel compositione: & hæc proprie est sanitas de prima specie qualitatis. inquit ipse. licet forte rectius cum Ari. in prædicamento resolutionis sit reponenda, de quo aliàs, & secundum istam sit diuisio sanorum corporum, & simpliciter tale, & ut nunc tale, similiter & de neutro, & ægro simpliciter ut dicatur illud corpus sanum simpliciter, quod habeat illam coequalitatem uerè, & perfectè talem congenitam uerè in medio. quare difficulter trahitur ad alterum extremorum corpus sanum simpliciter. tertium est sanatiuitas de secunda specie qualitatis, secundum quam sit diuisio simpliciter talis in sanum semper, & sanum ut multum. similiter ægrotatiuitas in ægro simpliciter, & neutriuitas in neutro similiter, secundum quam diuiditur in neutrum semper, & neutrum ut multum semper tale; quia aptum natum est esse semper tale puta sanum semper, & sanum ut multum: quia aptum natum est esse sanum in pluri tempore suæ uitæ, licet utrunque possit sæpe ægrotare: aliud. n. est potentia, inquit ipse, aliud aptitudo; quia potentia est æqualis ad duo contraria, aptitudo magis respicit unum contrariorum, quàm aliud. hæc inquam tria principia, à quibus fiunt hæc tres denominationes, ita se habent, quòd distinguuntur realiter. patet; quia uno corrupto aliud remanet: potest. n. corrumpi coequalitas in complexione, quæ est sanitas fundata in complexione simplicium: complexione non corrupta. patet in Sorte ægrotante mala complexione diuersa puta febre putrida. Sortes cholericus tertianarius non propter eam sit phlegmaticus, nec sanguineus, nec alterius complexionis: imo curatur, & remanet Sor. cholericus, & sua complexio substantifica innata. cuius signum est, quia sentit dolorosè complexionem aduentitiã diuersam. non sic in hectico; quia corrumpitur complexio substantifica. sanatiuitas uerò coextenditur cum tota uita, & remanet in omni ægritudine quantumcunque sua corrupta complexione, & coequalitate incomplexione, quæ est sanitas. patet in hectico febriente, & in hectica senectutis, & fundatur iudicio meo ista naturalis potentia, quæ dicitur sanatiuitas in toto corpore sano, similiter à natura: licet principaliter in principiis uitæ, sicut in corde proprie, hepate, & cerebro. & hoc est illud, quod uoluit Truf. 1. Techni com. 15. cum dixit sanatiuitas est in sanitate simpliciter. i. in corpore sano simpliciter sicut propria passio in subiecto: licet per sanitatem priorem &c. inhæreat. & hoc idem uoluit dicere Conci. differentia. 7. 2. in corde remanere semper habitualem quandam sanitatem, & potentialem, qua mediante fit reductio ad sanitatem. nam sanitas fit à sanitate. 7. Meth. & Auer. ibi commen. 23. est enim ibi sanatiuitas sopita, quæ uigore coelestium, & medicorum beneficio potest deduci in actum, sicut uita in semine, quæ calore folis, uel matricis deducitur in actum, ut patet de plantis, & animalibus &c. nisi aliud obstiterit: puta nimia uirtutum debilitas, & ultimata exiccatio, sicut in hectico tertie speciei. & idè subtiliter, & rationabiliter Truf. 3. Techni commento. 22. negat reductionem corporum ueram: non enim corpus ægrum simpliciter, uel neutrum simpliciter potest fieri simpliciter sanum, sicut nec è conuerso sanum simpliciter potest fieri ægrum simpliciter: nam non sunt corpora reducta uerè talia, sed sicut imagines talium, quia sanabilitas, uel neutrabilitas, uel ægrotatiuitas (licet fingere nomina) quæ sunt contracta principiis generationis, & uitæ principis non possunt mutari, sed remanent semper cum tota uita, puta Sor. cholericus si beneficio medici fiat temperatus; ille non erit uerè temperatus. i. sanus simpliciter, licet appareat; quia ægrotatiuitas Sor. cholericus durat cum tota uita sua. & istæ diuisiones sunt dispositionis naturalis in tale simpliciter, & ut nunc, non artis: quia ars est ad illa non de illis, ut bene Truf. 3. Techni cõ 22. notandum. 2. in uia Truf. 1. Techni com. 15. tam complexio, quàm coequalitas in compositione, quæ est sanitas, & sanatiuitas, tria prædicta habent latitudinem amplam. & in primis de complexione patet; quòd magna est latitudo in homine, cum qua stat sanitas, & uita: nam quis dubitat Aethiopem à Scita plurimum complexione differre. patet ex figura, colore, moribus &c. &

**E** Aui. & Gal. hæc eadem affirmant. similiter in eodem individuo Sor. puer à seipso sene in complexione ætatiua plurimum differre quis dubitat? & tamen eadem complexione puta cholericæ absolutè dicitur Sor. puer, & ipse senex intensior tamen in iuene, quàm in sene. similiter sicut & complexio est ampla pariformiter coequalitas in complexione, quæ est sanitas ut supra est ampla: patet inspicienti latitudines sanitatis positas à Tru. de intentione Gal. 1. & 2. Techni & re ipsa: sanum. n. simpliciter dixit Tru. 2. Techni com. 10. antequam fiat ægrum, transit per omnes gradus procales neutro, & ægro similiter. & idè difficulter ægrotat, sicut & difficulter releuatur. sanatiuitas uerò, ut diximus, habet latitudinem; quia coextenditur cum tota uita, & rationabiliter intensior est aptitudo ad standum sanum in puero & iuene, quàm in sene decrepito, & magis resistit causis ægrotare facientibus iuuenis, quàm senex, ut patet. notandum tertio secundum Tru. hecticam non habere quatuor tempora, sicut aliæ ægritudines; quia est introducta in instanti, ex quo est dispositio facta: quod. n. factum est, non fit. si non fit: non est in motu. si non habet motum; non habet tempus. patet etiam hoc habere ueritatem ex modo generationis hecticæ ut supra: est. n. tanquàm terminus motus alterationis. scilicet calefactionis continuatæ, quæ terminatur ad factam dispositionem. scilicet hecticam, quæ non amplius fit. patet tertio hoc ex termino acquisito: est. n. hectica acquisita quasi substantialis forma, quia complexio substantifica noua in radicalibus. notandum quarto in uia Tru. 2. Techni com. 9. latitudinem ægritudinis ut nunc plus distare ab optimè sano, & maiorem malitiam, & imperfectionem includere, quàm latitudo ægritudinis. similiter ceteris paribus intellecta proponere: nam, si cetera non sunt paria; non modo ægritudo simpliciter, imò sanitas simpliciter semper erit deterior dispositio qualibet ægritudine ut nunc patet, ubi sanum semper morti naturali in ultimo senio sic propinquus morti, & sanitas semper terminetur ad non gradum operationum perfectionis uersus mortem: tunc in isto casu erit deterius dispositus quolibet ægro ut nunc; quia quocunque dato ægro ut nunc uiuit, & aliquâto gradu perficit operationes. idè dispositio intelligitur comparando iuuenem iuueni, & senem seni &c. & hæc notata sufficiant, si unum addidero, quòd calor præternaturalis, & naturalis non differunt in hoc, quòd unum ut naturalis est instrumentum naturæ accommodatum: aliud uerò ut præternaturalis impedit operationes: sed quia non est ita accommodatum formæ pro operationibus producendis, licet utrunque sit uel possit esse instrumentum: non negamus tamen aliquem esse laxum præternaturalem, ut uenenositas, quæ solū impedit omnes operationes. nullo modo instrumentum aliquarum operationum. notandum ultimò ex intentione Truf. 3. Techni com. 29. & Aui. in sua sufficietia li. 1. cap. 6. quòd sicut in simplicibus natura est simplex. si sua forma elementi, quæ ut forma est, dat esse tale specificum, ut natura dat operari, & est principium reductiuum in suam naturalitatem, si remouetur ab ipsa: ita in compositis naturalibus natura est composita, puta humanitas in homine non est forma hominis tantum: sed forma sub complexione, & temperamento potenciali naturali consequente mixtionem: & hoc totum compositum puta humanitas, ut forma dat esse specificum, ut natura dat operari, & est principium reductiuum in dispositionem naturalem, si remouetur ab ipsa homo. his uisis ponuntur conclusiones resoluentes totam materiam de hectica. prima conclusio. in hectica primæ secundæ, & tertie speciei est facta mutatio in complexione substantifica innata, & in coequalitate complexionis: licet non in sanatiuitate. prima pars conclusionis patet ex argumentis, & oppositum. & ex autoritatibus alleg. & toties repetitis, & habet ueritatem tam de prima, quàm secunda, quàm tertia hectica specie; quia omnis talis est facta, & est æqualis. patet; quia non sentitur. & si dicatur prima potest curari; respondetur concedendo, sed hoc nõ arguit in prima specie nõ esse corruptam complexionem: sed quia est in principio non tantum distat, nec tanta facta est uirtutis, & humidi resolutio. & idè in illa non moritur æger. cuius oppositum contingit in hectico tertie speciei. secunda pars patet quia hecticus est æger, ergo muta

ata est sanitas, quæ est æqualitas ut supra. item uariato fundamento uariatur, quæ in illo fundantur. quare uariata complexione uariatur cœqualitas in complexione. tertia pars conclusionis etiam est clara; quia sanatiuitas, ut diximus coextenditur cum tota uita, & remanet omni ægritudine quantuncunque sæua, & demum durat cum uita; quia donec est homo, stat humanitas, & hoc est, quod Truf. dixit omnem tale, ut nunc est tale similiter: licet per diuersas dispositiones, quarum altera est in potentia, altera in actu, secunda conclusio licet ita sit, ut tenet prima conclusio, quod ad primam partem conclusionis, tamen non ex toto remota est in hectico complexio taliter, quod sit extra latitudinem primi modi positi ab Auic. prima primi cap. de complexione patet; quia hecticus est homo, & uiuit: ergo sua complexione, & calore uiuit, & operatur; quia digerit, augetur, &c. qui supplet locum naturalis caloris, & complexione quoquo modo directi ab anima, quod est natura, & primus artifex, & principium primum omnis motus, & quietis in nobis, ut Truf. 3. Tech. com. 29. de interioribus Aui. primo sufficientie. c. 6. Arif. 2. de Anima. tertia conclusio licet ita sit, ut tenet secunda pars primæ conclusionis, quod proportio æqualitas, & temperamentum in hectico sit mutatus; quia erat sanitas in illo sano: non tamen adeo mutatum est calor, & temperamentum ex toto contrarius, sicut in caduere, uel corrupto, cum quo non possit stare uita. patet; quia licet hecticus non sit sanus: tamen uiuit. stat igitur in hectico tanta cœqualitas, & temperamentum, quod potest uiuere, & non repugnat formæ hominis ex toto; quia potest exercere operationes uitales, ut supra, licet sit ualde uariata cœqualitas, sicut & complexio intra tamen latitudinem humanam, & ex dictis omnibus secundum uiam Truf. putamus conuenienter posse satisfacere ad omnes argumentationes factas ante oppositum, & primo ad primam, cum dicitur, hecticus uiuit, & nutritur; concedatur ergo à calore naturali, negatur: sufficit calor, & complexio præternaturalis, quæ est facta loco naturalis, cum adhuc non sit tantum uariata in malignitate, & gradu, quin cum illa possit stare forma humana, & exercere quoquo modo operationes uitales. ad confirmationem similiter respondetur, quod forma hectici est, & permanet in calido præternaturali quod supplet uicem naturalis, natura ille non est adeo malignatus, quin possit uiuere cum illo, & exercere operationes uitales ut supra; licet imperfectas. ad secundum argumentum concedatur assumptum, quod sunt contraria tanta contrarietate, quanta sufficit ad motum puta sicut intensum, & remissum in eadem specie, & uere quantum ad suas rationes formales sunt contraria; licet in re sint eiusdem speciei, & cum dicitur, ergo cum illis non potest stare una forma, negatur consequentia, & cum dicitur probatur; quia alia, & alia complexio facit pro alia, & alia forma ista probatio est dubia, & est declaranda per distinctionem de ly aliud: nam si dicit alietatem, & differentiam numeralem, uel specificam sic est falsa tenendo, quod complexio cholericæ, & melancholicæ differunt specie; cum illis potest stare una forma, si dicit alietatem specificam, uel genericam differentiam ad hunc sensum, quod complexio alia. i. unius speciei, uel generis mixtorum, & alia. i. alterius speciei, uel generis mixtorum, quæ se inuicem excludunt cum suis latitudinibus: sic propositio est uera: donauit. n. Deus complexionem unicuique, secundum quod meretur, licet homini perfectio rem, & ut sic concedatur; sed nihil probat contra nos; quia illæ complexiones prima. i. abiecta in hectico, & secunda in introducta de nouo ambæ sunt intra latitudinem complexionis humanæ, ut diximus in secundo notabili. & eodem modo intelligitur propositio Auer. diuersitas & uarietas materierum facit, uel arguit diuersitatem in formis ad bonum intellectum ut supra est uera, alio modo est falsa. ad confirmationem diuersitas operationum &c. ista propositio est dubia, & indiget distinctione. nam licet quælibet forma specifica habeat proprias operationes per se, & primas, quibus sit distinctio ab aliis formis specificè distinctis potius, quàm ex figura, uel quantitate &c. tamen stat, quod ab eadem causa diuersimodè disposita dixit Auer. 2. phy. com. 30. per accidens ab eadem forma uarias, & contrarias produci ope-

**A** rationes, & effectus. patet idem calor in specie, secundum sic tenentes solis, & hominis generat, ignis corrumpit, item calor solis liquefacit ceram, & indurat rophum terræ; & tunc ad argumentum caloris naturalis est perfectas producere operationes, præternaturalis uero imperfectas producere, quæ non differunt specie, ad tertium argumentum principale, in hectica est facta mutatio per te complexionis, & mixtionis. concedatur ergo forma, negatur consequentia; quia non ad omnem complexionis, uel mixtionis mutationem sequitur mutatio formæ; quia complexio, & mixtio habent latitudinem amplam, ut supra cum aqua potest stare forma humana: similiter & in aliis speciebus mixtorum, patet de Sor. fene, & puero ut Conci. differentia. 22. pro quo nota propositionem unam naturalem, & ueram, quod elementa in mixto maiorem alterationem sustinent sine corruptione, quàm cum extra mixtum ad inuicem simplicia agunt: forma namque misti ad sui conseruationem elementa conseruat, ad confirmationem patet, quod argumentum non ualet; quia nos tenemus, quod à temperamento naturali proueniunt operationes perfectiores, quàm à distemperamento præter naturam cæteris paribus, ut in quarto notabili, sed in casu non est sic; quia comparatur senex iuueni, quare cætera non sunt paria, ad quartum argumentum conceditur ista propositio de quolibet hectico, quod est curabilis, & cum dicitur: ergo non est corrupta complexio; negatur consequentia: sed sufficit, quod remaneat sanatiuitas, uel neutriuitas &c. quæ sunt potentia, & aptitudines naturales connotatæ, per quam potest fieri reductio ad suam pristinam dispositionem quæcunque. similiter fuerit ista talis, & aqua habet, quod dicatur tale simpliciter semper, uel ut multum ut supra in primo notabili diximus de intentione Truf. quamuis sit hecticus, & ægrum, ut nunc; quia omne tale ut nunc est tale simpliciter: licet per diuersas dispositiones, quarum una est in actu, alia in potentia, & si dicatur ista potentia, à quo reducetur in actum; dico, quod ab ipsa forma, & ab influxu cœlesti, & ab auxiliis medicorum, & si dicatur ergo hecticus tertiæ speciei; quia habet sanatiuitatem illam, est curabilis: concedatur, sed nunquam curabitur, sicut Sortes abscisis labiis est risibilis: licet non possit ridere. & ratio est; quia in hectico est facta nimia caloris naturalis resolutio, & debilitas, & humidum pabulum est exiccatum. unde non potest sustentare calorem istum. ideò marasmo perit. dixit Gal. Arif. uel dixit Marcorem, & cum dicitur sola uirtus est curans, & operatrix, i. forma, uel formæ naturalis potentia, & cum dicitur, sanitas sit à sanitate, concedatur. i. ab illa sanitate remanente simul cum anima dirigente &c. uel secundum Conci. ab illa potentia, quæ principaliter remanet in corde, ut supra, uel à sanitate in mente medici. ad confirmationem de actuacione medicinarum diximus alibi, quod medicinarum secundos actus recipiunt in corpore nostro, ad quos sunt in potentia. primus est actus diuisionis ad minima, ut possint transire per omnes uenas, & arterias, secundus actus est posse calefacere, uel infrigidare, uel humectare &c. actu corpus nostrum iuxta potentiam, & uirtutem suæ complexionis potentialis, quæ reducitur ad actum à calore nostri corporis, cuius signum; quia in mortuo medicinarum non actuatur; non. n. medicina calida calefacit calore à recepto corpore nostro ut multi putant; quia euphorbium calefacit in quarto corpus nostrum, & est uenenum ratione caliditatis in quarto caliditatem uenensam. i. intensam, ut quatuor, non recipit à corpore nostro: sed calefacit in quarto, quia sua natura, & complexione aptum natum est calefacere in quarto, cum actuatur, ad propositum redeundo in hectico materia actuatur; & si sunt humidæ natura humectabunt, si frigidæ natura, & complexione propria actuatur à calore hectici, qualiscunque sit modo, uiuat, infrigidabunt hecticum; quia sunt frigidæ naturæ, & complexionis, & uirtutis. ad quintum argumentum cum dicitur omnem tale, ut nunc est tale simpliciter concedatur totum, & cum dicitur illa sanatiuitas est complexio habitualis, &c. negatur: nam sanatiuitas non est complexio in rei ueritate, sed est naturalis quædam potentia, uel aptitudo: de secunda specie qualitas, ut supra à natura, & principijs indiuidui contracta, & remanens cum forma in principijs

cipulis materialibus, ut supra, & potissimè in cordè. & ad ultimam consequentiam, cum dicitur, ergo hecticus tertie speciei est curabilis concedatur, ergo potest curari actus; negatur hoc, sicut nec Sortes abscissis labiis potest ridere, licet sit risibilis, similiter in casu propter debilitatè uirtutis, & ultimam humidam substantifici resolutionem impeditur actus curandi; licet sit curabilis ab illa aptitudine; id est, sanatiuitate.

Ad confirmationem non datur uera corporum transmutatio secundum substantiam secundum Truf. negatur hoc, imò Truf. concedit illam cum Gal. 3. Tech. commen. 22. sed bene uerum est, quòd si corpus puta cholericum reducatur ad temperamentum, & fiat sanum simpliciter, quia perfectam acquirat sanitatem, quòd illud nò est corpus naturæ, & per consequens non est uerè sanum simpliciter de quo loquitur Gal. 1. & 2. Techni. sed simile illi, & imago illius non uerè illud, quia hoc est corpus artis, ars est ad illa non de illis non negat igitur illa esse æquè perfecta substantificè, sed quia unum est artis, aliud est corpus naturæ simile, non idè sicut aurum perfectum alchimicum similitur auro naturali.

Ad secundam confirmationem factus hecticus primæ, uel secundæ speciei ex sano simpliciter reducatur ad sanitatem pristinam concedatur: aut est corpus naturæ, uel artis, dico, quòd est corpus naturæ; quia per sanatiuitatem est reductum, quæ non fuit corrupta in hectico.

Ad tertiam confirmationem posset humidum perfectius restaurari hoc potest concedi, & multi non habent pro inconuenienti, & si dicitur, ergo potest perpetuari; respondetur, quod impeditur, quia licet melius continuè, tamen minus, & minus humidum regeneratur. item datur continua euaporatio humidam substantifici, ut dicit Arist. quare paucificato isto humido substantifico tandem corrumpetur. Sor. indurantur enim instrumenta anhelitus, quare pereunt, dixit Arist. alii aliter responderent ad argumentum, cum dicitur, quòd sequeretur, quòd humidum substantificum restaurabitur melius deperdito, si sit reductio melancholici in temperatum, respondetur, quòd non substantificè, licet forte melius qualitatiue; quia cum tempore, illud tamen substantificè est siccius, quàm prius semper in processu, bene uerum est, quòd non est ita siccum, sicut esset, si non reduceretur. ad sextum argumentum dico in casu de Sorte cholericò, qui factus est sanus ex hectico, quòd sua complexio fuit corrupta, & ista, quam de nouo acquisiuit, etiam cholericam habet suum principium per se reductiuum sua sanatiuitas, quæ semper remansit: item anima ipsa dirigens opus medicinarum approximatarum à medico, quæ licet fuerint frigide, & humide; & idè per se remittebant caliditatem, & siccitatem in hectico actualem, quibus remissis sunt postea causæ per se producendi complexionem, quæ est qualitas secunda in Sorte cholericò. & sic illius complexionis cholericæ, quæ est effectus per se habens tres causas per se scilicet sanatiuitatem animam ipsam, & qualitates primæ reductæ, & unam per accidens id est mediãtam, & illa fuere remedia frigida, & humida approximata à medico ad confirmationem, cum dicitur, maior est caliditas in causonizante, quàm in hectico. ista propositio pro nunc concedatur, ut uideamus uim argumenti; licet infra terminabitur ista quæstio. & cum dicitur, in causonizante non est mutata complexio substantificæ, concedatur, ergo nec in hectico. nego consequentiam: nam causa corruptionis complexionis in hectico non est intensiorem, uel non intensiorem, sed causa est; quia caliditas est facta, & continuata diu in membris, in causone uerò est uolitans, & in fieri, & in pauco tempore in membris; licet sit facta in humoribus. & si diu continuabitur, fiet hecticus ex causone, quia figetur in membris.

Ad penultimum argumentum in casu, quòd calor hectici sit debilis puta in tertia specie, siue sit complexio, siue qualitas prima extranea; non procedet medicus cum frigidis, imò cum calidis, scilicet aqua carnis, uino &c. sed bene procedet cum humidis substantificè. & illo modo augendo humiditatem, augendo spiritus, & humores, augebit uirtutè hectici: & si opus erit postea infrigidare, poterit uti frigidis, quare conclusiue non utimur semper frigidis in cura extinguendo calorem illum pauculum, licet semper humi-

dis: nam in casu intentio est ad uirtutem magis, quàm ad morbum.

Ad ultimum argumentum, licet Gale. pluribus in locis in manifesto sui sermonis in medicina secutus sit Hippoc. Homerum, Empedoclem, & illos antiquiores, qui uolebant complexionem esse substantiam id est formam substantiale misti, ex quo aliam formam ipsi non cognouerunt, quia insensibilis, & Gal. ut medicus tantum sensibilia curat: tamen in hoc etiam Gal. fuit dubius; ut bene Coci. differentia. 17. est nanque difficultas ista, quæ maiorem expetit, & altiore indagacionem: & nos alibi diffusè diximus, & tractauimus istam difficultatem, idè hic tacendum puto ex proposito, ut relinquatur speculandi locus medicis nostri temporis, qui se medicinæ arbitros, & aliorum magistros faciunt, si quis uellet sustentare opinionem Vgonis, & aliorum, qui non tenent illam sanatiuitatem, & tamen complexionem in hectico esse corruptam, tam potentialem, quàm actualè habet, etiam uiam ad respondendum ad argumenta omnia prædicta, quòd paucis expediam: nam complexio acquisita in hectico non est ex toto aliena à natura humana; sed intra limites ut supra, & consequenter per illam exercet opera uita, ut homo, quare digerit, nutritur, augetur &c. & alitur, & qualiter; non enim est conueniens, & temperatum, instrumentum formæ, & idè cum illa non diu durat, quin moriatur, & consequenter tenemus, quòd ab intrinseco nò potest curari. & si dicitur, cum curantur auxilio medici, quòd erit principium reductiuum. dico, quòd ille calor, & complexio acquisita hectici, ex quo non est ex toto alienata à natura dirigente anima, & remedia medici, actuando ut supra, & cū dicitur, sanitas fit à sanitate. 7. Met. comment. 23. intelligitur à sanitate in mente medici intendentis curam, sicut domus fit à forma domus in mente artificis, & si dicitur nihil intendit seipsum corrumpere, quomodo ille calor præternaturalis intendit curare hecticum, & responderetur, quòd uerum est per se, sed per accidens aliquid corrumpit seipsum, sicut etiam calor naturalis agens in humido.

**G** Nunquid calor hecticæ sit maior, quàm causonis, Dubitatio quarta.

**N**UNQUID calor hecticæ sit maior, quàm causonis, uel tertianæ, & in hac difficultate uisi sunt doctores dubiè loqui. nos uerò supposita una distinctione respondemus ad quæstionem per conclusiones: nã aut quæstio intendit calorem maiorem id est intensiorem ad tactum, aut maiorem id est potentior. si primo modo; sic prima conclusio de mente Gal. 1. de Differentiis feb. c. 11. & Aui. c. proprio calor causonizantis est acutior, & ratio est; quia in causone præsentatur tactui calor intensus uaporosus ascendente multa quantitate uaporum inflammatorum acutorum ad cutim. secunda conclusio, in hectica calor est maior secundo modo; quia potentior, hoc autem probatur triplici ratione: prima ratio, accipio causonizantem, qui tandem terminetur ad hecticam calore illo causonis procedente semper intendendo in statu fiet hectica, & patet, quod calor ille est maior, si semper augmentando, & figendo processit. secunda ratio est satis euidens, est ista, calor hecticæ consumit membra maximè resistentia radicalia, ut ossa: calor uerò causonis non, sed humores, uel humida membra. tertia ratio, quod calor hecticæ est maior, persuadetur: quia siccitas est lima caloris, quæ maior, quàm oportet associat sibi caliditatem maiorem, & si dicitur, quare non ita sentitur à medico tangenti, sicut in causone, saltem primo occurso, dico, quod hoc prouenit ratione siccitatis, quare non nisi perseverate manu non ita apparet molestus, & acutus, sicut in causone. & hoc uoluit Aui. in lib. de Viribus cordis, & cap. 4. cum dixit, calor hecticæ est maior, quàm incensuæ, tu tamen nota quòd non omnes hecticæ sunt eiusdem gradus; imò quædam calidiores, quædam minus calidæ, & una hecticæ species est minus calida, puta tertia, quàm secunda, uel prima, similiter in causone nò omnes eiusdem gradus sunt causonizantes. & idè fiant comparationes cæteris paribus comparando intensiorem ad intensiorem, sed contra primam conclusionem

nem arguitur fit Sor. caufonizans, & in augmento suæ febris terminetur ad hecticam, & procedat caufon ad statum. & tunc patet, quod erit hecticus, & caufonizans in statu; & tunc sic arguitur, certum est, quod hectica in augmento caufonis, cum incoepit, erit intensior, quam caufon in principio. & in hoc conclusio habet ueritatem, sed in caufone in statu, in quo tempore erit etiam hecticus ille calor caufonis erit intensior hectici calore. patet; quia processit caufon augendo ad statum calore hectici non mutato. ite probatur; quia ille calor caufonis sentitur ab hectico; ergo est intensior; quia sentiri in alterari consistit, ut supra alteratio, & actio est à proportione maioris æqualitatis. secundò arguitur contra secundam conclusionem, quod caufon sit potentioris caloris. & accipio Plato. febrientem febre arsiua consumente, primam secundam, & forte tertiam humiditatem de secundis, sicut patet multoties corporibus resolutis nondum hecticis; quia calor ille non est fixus factus insensibilis; ergo erit maior, quam prima, uel secunda hecticæ species, uel saltem æqualis, quare non potentior. & hæc duæ rationes pro nunc remanent insolutæ, & faciunt quæstionem hanc problema neutrum, & iudicio meo illæ conclusiones non semper habent ueritatem, sed ut plurimum calor hecticæ feb. habet latitudinem. quare quandoq; intensior, quandoq; remissior,

Nunquid hectica possit ab intrinseco curari.

Dubitatio. 5.

**E**T arguitur primò, quod sic, sicut se habent qualitates elementorum ad elementa simplicia sic cõplexiones ad mixta: sed elementa manentibus suis formis substantialibus quantuncunq; altera possunt reduci in naturam propriam, & redire in proprias qualitates. ergo & mista quantuncunq; alterata remanente propria forma substantiali, poterunt reduci in propriam naturam, & proprias complexiones ab intrinseco. & confirmatur in uia Trusiani. remanet principium intrinsecum; quia sanatiuitas in hectico, & forma substantialis ergo poterit ab intrinseco reduci. in oppositum est communis opinio, & ratio est in prõptu: nam ex quo caliditas in hectico est facta æqualis non agens in subiecto, in quo est. i. in membris, & semper inclinatur in caliditatem, & siccitatem, nunquam per se reducitur ad frigiditatem, & humiditatem ab intrinseco. & tunc ad rationes ad primam negatur similitudo illa. & ratio est; quia in uia Trus. elementa habent formam substantialem, quæ est principium motuum, non solum motu locali, sed etiã motu alterationis, quod non placuit Auer. 2. Physic. commen. 1. est igitur forma propria principium reductiuum, dixit Trus. 3. Tech. commen. 29. in mistis uerò non est sic, addit, quod elementa simplicia extra mixtionem nõ tantum alterationis patiuntur absque corruptione, quantam sustinent in mixto, ubi manentur, & sustentantur à forma, & complexione mixti fortiori, & potentiori ad resistendum, quod elementa non corrumpantur. nec mixtum sic in proposito non potest tantum aqua alterari ad caliditatem, quin remaneat aliquis actualis frigiditatis gradus cū ipsa aqua, quod est principium reductiuum simul cum forma substantiali, in mixto uerò poterit totaliter abici complexio, & alia introduci paulatinè stante forma mixti. in hectico igitur cum sint elementa ualde mutata, non poterunt ab intrinseco reduci. ad confirmationem dicitur, quod secundum Trus. nondum habeo declaratum, quod sit principium reductiuum natura complexionalis: nam commen. 29. 3. Techni, ubi tractat istam materiam uix est intelligibile, illud dicit, utcunq; sit, esto, quod remaneat sanatiuitas, quod uidetur secundum ipsum primo Techni commen. 15. esse principium reductiuum; quia tamen est potentia, & aptitudo, quæ indigent actuante, oportet ab auxiliis, & medicamentis actuari, & consequenter non ab intrinseco tantum. & si dicitur, uirtus est operatrix, & sanans; respondetur, quod hoc est uerum de uirtute naturali in ægritudinibus materialibus, ubi opus est digestionem, euacuationem &c. in hectica uerò uirtus curans est anima ipsa cum calore actuante, & sanatiuitate, coadiuantibus auxiliis, & remediis ap-

**A** proximatis ab extrinseco, quæ sunt frigida, & humida in potentia, & actu.

Nunquid hectica interficiat frigiditate, uel caliditate.

Dubitatio. 6.

**E**T arguitur primò, quod occidat per calorem præternaturalem. probatur; quia hectica est febris, modo febris est calor extraneus &c. in oppositum est Arist. & communis uia, qui uolunt frigiditatem præternaturalem esse principium interfectiuum complectiuè in morte per resolutionem: nam Arist. dixit. Mors est extinctio caloris ex hoc patet mortem in hectico tertie speciei prouenire à frigiditate; nam contingit in hectico, sicut in marcore resolutio humido, quod est pabulum caloris, resoluatur, & minuitur calor: ad cuius remissionem intenditur suum contrariu scilicet frigiditas, sicut etiam quandoque medicus potu aquæ frigide elegit hecticam feb. uehementem extinguere, ut transeat in marasmum. i. hecticam senilem prorogando uitam. Gent. credit tam caliditatem, quam frigiditatem posse intendi. in eodem substituto de intentione Gal. licet forte nõ eodem modo. sed unum positione, ut caliditas alterum priuatiue ut frigiditas, sed contra hecticus tertie speciei, & morti propinquus ad tactum apparet frigidus. frigiditas autem, quæ sentitur positiua, ergo isto modo, & positione sunt contraria caliditas, & frigiditas in hectico. sed tunc esset difficultas; quia sic hecticus quanto magis appropinquat morti, curabitur: quia infrigidabitur. non erit amplius febriens. dico, quod incurret deteriores dispositionem, si non remanet feb. quia incurret frigiditatem præternaturalem cum siccitate intensa, quæ sunt opposita principalis uitæ, & deteriores caliditate tantum, & erit hecticus senectutis incurabilis, sicut mortis non est dare remedium. dixit Auicen.

Nunquid hectica habeat 4. tempora.

Dubitatio. 7.

**A**VIC. in cap. proprio uisus est dicere, quod sic; quia principiu in prima specie, augmentum in secunda, & statum in tertia, in quo moritur æger, imò in secunda specie ponit tria tempora principium secundæ, augmentum secundæ, & statum secundæ. similiter & omnes doctores uidentur sentire cum Gal. & Auic. in oppositum est Trus. 3. Tech. commen. 32. ubi habet nullam ægritudinem factam puta neque hecticam, neque uulnus &c. habere tempus; quia non habent motum, modo tempus est passio motus solas igitur fientes ægritudines habentes cãs, quibus corpus paritur nunc plus, nunc minus dicit habere quatuor tempora. nos uerò pro decisione huius quæstionis supponimus duos primos; quod digestio temporum uniuersalium apud medicos sumitur tripliciter, aut penes superationem naturæ supra causam ægritudinis in salubribus, aut penes superationem causæ supra naturam in morituris. & ista habet tria tempora tantum; quia in declinatione non moritur æger, prima uerò habet quatuor tempora: principium, cum incipit occulta digestio: augmentum, cum manifesta est digestio; & status, cum completa est digestio; declinatio, cum natura perfectè obtinet supra causam, qui expellitur extra & isto modo nulla ægritudo facta habet quatuor tempora; quia non habet causam. secundò tempora distinguuntur penes uarietatem accidentium, quæ in principio debilia, in augmento maiora, in statu maxima secundum communem uiam. dimittamus positionem Trus. pro nunc in hac materia, quæ communiter non tenetur de digestionem temporum penes accidentium uarietatem commento allegato in ægritudinibus materialibus, de quo aliàs, tertio modo ægritudinis tempora distinguuntur penes digestionem ægritudinis, uel dispositionis cuiuscunq; in magnitudine, uel paruitate, ut dicatur dispositio tunc parua, cum incipit iuxta illud Hypp. circa principia, & fines omnia imbecilliora. tunc magna cum augetur, tunc maxima cum est in statu, & in declinatione incipit minorari ægritudo, quo ad essentiã ægritudinis puta apoplexia paruum in principio, magnum in augmento, maximum in statu: deinde declinat. similiter de febre caufone, & aliis. secundò suppono, quod hectica



in sua ratione formali licet primò, & principaliter dicat calor extraneus; quia hectica est feb. & est calor extraneus &c. secundariò includit siccitatem per se connotando multa alia accidentia, quæ necessariò sequuntur ad hecticam, ut debilitas uirtutis, resolutio humidi &c. & tandem frigiditas priuatiua extinguens, & mors. quibus habitis sit prima conclusio accipiendo hecticam propriè, ut est feb. tantum essentialiter in genere caloris extranei. hectica nõ habet quatuor tempora ullo modo; quia fit in instanti, & habet eò secundum independens, & calor extraneus non augetur in hectico, imò continuè, & continuè diminuitur ad consumptionem humidi radicalis, & sic bene Truf. secunda conclusio hectica, ut dicit siccitatem, & consequenter, ut est. tabes habet quatuor tempora, uel saltim tria; quia siccitas illa continuè, & continuè augetur magis, & magis usque ad mortem, & est in fieri, licet non sentiatur; quia siccitas non est qualitas sensibilis dolorosè, nec subito fit. tertia conclusio hectica quo ad totam dispositionem significatam, & connotatam hoc nomine hectica habet quatuor tempora, uel saltim tria, & sic habent dixit Aui. primam speciem principiu, secundam augmentum, & tertiam statum, & ut sic est in fieri. quarta conclusio. licet dispositio præternaturalis in hectico continuè, & continuè augeatur usque ad mortem. tamen hectica propriè ut calor extraneus minuitur continuè, & continuè usque ad mortem. tertia conclusio. hectica propriè non interficit. sexta conclusio probabiliter. hectica tertie speciei non est hectica propriè, sed est marasmus, qui non est feb. ex quo est dispositio frigida, & sicca, & merito frigiditatis, & siccitatis interficit. quare conuenientius, & propriè dicitur hectica senectutis, quam hectica feb. septima conclusio, licet in hectico fiat transitus ab extrema caliditate ad extremam frigiditatem, & in medio sit temperatus; tamen non erit sanus: sed pessimè æger; quia habet corruptam complexionem cù excessiua siccitate, debilitate uirtutis, & paucitate spirituum, & humorum.

Quare febris hectica post cibum sentitur, & si ille calor est hectica, uel putrida, uel ephimera factus, uel siens, qui sentitur, & quanto tempore post cibum sentiatur, in quo doctores sunt diuersi, & dubii ualde. Dubitatio. vij.

**G**AL. Auic. Auenzoar, Alexander, & sapientiores trãserint cum hac imaginatione satis apparenti, quòd si cut in calce non extincta, quæ habet caliditatem arẽtem. i. cù siccitate complicatam, nõ apparet notabilis calor etiam tangenti, & tñ si superinfundat aqua, ebullit, & ardet euidētissimè, similiter de sartagine calefacta, & lapide calefacto, quibus si aqua superinfunditur, effumant, & ebullunt manifestissimè: actuat. n. calor ille siccus quodammo do per antiparistam superinfusa aqua frigida, & humida: eodem modo in hectico. caliditas sicca habituata in radicalibus superueniente nutrimento, frigido, & humido actualiter fit sensibilis, & ebullit, & apparet maior. & secundum istam opinionem calor, qui sentitur post cibum in hectico, est hectica: quia prius occultabatur in membris solidis, nũc erumpit foras, & manifestatur, & sic hecticus habet à cibo, quòd percipiat suum calorem in humoralis febre: hoc non contingit; quia est in humoribus facta caliditas, & in membris semper fit, & sentitur semper, & ante & post cibum. & ad istam positionem Gal. sequuntur duæ conclusiones contra communem uiam. prima calor hectici licet sit factus: tamen quandoque est æqualis, quandoque diuersus; quia sentitur. secunda conclusio calor factus in substituto agit in illum contra determinata ex intentione Auic. Hipp. Gal. & Arist. & omnium rectè sentientium, ut supra. quòd non inconuenit, quando fit intensior per antiparistam, ut supra. hæc opinio Auer. & Concil. non placuit, et uisa est potius rhetorica persuasio, quam uera. quorum ratio est talis; quia nunquam eo deduci possunt membra cum uita, quòd tanta sit repugnantia inter membra, & uirtutem nutritiua; & suum nutrimentum, quòd possit facere talem effectum. Gent. uoluit rendere pro Gale. & colorare dictum Gal. q̄ intenditur de parte subtiliori cibi, quæ citius transiens ad membra solida inflammatur, in tantum quòd sentitur ab he-

**E**ctico, & à medico: non quòd in totum corrumpatur cibus, & nutrimentum eo modo, quo credidit Auer. & Concil. & iudicio meo licet hæc sint uera: tamen responsio non est ad mentem Gal. quia calor ille esset calor nutrimenti inflammati secundum Gent. quasi putrida, uel ephimera, non calor, qui est hectica, quæ sentitur post cibum, ut Gal. uoluit. Auer. uerò 4. Collige. Imaginatur nutrimentum superueniens membris inflammatis hectici inflammari à membris, & potissimè quantum ad partes subtiliores nutrimenti, quæ sua natura sunt magis aptæ recipere inflammationem, & adustionem & illam multiplicare in totum, & in partes sensitiuas. & sic hecticus, & medicus sentiet caliditatem manifestiorẽ post cibum: est. n. caliditas ista siens in membris, sicut in feb. humoralis: in feb. uerò humoralis licet nutrimentum superueniens à calore extraneo inflammetur, & quoquo modo inflammantur membra, & sentitur omnino maior calor ab infirmo, & à medico post cibum: tamen hoc non est ita manifestum in humoralibus, quæ continuè sentiuntur, & ante, & post cibum. adde, quòd membra agunt in nutrimentum sua complexionem, & calore benigno naturali regulato ab ipsa anima, ut Arist. 2. de Anima, commen. 41. corrigendo, digerendo, regulando, si quid maligni fuerit in nutrimento impressum. unde non tantum inflammantur, nec inflammant sicut in hectico, in quo est mutata complexio naturalis ex toto in præternaturam, ut supra inconueniens animæ instrumentum, & non regulatum ab anima. adeò arripitur nutrimentum, & inflammatur ualde in hectico. tertio adde, quòd in membris hectici est maior calor, quam sit in caussa ne in membris caufonizantis. quare poterit nutrimentum in hectico magis inflammari delatum ad membra calidiora. & iudicio nostro calor, qui sentitur post cibum secundum istam uiam, est humoralis feb. siens non hectica. tertia opinio tenet, quòd inflammatio illa sit post cibum à spiritibus, & fumis inflammatis aptis magis inflammari, & inflammare, quam humores. cuius signum est; quia cito transiit, & sic quòd sentitur est ephimera non putrida non hectica. nos tamen contra hanc uiam Auer. arguimus triplici medio satis euidenter. & primò supponamus unum, quòd est Arist. & uerum, quòd nutrimentum, & nutritum contrariantur, donec assimilentur. & contrarietas est causa actionis nutriti in nutrimentum calefaciendo; quia digeritur, & digestio fit à calido. nutrimentum uero reagit per frigiditatem. quo modo ergo per caliditatem inflammabit membra, ut dicit, & potissimè, si est lactuca, uel aliud nutrimentum frigidum? secundò arguitur sic nutrimentum per se calefit, & inflammatur à membris hectici, et postea per illa caliditate agit in hecticum totum. ego quæro, illa caliditas, quæ nutrimentum calefacit hecticum, aut est maior, aut est æqualis cum illa, quæ est in hectico. non maior; quia nemo dat, quòd nõ habet: non æqualis; quia ab æquali non prouenit actio. tertio arguitur sic. in corpore sano ita contingit, quòd post cibum calefit, quomodo ergo hoc uerificatur? quarto multi sunt stomachi debiles, qui assumpto cibo plurimum supercalescunt, & tamen non febriunt. responderetur & breuiter pro Auer. & pro Gent. ad primum, & secundum, quòd illud subtile humidum, quòd primò transmittitur ad membra, & est illud, quòd statim reparat famem ut alibi Gent. dicit, illud dico, non est nutrimentum membrorum. ad secundum responderetur, quòd non inconuenit ratione dispositionis, & inclinationis subiecti, in quo agitur, quòd maiori caliditate inflammetur, quam causa agens agat calefaciendo, sicut dicitur de aqua calefacta relicta suæ naturæ ad maiorem frigiditatem reducitur à continenti, quam prius. & ex his duobus argumentis, & responsione patet responsio ad dubium Gent. quòd ipse non soluit. quare est, quòd postea delatum tardius nutrimentum grossius ad membra non catur illa supercalefactio in hectico, sicut per partem subtiliorẽ causabatur. ad tertium dico, quòd corpora sana frigescent post cibum; licet postea illa calefiant propter sanguinem genitum ex cibo, quòd est calidum, & sic omnis cibus calefacit, ut bene Gal. quia transmutatur in sanguinem, qui est calidus. ad quartum responderetur, quòd illud prouenit; quia stomachus debilis laborat, uel hepar in digerendo, ex quo partes multæ non bene digestæ corripuntur à calore

re accidentali, & putrescunt. de hora supercalefactionis post cibum in hectico etiam uarii sunt doctores, alii per horam post, uel duas ad summum, ut Gal. in. 1. de differen. feb. c. 11 alii per duas uel tres horas post, ut Auenzoar, & Auerro. in qua difficultate dico duo. primum quod nutrimentum membrorum ex cibo, donec ultimate assimilatur transeundo per quatuor digestiones transeunt. 24. horarum, quod tempus licet non sit limitatum a doctoribus, nec bene limitari potest; tamen Auic. dixit. 13. tertii tracta. 3. capit. 8. tempus digestionem stomachi mensurans primam digestionem esse. 10. horarum communiter, & Concil. differentia. 29. dixit rationabiliter tempus mensurans secundam digestionem in hepate. 6. horarum forte tertiam digestionem, & quartam tempus mensurans erit. 8. uel circa horarum ita; quod tempus. 24. horarum est totale tempus, quo ex aliquo cibo complete nutrimentum est distributum, & ex illo hectici non inflammantur. secundum dico, quod pars subtilior cibi, de qua dictum est, quod non est nutrimentum radicalium, sed refocillat, & humectat illa tempore famis, & est illa pars cibi, a qua fit supercalefactio in hectico, cito defertur ad membra postquam in stomacho inchoat calefieri, digeri, & preparari ad digestionem a calore stomachi cordis, hepatis, & astantium, membrorum. sed in hoc etiam est differentia; nam quoniam tardius, quoniam uelocius defertur illud humidum ad membra; nam in uno uia sunt latiores, membra atrahentia, & digerentia potentiora cibis etiam quoniam subtilior, ut ptisana ordeacea: quoniam crassior, ut pedes uitulini. ista omnia habent uariare tempus per horam, uel per mediam &c. & uere si consideras de hac supercalefactione in hectico post cibum, est dubia ualde magna, & credo non adhuc esse resolutam, & ueritatem inuentam.

*De causis hecticae febris. Cap. 7.*

**E**T quia hectica ut supra diximus de intentione Gal. & Auic. Sera. Conci. & aliorum docet incipiendo affligere uel saltem, quae sola est non composita, nec composita cum alia egritudine: ideo prius de sim. & per se illa hectica agamus assignando causas, quae ut plurimum hecticam causant: quarum potissima est sibi dispositio ad caliditatem, & siccitatem, puta si iuuenis rarorum pororum resoluibilis calidae, & siccae complexionis, macer curiosus, negociosus. & haec est dispositiua, & malis causa. efficientes uero causae primitiuae (quia hectica non habet causas efficientes intrinsecas, quas antecedentes, uel corporales dicimus, a qua dependeat in esse, & conseruari, ut pluries est repetitum: quia est dispositio facta independens, continuata causa calefaciens, & exiccans quacumque fuerit illa, siue balneum exiccantium, siue exercitium sub sole continuatae animae passionis, dolor continuus pharmaca exiccantia, & calefacientia, fames, calidiorum cibariorum usus: ut salsa, acuta, uinum potes, aqua carnis, aromata, tenuis dieta, fluxus, & fluxus menstruorum, fluxus spermatis, fluxus undecumque sanguinis, coitus immoderatus, & demum omnia exiccantia, quae tabem inducunt ut supra. & a leui causa postea inflammantur, possunt causare hecticam. sunt & aliae causae per accidens exiccantes, & calefacientes, quae possunt causare hecticam, ut longum otium. dixit Auic. 3. primi cap. de exercitio. nam defectu exercitii non uigorantur calor naturalis, & digestiones, unde non poterit regenerari conueniens nutrimentum, nec in quanto, nec in quali. quare membra exiccabuntur. regimen etiam frigidum in cibo, & potu, & reliquis est causa exiccationis: & tandem hecticae. quare obtunditur calor naturalis, non digeret, & consequenter membra exiccabuntur. & licet plures tales causae nominatae sunt causa hecticae senectutis, pro quanto causant siccitatem cum frigiditate possunt etiam esse causa hecticae febris, ut patet: quia adueniente causa calefaciente in corpore exiccato, & disposito de facili fiunt hectici febrientes. adde, quod deficiente nutrimento humectante, & infrigidante membra calefiunt ex fame, & exiccantur. si uero hectica sit accidens; quia sequatur alias aegritudines in complexione, uel composita, uel unitate, sicut ut plurimum contingit: dico, quod causae hecticae possunt esse plurimae, & haec, quas diximus, & aliae multae: nam dixit Gal. ephimera potest esse causa hecticae, non quod ego credam principalem causam

**A** hecticae fuisse ephimeram: sed illae causae, quae fuerunt causa ephimerae, puta itineratio sub sole, fuerunt causa hecticae coadiuuante ephimera, & disponente subiecti. febres etiam humorales ardentes sunt causa hecticae, ut causon, & potissime si non fuerit bene frigida aqua, & epimatibus frigidis curatus febris, erit longae, ut hemitritaeus, duplex tertiana &c. eo potissime si sunt in corpore dispositio, ut supra, & si malo regimine fuerint gubernata, ut puta dixit Auic. si talia corpora intensissime febrientia abstinerint ab aqua frigida, ab epimatibus circa spiritualia frigidis &c. si uis fuerint uino aromatico, si aqua carnis, si diamusco &c. quae omnia calefaciunt, & exiccant maxime febrientes. aegritudines etiam in compositione sunt causa hecticae, ut puta ulcera pulmonis, uel aliorum membrorum intrinsecus; nam retentis materiae malis putridis, ut empyemate inflammantur, & inflammant ipsum cor, & reliqua radicalia membra conuenienter. apostemata intrinseca puta hepatis, stomachi, renum, & colon si prolongantur, ducunt ad hecticam: tum quia longa nutriunt febrem: tum quia istorum defectu deficit nutrimentum membrorum. quare exiccantur, & inflammantur: tum quia oppilant uias nutrimenti: tum quia retinentur materiae putridae inflammantes &c. & in summa omnis causa calefaciens, & exiccans corpora nostra substantificet, siue per se, siue per accidens continuata ducit ad hecticam.

*De signis hecticae febris. Cap. 8.*

**G**AL. Auic. & alii conueniunt in hac propositione, quod hectica primae speciei est difficilis cognitionis, & facilis curationis quam propositionem communem putamus esse falsam sic absolute prolatam, & eius oppositum est uerius. & ratio est, quia si prima species hecticae est hectica; ergo est aegritudo facta aequalis independens &c. nam dicit complexionem praeternaturalem substantificet factam de nouo in cordis substantia, & in radicalibus, quam remouere est difficilis cura, quare non facilis. item est egritudo, ergo sensibilibiter laedit. ergo facilis cognitu. adde quod hecticae prima species habet signa euidentissima, ut in pulsu, in tactu, in macie, & quod non sentitur & caetera, ut supra, & inferius dicemus. ideo notandum pro declaratione illius communis propositionis, quod hectica aut est simplex, aut composita cum alia febre. item aut consideratur hectica in quantum aegritudo, aut in quantum talis in specie, uel in individuo. item aut consideratur prima species hecticae absolute, aut in respectu secundae, & tertiae hecticae specierum his distinctionibus praemissis. dico in hac materia quatuor conclusiones. prima si consideramus hecticae primam speciem compositam cum alia aegritudine uniuersali, sicut ut plurimum contingit est difficulter cognoscibilis: eo quod occultatur ab illa aegritudine secum complicata, & reditur etiam difficilis cura, ut patet: quia intentiones curatiuae sunt contrariae huic; & illi. ii. conclusio. si consideramus primam hecticae speciem simplicem non complicatam cum alia, dico, quod illa facilius cognoscetur, quam si esset obumbrata cum alia aegritudine, & facilius etiam curabitur, quam si esset complicata cum alia aegritudine, quia intentio curatiua est una, tertia conclusio prima hecticae spes in quantum aegritudo, siue sit simplex, siue composita cum alia aegritudine, est facilis cognitionis. patet, quia sensibilibiter laedit. sed in quantum hectica est difficilioris cognitionis, quam hecticae. scilicet a, uel tertia spes patet; quia istae habent signa euidentiora siccitatis, & debilitatis ut infra. & hoc est quod uolebat Gal. quando uidit uirum iuuenem cholericum exercitatum sub sole macilentum manifeste aegrotare: quia febrientem, sed nesciebat, qua febre nunquid hectica, uel ephimera, & dubitauit per tres dies, qui est periodus ephimerarum ut in pluribus. & si dicit contra Gal. quod si percipiebat illum febricitare, aut sentiebat calorem dolorosum, aut non sentiebat. si non sentiebat; debebat statim cognoscere illam esse hecticam. respondet, quod forte non esset inconueniens dicere malam complexionem factam de nouo per aliquod tempus posse sentiri: durat. n. sensatio per aliquod tempus, ut bene Vgo Senensis in. q. de mala complexio diuersa in responsione ad unum argumentum, quod putatur Achilleum, quod est tale. si mala conclusio fiens sentitur; aut quo ad partem factam de fiente, aut quo ad partem futuram fieri. non secundum

quia quod non est non cōt sensationem dolorosam. ergo quo ad partem factam sed facta non sentitur &c. respondetur, quod quo ad partē factā per aliquod tēpus pōt sentiri, & dat euidētiā ex Ari. quarta conclusio in hac materia. hectica primā spēi respectu secundā, & tertiā est faciliōris curatio nis patet, & difficiliōris cognitionis. patet etiā quia illē habent signa euidētiōra. & hoc uoluerunt doctores intelligere de hac propositione, sed reliquum est, ut ad particularia signa ueniatur, & primō de signis sumptis ab essentia hectica: secundō ab operationibus: tertiō à casibus. primū signum commune omni hectica. non sentiunt calorem extraneum proprium, & ratio huius signi dicta est suprā, & de ceteris repetita; quia est facta, & est æqualis remota contrarietate. secundum signum omni hectica commune. supercalefiunt post cibum, & manifestam percipiunt caliditatem, & ipsimet, & medici tangentes, & ista duo signa sunt inseparabilia ab hectico, uel saltem hoc secundum ut Gal. de Differentiis feb. lib. 1. & cap. 1. tertium signum commune omni hectico. calor hecticorum percipitur à medico mordax. dicit Gal. siccus, & insuauis, & plus perseverante manu in tāgendo, & propriē plus tāgendo arterias. hoc tertium signū habet tres partes, quarum prima est clara. tū quia calor præternaturalis hectici est radicans in membris radicalibus siccis; ut in osse, neruis, panniculis &c. etiā hectici calor semper est cum magna exiccatione in toto. secunda pars est rationalis; nam perseverante manu medici humida actuat; magis calor ille siccus habitualis. quare plus sentitur. tertia pars prædicti signi habet maiorem difficultatem, quo modo scilicet arteriæ calor sit acutior: dicunt aliqui; quia arteriæ habent ortum à corde, cuius calor est maior. alii dicunt, quod in arteriis continentur spiritus, & sanguis inflammatus euaporantes calorem intensiorem. quare spirantior est arteriarum calor, & acutior, quā calor aliorum mēbrorum, & ut sic deberet esse mitior, licet maior sed benignior quartum signum cōmune hectica, caliditas percepta à medico semper est uniformis præterquā post cibum, & per hoc differt ab aliis feb. humoralibus, præterquā à synocha dicit Gal. à qua differunt; quia synocha licet uniformis, tamen calor est mitior, & maior, & humidior. dicit Gal. 1. de differentiis feb. & Aui. cap. proprio. & hic sunt quatuor signa, quæ tangunt essentiam feb. hectica scilicet ut calor est & forma. quintum signum commune omni hectica est siccitas, & exiccatio in toto corpore. nunquā. n. uisus est hecticus nisi macilentus. cuius ratio est; quia siccitas substantifica, quā diximus esse de essentia hectica facta in radicalibus, non potest stare cum obesitate carniformium. signa sumpta ab operationibus sunt etiā plurima; quia lædit omnes operationes naturales, ex quo est feb. & fundata in radicalibus. patet ex diffōne febris. secundum pulsus durus patet; quia calefacto, & exiccato corde exiccantur arteriæ, quæ habent originem à corde, ad cuius exiccationem sequitur durities in pulsu. tertium signum pulsus longus. patet; quia macies, quæ semper comitatur hecticam, ut suprā facit pulsum longum. quartum signum pulsus frequens patet: nam, quod non potest uirtus satisfacere cū magnitudine ad euentandum cor; quia sicca est arteria, & non potest eleuari, nec magnificari, ut suprā satisfacit cum frequentia. quintum pulsus paruus propter uirtutis debilitatem, quæ etiā non potest magnificare pulsum; quia siccitas arteriæ obest: hoc tñ ultimum signum in secunda, & tertia specie est manifestior, in prima uerò occultum. signa sumpta à casibus. i. ab exeuntibus, & qualitate mutata seriatim ponemus, & primō urina color satis bonus; licet aliquāliter subruffus propter intensam caliditatem coquentem urinam: desunt. n. humores tingentes, & turbantes urinam, sicut in humoralibus febribus. secundum signum superficies urinae est oleagina, & forte etiā in substantia permista, quod signum dicunt doctores est satis commune, & efficax omni hectica, nisi te decipiat renum caliditas naturalis, uel accidentalis: nam ex quo hectica est radicata in membris radicalibus, liquefacit illa & primō liquefacit unctuositatem illorum nouam teneriorem, & idē unctuositas in hectica non solum in superficie, sed etiā profundatur, & miscetur in substantia urinae magis, quā si esset ex renibus: & hoc arguit illam prouenire

E à loco distantiori, tertium signum in facie macies sine colore uiuido cuius ratio est; quia facta inflammatione, & exiccatione substantifica in corde, & principibus membris cōplexione mutata de naturali in præternaturam consumptis humiditatibus, & spiritibus, impossibile est stare bonum colorem; licet hoc signū sit euidētius in secunda, & in tertia specie, quā in prima est tamē commune. signa propria hectica tertiæ speciei sunt multa, & manifestissima. & idē cognitu facillima. cura uerò impossibilis, ut Gal. 1. de Diff. fe. cap. 1. 1. marasmus. i. absolutam exiccationem dixit. primū calor ad tactum debilis: sed acer, & corrodens quodam modo tactum medici propter excessiuam siccitatem, & uirtutis debilitatem: exiccato enim humido calor extinguitur, & uirtus etiā, & tandem moritur aucta frigiditate, ut suprā, secundum pulsus durus ualde propter siccitatem arteriæ, frequēs, paruus debilis. omnia patent. tertiū urina oleagina, & in contento petalloides. i. frustula radicalium membrorum. quartum facies hippocratica; nam priusquā pulsus calorem, & urinam inspicias faciem inspicio; & uidebis oculos coniuentes, conditos, lippos, siccōs somnolētos. i. non potentes uigilare excarnata tempora. cutim frontis capparatam, exiccātam, puluerulentam, & quæ si extendatur quasi bursiam faciet, extrema macies cū colore mortuo simillimo. uenter cum spina se tangunt, ac si nullū essent intestinum. demum nil aliud, quā fere ossa, & cutis arida, unguibus curuatis. & his signis habitis primæ. i. speciei, & tertiæ tanquā extremis cognosces de facili hecticam secundæ speciei, quæ inter primam, & tertiam mediat, quā tabē dixit Gale. arabes albutem: nā illa eadem signa sunt secundæ spēi: sed intensiora, & euidētiōra, quā in prima spē, remissiora, quā in tertia: & quia hæc secunda species magnam habet latitudinem, cuius principium est propinquius primæ, & finis propinquior tertiæ; idē positis illis signis extremis ex illis intelliges signa secundæ speciei fm maiorem, uel maiore appropinquationem ad tertiā, uel ad primā. hæc enim secunda species sicuti media est pariter. & signa media, & cura, & cognitu media differentor, tamē secundam appropinquationem ad alterum extremorum.

G De signis hecticae complicatae cum putrida.  
**S**IGNA hecticae compositae oportet medicū diligenter considerare, quia ut plurimum est hectica complicata, & difficulter cognoscitur in prima spē, & in secunda in princ. nam tertia habet signa notissima ut suprā, & cura impossibilis ē, et sicut hectica cōplicata difficulter cognoscit; pari modo difficulter curatur propter intentiones curatiuas contrarias, et difficile etiā est uidere, cui primo sit incumbendum; ut Gal. 1. de tere. cap. 1. 0. (de compositione hecticae cum ephimera nihil refert ad curam, & forte singulis diebus hectica cum ephimera cōplicatur scilicet de calefactione illa post cibum secundum sic tenentes). hectica etiā cum febre sanguinis nunquam complicatur: nam illa amat fieri in corporibus sanguineis humidis obest: hæc in extenuatis. erit itaque sermo noster de hectica complicata cum putrida quod ut plurimum contingit: et tunc dico, quod uel ipsa putrida est manifesta, et hectica latens: aut econuerso. si primum; tunc medicus habet quatuor signa, quæ dirigunt illum in cognitionem hecticae occultae: primum signum si post paroxysmum putridae manifestae terminatum sudore, uel aliter, cognita terminatione, si remanet caliditas quædam sicca mordax; est signum hecticae complicatae. ii. signum si corpus extenuatur, arescit, mutatur in colore, demum resoluitur longe plus, quā medico rationali uideatur conuenire merito putridae, est secundum signum satis euidens. iii. signum est unctuositas in urina, et egōne. dicit Aui. propter liquefactionē humiditatis substantificae nunc primō genitae unctuosae subtilis, quæ hectica liquefit. iiii. supercalefactio sensata post cibum, et quo tempore nulla est suspicatio de paroxysmo putridae. et his quatuor signis poterit prudēs medicus se adiuuare in cognitione hecticae complicatae, et aliis etiā quibusdam notatis, ut de duritie pulsus, de macilentia, iuuetute, complexione cholericā, in ætate feruentissima, in negociis multis occupato, longitudo ægritudinis, uel uenientia incensuæ febris: et si quæ alia parte ipsum, excogitatio. si uerò contrā hectica est nota, et suspicars

**A** Spicaris putridam complicatam occultam: esto prudens, & sollicitus: quia multum uariat curam. & difficulter cognoscitur quandoque; puta si ex indigestione geniti sint in hectico humores grossi phlegmatici, qui putrescent, & causabunt putridam, quomodo ego cognoscam hunc febrilem febrem putridam, cum phlegma grossum faciat febrem multum similem hecticae sine intermissione, & non nisi .6. horas habet falsae quietis: dixit Aui. non sudat, non super infrigidatur ordinatum, non coarctantur pulsus notabiliter. quia redditur difficillime cognitionis, & non nisi a medico exercitato. & continue assistenti, & saepissime tangenti pulsus, & consideranti naturam febris complicatae, si coarctatur necne, quandoque, quod difficile est uidere; quia iam pulsus est necessitatus propter hecticam, quandoque etiam materiae catarrhales crassae sicut descendunt, ita putrescunt, & causant febres lentas putridas in hectico. & caue, ne te decipiant rigores quidam inordinati, qui sequuntur descensum materierum catarrhali in musculos spatularum, & brachiorum; & ex hoc tu suspiceris putridam in hectico, cum re uera non sit. quare prohibes lac, balneum &c. quae hectico conueniunt, sicut contingit nobis de muliere quadam, cui prohibitum fuit lac asinae propter timorem putridae: quia saepe rigebat: & tamen rigores illi non erant ex putrida; sed ex materia descendente sine putredine. si quae igitur signa sunt, quae possunt te adiuuare, illa sunt; primum coarctatio pulsus: secundum rigores ordinati; tertium sudor: quartum si ista hectica manifeste consecuta fuerit, putridam chronicam a materia crassa cuius reliquiae rationabiliter remanserint.

## De signis prognosticis hecticae febris.

**P**rognostica futurae hecticae sunt plura, & in primis dispositio passiva dixit Gal. puta cholericus, macer, exercitatus, negociosus, assuetus cibariis siccis, & calidis, deditus ueneri, rarorum pororum in quacunq; febrem incidat, suspicanda est hectica. secundum si habet duritiem, uel oppilationem notabilem in hepate, uel apostema in uisceribus, ulcus in pulmone, uel in alio loco intrinsecus, uel extrinsecus; difficulter curabile: tertium si in longam incidit feb. uel in breuem, sed incensuam: suspicanda est feb. hectica. si saepissime repetit, & reciduat: suspitio est de hectica futura

**C** Prognostica euentus. hecticae primae spei facilis est cura si cognoscitur, & sit simplex. i. facilius curatur, quam secunda, uel tertia spes hecticae, modo non habeat causam fortis fouentem, ut ulcus in pulmone, apostema durum in hepate, uel aliquid homini. & ratio prognostici boni est; quia in prima spe, ut sic non est facta magna uirtutis debilitatio, nec humida magna resolutio in radicalibus, licet carniformia sint resoluta quae possunt reparari: quia beneficio medici in humectando & infrigidando continue substantificè poterit reduci.

Tertiae hecticae spes, ut oes dicunt, est incurabilis, & ratio est quia uirtutes oes, & potissime digestiua, & nutritiua, quibus inest onus reparandi humidum substantificum deperditum, quod est pabulum, & sustentaculum caloris, & uitae sunt debilitatae ualde tum in se, quia indigent calore naturali forti, tum defectu humidum exiccato: indigent. n. humiditate multa in membro digerente, & nutriendo, & humiditate multa respectu nutritibilis, ut sit passibile nutrimentum, quia digestibile, diuisibile ad minima penetrabile, reformabile, & unibile. & ideo dixit Gal. pueros esse perfectae digestionis, & nutritionis. opposito modo senex; quia sicci, & debilis caloris. & ideo dixit Gal. reparatio resolutionis membrorum radicalium est impossibilis: tum quia dura: tum quia sicca, tum quia debilis caloris: tum quia plurimum frigida debilis actionis, & transmutationis. quare paucificato calore cum uirtutis debilitate, & introducta siccitate; magna cum resolutione humidum radicalis: impossibilis est uitae duratio. & propterea dixit Aui. si illi esset ingenium curatiuum, morti esset ingenium.

Prognosticum de secunda hecticae spe erit tale, quod si appropinquat primae, & nulla est causa fortis fouens; est curabilis: si appropinquat tertiae; est incurabilis. in medio uero medio modo secundum conditiones subiecti, in quo est, secundum medici sollicitudinem, & sufficientiam, secundum uirtutis fortitudinem &c. ita contingit.

**H**ectica si fuerit simplex, & sola, ex quo in sua essentia est calida, & sicca febris; unam habet generalem intentionem curatiuam contrariam sumptam ab essentia aegritudinis. scilicet infrigidare, & humectare substantificè, & qualitatiuè. supposita semper intentione, quae est ad uirtutem in hac febre, si uero habet causam fouentem, ut ulcus in pulmone, apostema &c. prima intentio curatiua est ad illam, quae non remota non remouebitur hectica. si uero sit composita cum alia aegritudine, ut puta cum putrida, in hoc oportet medicum esse prudentem, ut iudicet, cui primo est intendendum, & debet se adiuuare cum regula posita a Gal. 7. ther. cap. 12. & ab Auic. 4. primi cap. 31. in humectando uero, & frigidando corpus hecticum obseruandae sunt regulae artificiales. & prima sit ista, quod frigida, quae approximantur, non sint sicca, sed humida, & humida, quae approximantur, non sint calida, sed frigida, & si quandoque te uocat necessitas approximandi frigida sicca, ut trochiscos camphoratos de spodio &c. oportet te obseruare, ut ante, uel post, uel tunc exhibeantur etiam humida. & si quandoque te uocat necessitas approximandi humida calida, ut puta uinum, ut ante, uel post, uel tunc; misceas frigida ut aquam &c. sed melius essent humida tantum, quia sicca constipant uias, & penetrationem. & sunt contraria intentioni principali tuae, si militer frigida tantum non calida; quia opponitur intentioni tuae primae, & generali; ut patet, sed infinita cum mensura: nam nimis humida obtundunt calorem, & nimis frigida extinguunt calorem naturalem. quare sunt causa exiccationis defectu nutrimenti per accidens.

Secunda regula, quod maior, & securior sit intentio in humectando, quam infrigidando: nam ex quo uirtus est debilis, & membra excarnata non potes approximare aquam ueri frigoris, imo nihil potentem frigidum, siue actu, siue potentia, ne calor debilis extinguatur, uel membra exanguia spasmetur, uel congelentur, difficultatem anhelitus patiantur, hepatis, uel stomachi debilitatem patiantur, oppiletur uia. adde, quod frigida per accidens exiccant extinguendo calorem. quare non potest digerere, unire &c. unde exiccantur. quapropter potes plus potentius, & frequentius humectare, quam infrigidare, ut patet; licet etiam in humectando seruanda est mensura, ne calor debilis obtundatur, ut supra.

Tertia regula. ex quo in hectica maxime quo ad secundam, & tertiam speciem magna intentio est ad uirtutem. ideo fere omnia, quae hectico approximantur, debent esse apta resistere, & reparare deperditis substantiis, & humiditates substantificas. & ideo humectantia substantificè sunt magis in cura requirenda, quam humectatiuè, licet utraque conueniant, calor etiam est reparandus, & potissime in secunda, uel tertia specie, & uirtus ipsa, quae magis calida, quam frigida adiuuantur: imo frigido extinguuntur. quare quandoque calida; ut uinum, aqua carnis, oua sorbilia exhibentur: sed temperando semper ante, uel post, uel tunc cum frigidis, ne augeamus hecticam.

Quarta regula etiam Gal. 10. thera. & Auic. in litera, quod ubi uiderem calorem intensum hecticae primae, secundae, uel tertiae speciei nimis adurere, & non haberemus aliquod magis praesentaneum remedium a cita morte liberando, tunc debemus esse audaces in exhibendo frigidam aquam, & forte est balneum aquae frigidae omni intentione infrigidando, & qualitatiuè extinguendo, modo uirtus tolleretur, inducendo hecticam senectutis ad uitam prorogandam, & hoc cura coacta.

Quinta regula. cura regulari quaecunque approximantur sint moderata: secunda saepius iterata: & tertio in bona quantitate notabili exhibita. quarto sint aromatica. quinto & ieiuno stomacho approximantur. istae sunt quinque conditiones breuiter obseruandae. causa primae partis patet ex prima, & secunda regula. causa secundae partis patet; quia quae approximantur hectico, calefiunt. quare etiam calefaciunt calefacta. adde, quod oppilant etiam poros ad extra, ut unguenta. quare calefaciunt prohibendo exhalationem. ideo reiteranda sunt. ratio tertiae; quia in pauca quantitate paterent potius, quam agerent. ratio quarti est; quia aromaticis

natura gaudet, animam dilatant, & aduocant, ratio quintæ est, ne impediatur digestio.

Sexta regula obseruanda est, quæ alia in speciali cura conueniunt in prima: alia in secunda specie: alia in tertia, licet in generali intentione conueniant. itaq; non modo secundum plus, & minus uariantur remedia; sed etiam diuersa in specie: nam uirtuti forti, ut puta in prima specie alia debili, ut in secunda, uel tertia conueniunt: uarietas enim in hoc casu remediorum sumitur a uirtute, & à caliditate intensiori. quare in prima. In principio conueniunt frigida in secunda, & in tertia conueniunt magis humida, & minus frigida imo forte calida; ut uinum, & aqua carnis, ut supra. & si quis benè cõsiderat; fere tota hecticæ cura consistit in regimine diætatiuo. i. vi. rerum non naturalium: nam pharmacia, & chirurgia non ingrediuntur hoc capitulum, ut sic. est igitur tota intentio medici in hoc casu, ut uno claudam uocabulo ut tenerescant. i. substantificè humectentur, & infrigidetur hectici intus, & extra quomodolibet manutenēdo semp uirtutē; quia in hac febre intentio est ad uirtutē magnificandā hoc autem fiat approximando, quæ infrigident temperatè, & humectent substantificè, & remouendo, quæ calefaciunt & exiccant. nos itaq; ex Gal. 10. Thera. cap. 8. & 7. Thera. lib. de Tabe, & 1. de Diff. feb. ordinem curæ sumamus. & in præsens aer debet regulari, qui declinet ad frigidum temperatè, & humidum. quare terranea camera est melior, & quæ uergat ad septentrionem; quia purior, & frigidior, & hoc in æstate, in hyeme uerò ad occidentem. & forte domus iuxta flumen amena in æstate esset remedium præsentaneū. quod si habere nō potest; irroretur camera in æstate aqua frigida quomodolibet, & floribus frigidis; ut rosas, uiolis, nenutare ramis salicis, & rubi, & mirto, uitibus &c. nā aer frigidus, & inspiratus in æstate, & hyeme est semper cõueniens; quia ad cor refrigerādum, quod est primò calefactum; totum reliquum corporis debet esse cõmodè coopertum: nam obstructio pororum facta à frigido aere, uel uentis &c. posset plurimum nocere prohibendo exhalationes acutas, quibus retentis inflammant magis. in hyeme ignis contemperans aerem frigidissimum est conueniens, licet mora ad ignem exiccando, & calefaciendo nocet mirum in modum, uestes in æstate sint leues, ut sericæ, ut lineæ. in hyeme etiam sine pellibus calidis si fieri potest, & aeris regulatio, ut supra, plurimum dixit Gal. ualere, quando hectica primò incipit à corde, & spiritualibus, ut ex pulmone. balnea aquæ dulcis summopere in hoc casu laudantur à Gal. Serap. Aly. Auicē. & aliis in æstate, & hyeme. & in hoc obseruandæ sunt regulæ artificiales. & in præsens aduertendum, ne sit putrida, cū hectica, uel alia dispositio complicata, cui noceat balneū, ut excessiua debilitas, apostema, satietas, catarrhus, prætermissa opinione Philippi, quam Gal. reprobatur de approximandis balneis in lib. de Tabe. nam Balnea, ut ibi Gal. quādoq; calefaciunt, quādoq; infrigidant, quādoq; exiccant quādoq; humectant: quod uidetur quid mirum de diuersitate effectuum contrariorum ipsorum Balneorum diuersimodè approximantium in diuersis temporibus, & in mora & in materia balneorum. & ex uerbis Gal. Aui. Aly. Sera. eligimus has regulas.

Prima regula. balnea, quæ hecticis conueniunt, sunt balnea aquæ dulcis, & si admisceantur herbæ, & alia frigida, & humida, ut fiat uirtuosior. & odora. Aui. laudat olera, & hordeum, uiolas, rosas, nenufar, & capita castratorum, dicunt recentiores esse conuenientiora folia salicis, & cætera huiusmodi, quādoq; ex lacte tantum, quādoq; ex lacte, & aqua conuenienter fiunt balnea; quia humectant.

Secunda regula. licet antiquiores maiori diligentia propter frequentiam & usum balnea disponebant prima domo frigida, secūda tepida, & tertia calida: tamen apud nos quādo oportet, & melius, & tutius, ut benè Rasis, ex tempore possunt fieri cum Tinis domi præparatis, una, uel duabus, in bonis cameris, ut conuenit, in quarum prima sit aqua tepida, quæ sua caliditate non sudent, non anhelent, non inflammentur: sed mollificet, delectet, ad exteriora aduocet, & poros dilatet, nec sua frigiditate contristet, poros claudat, & debilibus noceat, & excarnatis membris, ut in secunda, uel tertia specie; quia forte in prima specie usus frigida

E tantū esset præstantior. dixit Auicē. quia sunt fortes. secunda tina approximanda post primam sit frigida; qualis solet esse in æstate idest non multum frigida balneando, uel subito aspergendo.

Tertia regula. tempus moræ in primo balneo tepido sit ad plus per mediam horam plus, & minus. i. usq; quo intumescat cutis: licet minus illi, qui non sunt assueti, ne dissoluantur, & exiccantur in mora. tempus secundæ. i. frigida tina si balneantur; sit paruum, & statim remoueantur. hæc autem secunda tina frigida aquæ approximatur, ut apertis poris in prima frigida aqua penetret in secunda, & humectet, & claudat poros. sed tutius forte, & magis in usu hodie est superaspergio post primam cum frigida, non autem balneū aquæ frigida.

Quarta regula. blandè tractentur in balneo, & extra, & cum leuibus mandilibus abstergantur, & quiescant in lecticis, & statim ungantur oleis frigidis, & humidis, ut nenufarino, uiolato, de cucurbita &c. ad conseruandam frigiditatē & humiditatem acquisitam à balneis: retinent enim aquam imbibitam in poris, quæ infrigidatur, & infrigidat, & cum hoc etiam ipsa humectant, & infrigidant. ad claudendum etiam poros, ne resoluantur spiritus, laudarunt alii inunctio nes ex oleis calidis ad aperiendos poros ante ingressum primæ tina, quod Serap. reprobatur, & benè, neque frigidis, neque calidis ante balneum, ne frigida oppilarent, & calida inflammarent.

Quinta regula. tempus, & hora balneandi sit, postquam cibus digestus est in stomacho, & etiam in hepate, ne per balneum calidum aduocaretur indigesti crudi humores ad membra. sed non debet esse corpus inanitum longa fame, ne uirtus resoluatur. sed hora electa est, quādo oportet, ut à natura nutrimentum expandatur ac membra natura membrorum attrahente, & balneo adiuuante attractionem ad membra, & proprie ante coenam, & ante prandium, & potissimè, si summo mane assumpserint aquam hordei, uel lac asinæ, de quo intra quatuor horas post balneetur. & si sitiūt, in balneo bibant aquam hordei, aquam limaciarum. lac etiā asinæ, quia aquosum; potest concedi, & postquam sunt balneati uncti, & quietati parum; sorbeant ferculum liquidum ex hordeo in brodio pulli lacte, & lacte amygdalarum recentium, uel infusarum in aqua frigida diu, & quiescant ociosa uita.

#### De cibo, & potu hecticorum.

POSTquam diximus de aere, & annexis, quæ plurimum immutant corpora nostra, & sunt multum conferentia in cura hecticorum; dicemus secundò de cibo, potu hecticorum: sed antequam ad particularia ueniamus cibaria; obseruandas regulas quædam generales præponemus. & prima regula. omnia quæcunque hecticis administrantur, sint frigida, & humida actu, & potentia. & si aliquando uocat nos necessitas; ad calida sint mixta frigida, ut supra.

Secunda regula. omnia, quæ administrantur in coena, uel prandio, sint liquida cocta, nō assata; quia melius attrahitur à membris, & citius, & facilius nutriunt iuxta illud Hippo. facilius est repleri potu, quàm cibo.

Tertia regula. cibaria hecticorum debent esse resistentia inflammationi, & resolutioni caloris extranei tam ex parte qualitatum, quàm modi substantiæ. & ideò laudantur testudines, cochleæ, cammari, cancri, hordeum, lactuca, &c.

Quarta regula, quæ administrantur hecticis debent esse procōata nutritioni radicalium membrorum iuxta distinctionem Gal. 11. Thera. cap. 3. de Cibariis, ubi habet. Alia ad reparandos spiritus in ephimeras; ut uinum, & quæ apta sunt faciliter in spiritum conuerti, cito sanguinem generantia, alia ad reparanda humentiora membra, ut media inter hæc, alia ad reparanda solidiora membra, ut in hectica, lac, cochleæ, testudo, & nutrimenta frigida, & humida.

Quinta regula. ordo cibandi sit uirtuti proportionatus, & temporis anni, & consuetudini, & ætati: nam uirtute forti existente, ut forte in prima specie, in hyeme assuetus bis in die

die dabitur iuueni, uel primo seni in notabili quãtitate, sed uirtute existente debili in ætate assueto ter, uel quater maximè si puer refocillari debet, non cibo grauari.

Sexta regula aduertendum esse proprietatem specificã, & consuetudinem, quæ plurimum uariant, & nocent, quãuis sint facilis, plurimi, & boni nutrimenti ratione substantiæ, & qualitatis conuenientis in casu.

Septima regula prohibenda sunt omnia duræ digestionis, tardæ penetrationis pauci inflammabilis calidi, & sicci nutrimenti. acuta, & falsa, omnia mala sunt.

### LAUDATA CIBARIA IN HECTICA.

<b>CARNES.</b>	Amygdalæ recentes.
Testudo.	Cyronea.
Limaces.	Pira.
Agnus.	Poma.
Pulli gallinacei.	Cucumer bateca.
Castratus iuuenis.	Cerasa.
Aedus.	Cucurbita.
Perdix.	Persica.
Vitulus. Et hæc omnia quãtò iuniores, tantò præstantiores; quia humidiores. & forte porcellus iuuenis est optimus: & si nutritur frigidis, & humidis herbis, uel ex iure in quo hordeum, & testudinis, & lactucæ &c. sint cocta sunt optima.	Agresta.
	Pruna.
	<b>EX ANIMALIBVS.</b>
	Lac.
	Oua sorbilia.
	Caseus recens.
	<b>EX GRANIS.</b>
	Hordeum.
	Far.
	Risum.
<b>AQVATILIA.</b>	Panitium.
Pisces saxatiles.	Chondrũ, quibus dant miras laudes quomodocunque ad ministratur, & ubi est suspitio fluxus, assentur.
Trota.	
Carpio, & qui in aquis dulcibus, & bonis fluminibus degunt, ut sunt.	<b>EX HERBIS.</b>
Cancr.	Lactuca.
Præstantiores; quia humidiores.	Portulaca.
Camari.	Plantago.
Cochlea, & omnia testata.	Buglossa.
Aurata.	Borrago.
Perca, Mullus, &c.	Cichorea.
<b>EX FRVCTIBVS.</b>	Endiua.
Poma granata muza.	Spinachia.
Aurantia dulcia sunt præstantiora.	Blitis.
	Atriplex.

Circa præparationem cibarium aduertendum, quod plurimum refert, quomodo cibaria, puta carnes prædictæ, quamuis coquantur, bonum erit semper, ut condiantur hordeo, uel farre, uel endiua, uel lactuca, portulaca, plantagine, semper uiua &c. similiter & falsæ ex agresta, succo naranthorum, uino granatorum, amygdalis recentibus &c. delicatè cum zuccharo albissimo; ut sint grata, & conuenientia frigida, & humida acetum, licet sit frigidum tamen excat. ideò miscendum cū humidis, & potissimè cū zuccharo.

De potu. licet aqua sola, uel cum hordeo sit laudata magis, quia frigida, & humida: tamen, quia ut plurimum in heceticis uirtus digestiua est debilis, & humores crudi sunt in illis ex indigestione; quare erit bonum uti uino aqua permixto, maximè temporibus nostris propter consuetudinè uinum. tamen illud sit nouum; quia non ita calidum, nec sic cum, sicut antiquum. sit album, pauciferum non dulce, nec nimis austerum, uel crudum, aqua frigida dilutum: hoc nãque fortificat, & humectat. de aqua frigida approximanda in potu, sit prima regula ex Gal. Auic. &c. prima regula, licet in prima specie tutius possimus propinare aquam frigidam, quàm in secunda, uel tertia, quia uirtus fortior, & corpora non sunt ita excarnata; tamen nunquam in tanta quantitate, nec ita frigida exhibenda est, sicut in synocha, uel caufone.

Secunda regula. aqua frigida, sed non ueri frigoris, heceticis conceditur, & potius, quàm uinum, & in quantitate notabili, & frequenter, modo non sint corpora extenuata ual

A de, non sint debilia caloris cordis, & uenarum, ut longo tempore ægotantes, non sint debilia naturalia membra, nec opilationes, nec apostemata, nec crudi humores, nec in hecetica, quæ ex sirsen, uel birsen sit facta læsis diaphragmate, uel panniculis cerebri.

Tertia regula. quandoque ad uitam prorogandam, ut ex hecetica feb. fiant hecetici senes, exhibemus aquam ueri frigoris cura coacta, ut supra Gal. Auic. Auer. & alii sentiunt.

De exhibitione lactis. cibus quidem naturæ nostræ amicissimus de facili penetrabilis, & in sanguinem bonum de facili transmutabilis, in frigidans, & humectans substantificè, omnes sapientes cum Hipp. quinta Aphor. 64. consenserunt, & dixerunt in tabe esse cibum medicinale conuenienti ssum: modo non adsint dolor capitis, catarrhus, tumor iliorum, nec apostema, deiectiones biliosæ, nec humor putridus in stomacho, & hepate, nec paratus putrescere, nõ intensa sitis. i. non intense febriat, nec temporibus calidissimis demum conuenit, ubi considera iudicio extimatio in stomacho posse benè, & conuenienter digeri, quod non effumet, non coaguletur, non putrescat, non aciescat in stomacho: quia pessimus esset cibus, & maximi nocenti, itaq; tentatiuè semper procedendum puto in exhibitione lactis, incipiendo à parua quantitate, puta duarum unciarum, & sic successiue augendo usque ad mediam, & tandem ad unã libram. summo mane per. v. horas ante cibum, & post lac non dormiat, non exercitetur potator lactis, & singulis diebus medicus consideret, & interroget si quod adsit signum corruptionis lactis, quæ sunt quinque à medicis ante notata;

B primum calor accenditur maior: secundum anhelitus, & pulsus maior, & frequentior: tertium urina coloratio: quartum sitis intensior: quintum eructationes male. & si fluxus superuenerit, uel aliquod istorum signorum apparere incœperit; statim desinet ab exhibitione lactis, & purgetur stomachus, si credis esse malè dispositus cum appropriatis, & proprie cum rheubarbaro. potes etiam, ut dixit Isaac, si superuenerit fluxus lac assare cum calybe, uel lapide calido, bis, uel ter in illo extincto, ut consumeretur aquositas lactis, & illum postea exhibere. potes etiam uti zuccharo rosato antiquo, uel trochisco de camphora, uel de spodio, & corallis cū lacte, & sine lacte, ut fluxus cesset: deinde redi ad lac. & si uideris lac tuo infirmo prodesse, & illi cõuenire: nam currit proprietas cum certis corporibus, ut dixit Aui. tu potes bis in die summo mane, & in uesperis ante cœnam per tres horas exhibere potu. posses etiam loco feruli in prandio, & cœna paratum cum ouis, & cum zuccharo semper ut conuenit. zuccharum etiam, & mel prohibent lac coagulari, & etiam sal; licet in tabe sal, quia calidum, & siccum non conuenit. lac uerò exhibendum putant præstantiorem esse humanum lactantis foemellam. i. quæ foemellã peperit; quia frigidior, & humidior, & hoc propter conuenientiam maiorem, quàm cum belluis. secundo loco lac asininum, quod dixit Auic. esse uerum remediũ eradicans heceticam; quia aquosior. i. subtilior magis penetratiuum, in frigidans, & humectans magis, non butyrosum, non caseabile, & forte hac ratione magis conuenit in tabe, quàm humanum lac. tertio loco est lac caprinum magis stypticum, & magis nutriens, quàm asininum: non tamen ita frigidum, & humidum, sicut asinæ lac. quarto loco est lac uaccarum extracto butyro, quod magis nutrit, quàm prædicta non tamè ita conueniens, sicut prædicta, ut patet, quia plurimũ casei, & butyri, non ita frigidum, & humidum, sicut prædicta tria, & nota, quod lac deberet exhiberi statim multum ex ubere, uel citius quo fieri posset conseruado calorem propriũ; quia de facili recipit alterationem, & corruptionem, præterquam de lacte uaccino, & equino, à quo prius debet extrahi butyrum, & postea exhibetur. aduerterunt tamè Gal. & Auic. quod animalia, ex quibus habetur lac, sint iuuenilia nutrita bonis, & conuenientibus cibis illi ægritudini cõuenientibus. & cum hoc sint ad minus quatuor mensibus à partu distantia. & hæc sint dicta, quantum ad regimè aeris, cibi, & potus, quæ sunt principaliora in cura heceticæ.

Quantum pertinet ad animæ accidentia fugiat tristitiã, iram, sollicitudinem, timorem, quæ exiccant. sit gaudens, lætus cum amicis, & lætis personis, cū dominabus pulchris,

& ornatis. sed abſtineat in totum à coitu; quia exiccat & debilitat plus, quàm ſi duplum ſanguinis extrahatur, ut Auic. Dormiat, quantum poteſt; quia humectat, & propriè in nocte in latus, nò ſuprà ſpinam, quia ſupercaléfacerè nucham nocet, & exiccat. in die uigilet niſi fuerit aſſuetus. quieſcat nò exercitetur fortiter aliquo pacto; quia calefacit, & exiccat, licet longa quies, ut ſuprà etiam non conuenit; quia debilitatur calor naturalis, qui exercitio excitatur. fricationes leues poſt ſomnum loco exercitii conueniunt; quia excitant calorem naturalem, & nutrimentum attrahunt ad membra. quare conferunt ad impinguandum. habeat bis in die euacuationes conſuetas, & ſi non aliter, ſaltem cum ſuppoſitorio, uel clyſtere, ex iure nutritiuo: nam clyſteria nutriunt, & humectant. euitentur euacuationes fortes omnino, & non etiam repleatur. non inferatur etiam eis uiolentia in fame, & ſiti. dixit Aui. & hic quantum ad regimen dietarium, aduertendo, quòd fluxus eſt pernicioſus heceticis.

Regimen medicinale, ſi conuenit, debent eſſe mites, & placidæ medicinae nullam inferentes uim, alterâtes potius; ut ſyrupi uiolati de nenufere, de endiuia, roſatus, ſimiliter & aquæ, quæ omnia ſunt medicinae cibales, & benedictæ. & idè aqua limaciarum, teſtudinis, cancrorum &c. laudantur, ex quibus poſſunt etiam confici ſyrupi, ſemper aduertendo, ut humectent ſubſtantificè. & ſi euacuantibus quandoque indigemus ad leues purgationes humoris cholericum qui in illis inuenitur, ut plurimum, caſſia, mâna, rheubarbarum ad ſummum, ſyrupus uiolatus &c. myrobalani ſunt conuenientes, & pſyllium.

Phlebotomia non ingreditur hoc capitulum; quamuis inſrigidat per accidens; quia exiccat ſubſtantificè.

Emplaſtra, unguenta ad pectus ad ſpinam totâ ſunt eiufdem intentionis inſrigidantia, & humectantia. & inſrigidans Gal. quòd poſuit 10. Ther. cap. 9. eſt optimum per totam ſpinam unguendo, quæ tamen pectori approximantur; uel hepatis, non diu fixa remaneant, ſed commutentur, ne nimis inſrigident, & oppilèt, & lædant principalia membra, & panniculos quandoque etiam perſeuerantia calefaciunt oppilando. quare renouanda ſunt.

Confectiones omnes frigidæ; ut cucurbita, bateca cõdita, pira condita, myrobalani, amygdalæ, pineæ, ſemina communia condita, omnia conueniunt ſimiliter, & papaueris ſe-

men conditum; quia etiam inducit ſomnum. coriandri etiã conditi ex zuccharo conueniunt.

Electuaria ex teſtudine, uel pulpa caponum cum pineis, ſeminibus communibus, amygdalis, ſeminibus papaueris, corallis, perlis, modico cinnamomi cum zuccharo in aqua roſarum fiat confectio in morſellis, conueniunt, & ſi quæ huiusmodi.

Maſapane, targiæ de perlis, zuccharum uiolatum, roſatum, borraginatum, bugloſſatum, conſerua prunarum, ſuccus paſſularum cum zuccharo tarbazet, omnia iſta conueniunt, diamarenata, diacytoniteni.

Laudant recentiores ſanguinem humanum deſtillatum, anguillas diſtillatas. & tu age, ut placet. crediderim ego capones, teſtudines, cochleas, præſtantiora.

Et hæc ſint breuiter dicta, quantum ad heceticæ feb. curã, ut hecetica eſt ſimplex, & per ſe. cum quo tamen aduertendum puto cum Gal. & Auic. quòd licet hecetica ſit calor extraneus factus in membris, & potiſſimè in corde; tamè quãdoque habet principium ab hepate calido, & ſicco, quandoque à pulmone, quandoque à ſtomacho, quandoq; ab alio membro, & à quocunq; iſtorum primo inceperit illi primò cum appropriatis in cura intendere debemus: ut, ſi à ſtomacho: cum cibo, & potu appropriate; ſi à pulmone, illi magnificè intèdimus cum alteratione aeris, qui primo cordi, & pulmone occurrit: ſimiliter & cum iuleb uiolato, zuccharo roſato, & aliis pulmone appropriate. ſi ab hepate primo illi primo intendimus in cura appropriate: ſi ab alio membro, uel ab alia cauſa; eodè mō illi primo intèditur in cura.

Secundò notandum, quòd ſi hecetica ſit accidens, & habet cauſam, puta apoſtoma, uel ulcus, oppilatione, uel aliã ægritudinem, puta febrem putridam complicatam; primò intendendum, puto illi ægritudini, ſine cuius remotione hecetica remoueri non poteſt, non prætermittendo intentionem ad heceticam; & ſi poteſt ſimul, & ſemel commodè utrique intendere eſt melius: & hoc cura regulari: nã cura coacta ad prohibendam feſtinam mortem primò intendimus heceticæ extinguendo. & quia multa accidentia complicantur cum hecetica timorofa; idè conari debet medicus omni-

ingènio illa corrigere; ut ſyncopim, fluxum, tuſſim, gonorrhœam, &c. fluxus materierum albarum in muliere, &c. huiusmodi.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q  
R S T V X Y Z Aa Bb.

Omnes ſunt terniones præter \* B b duernionem.

Tabula regiftrum per ſe patet.

V E N E T I I S

Apud Vincentium Valgrifium.


M D L X I.







4,500 -



VINCENTIS  
apud Vincetium Valgriffum  
M.D.C.C.

NEGAT

0000

R

